36
18 D
16

O
313

Digitized by Google

36.-18.D.16

PHILOSOPHIA SENIORVM
Sacerdotia, & Platonica.

A IVNIORIBVS, ET LAICIS neglecta Philoſophis.

DE MVNDO ANIMARVM & Corporum.

AD ILLVSTRISSIMVM ET ECCELLENTISSIMVM Dominum D. Bernardinum de Cardines Ducem Maquedæ, Marchionem Helche, Proregem, & Capitaneum Generalem in hoc Siciliæ Regno.

FRATER PETRVS CALANNA THERMITANVS Himereus inter Sacræ paginæ Doctores minimus oblectabatur.

C.B.C. Sancte Trans=



De vrbe Agathe tyburnim

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

PANORMI

O2

03

DE GENIMINO GENE... Philoſophandi.

FRATER PETRVS CALANNA
AD LECTORES.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

APTISSIME arbitror, Socratem virum me hercle ſapientem, genus quodcunque philoſophorum, Caninum vocitaſſe; Canes enim vel venantes ſunt, vel latrantes, mordentes, & lacerantes, Ita philoſophorum genus quodam eſt ſagaciter veritati ſtudens, & laborioſa quadam indagine inueſtigans, & inuentam veluti ſibi eſcam propriam retinens; Quodam verò genus eſt pro opinione latrans, mordens, & lacerans, quod iure optimo, Cinicorum genus noſtri Muſarum miniſtri, ita vocitarunt, Quorum princeps, ſi ſcriptoribus credimus fuit ANTISTENES athenienſis, licet ob vitę auſteritatem ita Cinicum cum DIOGENE quoque dixerunt: Quo ſchemate illud inferre cogitauimus, multos veluti cinicos canes noſtrum mordere, latrare, & lacerare philoſophandi genus, ſed latrent quantum velint pro eorum volun-

ſua & confeſſio, Nos non ſecundum carnem, & ſanguinem, neque vllo fauſtu & obſtentatione ſcribebamus, ſed bono genio & meliori ſpiritu, ne conſuetudine vulgarium & pulſatorum hominum, ocio torperemur, clament quoque & in varias eorum incurram quarumuis reprehenſiones, Deus enim fortaſsis eorũ clamoribus obuius ibit: Accipite igitur vos, qui canes venãtes eſtis, veluti eſcam vobis propriam, hos philoſophandi genus, non meum vt Socrates in Platonem ſcribit ſed a vetuſtioribus philoſophis excuſſum. Interim me veſtris blandis vocibus commendo valete.

AD ILLVSTRISS. ET ECCELL. DOMINVM D. BERNARDINVM DE CARDINES

DVCEM MAQVEDE, MARCHIONEM Helche, Proregem, & Capitaneum Generalem in hoc Siciliæ Regno.

EST Plato Sol Orbi, denſa caligine at illum
Tempus, & in nimbo creſcens obliuio merſit.
Ecce Platoni ſol PETRVS, cui luce recenti
Fulgentes radios ſciſſa caligine reddit.
Lumina ſic bina orbi ardent, tu qui potis illa
Præſidio dicata tibi ſeruare benigno
Aut Cælum aut Athlas eris inuictiſſime Princeps.

DON HIERONYMVS DE FRANCHIS.

R. D.
LEONARDI ROLANDINI
LL. DOCTORIS,
Et regij Panormitani Canonici Sancti IOANNIS Eremitar.

HERMES quod Pharius ſcripſit quod docta vetuſtas,

Quod Plato, quod docuit magnus Ariſtoteles:

Cuncta GALEANNA ſuo legit hoc, panditq; libello,

Zoile, tu garris liuide? clarere opus.

AD ILLVSTRISSIMVM ET ECCELLENTISSIMVM DOMINVM

D. BERNARDINVM DE CARDINES

Ducem Maquedæ, Marchionem Helche, Proregem, & Capitaneum Generalem in hoc Siciliæ Regno.

ACCIPE (amice mi patrone) Princeps & Dux Eccellentiſsime, præter id quod primo capite huius libri exoratum cupiebã: Philoſophiam hanc Sacerdotiam, ſub vmbra alarum tuarum, & nobiliſsimo ſtipite, his diebus in hac vrbe Panormi impreſſam: a ſenioribus Philoſophis depromptam vt ſis inde Deo magis ac maxime ſimilis, hæc enim eſt vera philoſopia, inquit Plato Dei ſimilitudo: Sacerdotia iure, vocitatur quoniã Sacerdotis officium illud eſt nihil loqui, niſi quod ad pietatem conducere videatur. Sacerdotia quoque dicitur, quoniam ſacræ leges, philoſophos omnes, muſarum interpetres, miniſtros templo Palladis miniſtrantes ita appellitare conſueuerant; Muſarum quippe, quoniam honorandi ſunt, nam ſi plectarum, lirarumq; & Magadarum rerum caducarum Cantores, ita venerandi fuere apud Homerum 3. odiſſ. ita vt AGAMENON, cantorem CLITENESTRE vxori reliquit in cuſtodem ne ab EGISTO violaretur Amantio, quam maxime venerandi ſunt diuinarum

rerum cantores, ſacra miſteria philoſophiæ canentes, Orphei omnes Iamblici Mercurij, quos magos vocabant Egiptij. Sacerdotiam denique appellitamus, quoniã ſacra philoſophiæ miſteria non vulgaribus, pollutis & Mecchis hominibus ſed lucis filiis reuelãda ſunt illis vero occultãda, vt ſcriptum eſt, Nolite ſanctũ dare canibus, *hanc quandoque proprio marte arbitratus ſum (ſalua ſemper religionis laude) fuiſſe hereditatem illam, quam hereditario iure Abraham pater multarum gentium ſuis dereliquit poſteris, ac inde ab Iſac in Iacob emanaſſe, & toti familiæ, vt ab eis veluti a fonte quodammodo perenni, & mari illi ſupra celeſti, omnis ſapientiæ rerum diuinarum, ad nos deſcenderet. VALE. interim Deus Opt. Max. ſit vndique tibi & tota tua familiæ ſemper ſecundus.*

Frater Petrus Calanna Thermitanus Himereus Franciſcanus humilis ſeruus.

PHILOSOPHIA EST MVNVS, REGVM PROPTEREA, REGIBVS DVCIBVS DIISQ. PENATIBVS,

Obtulendum, & eis veluti protectoribus, & mecenatibus dicandum.

EMPEDOCLES Siculus noſter Agrigentinus vnus ex magnæ Græciæ Philoſophis rogatus, interrogatuſq; quid Philoſophia ſit, non mortis contemplationem eſſe reſpondit, ceu animi diuortiũ, veluti cæteri ſui temporis magnæ Græciæ cónphiloſophi, nõ plurima diſcere, vt Solon; nõ omnium artium peritiã, vt Hypparcus: non noſce diuina & gubernare humana, vt Plato; non admirationis filìam, vt Pythagoras · non Dei ſimilitudinem, vt Alcinus: non rerum diuinarum indaginem, nõ theſaurum in hac terra ſenſibili latitantem, non humanarum rerum poſſeſſionem, qua feliciter viuimus, non ſapientiæ ſtudium, nõ veritatis amorem, ſed veluti vnus ex Muſarum miniſtris tẽplo Palladis miniſtrãtibus, ita ſonora voce intonuit: (*Philoſophia munus eſt Deorum*;) ò dytiriamba concinnatio profundis ſcilicet ſenſibus plena, ò harmonica deſcriptio, chorò Muſarum cõſona, qua tria præcipuè Empedocles nobis ſuis poſteris aperuit: Primum ſi Philoſophia Deorum munus eſt, igitur ditiſſimum munus; igitur magnificentiſſimum: à Dijs enim non exigua, & imbecillia, ſed prætioſiſſima munera, at magnificentiſſima largiuntur: & quale eſt eorum Imperium, & Deorũ Regnũ proficiſcuntur: Hoc Illuſtriſſime, & Excellentiſſime Domine, illud munus eſt, quod Platonici noſtri vocant munus Hercu

clauã ſcilicèt, quã Hercules duodecim interemit monſtra, capitalia vitia ſeptem, & quinq; corporis ſenſus: hoc quoq; eſt illud munus, quod vocant munus Palladium, haſta ſcilicet, qua animus à corpore ſeiungitur, quam mortis meditationem appellant, ò munus verè Deorum Philoſophia; Monuit ſecundo hac deſcriptione Philoſophiam non eſſe humanum inuentũ, & hominum induſtria traditum, quia munus eſt Deorum, quod Plato in Thimeo ita confirmat, Dei donũ eſt, inquit Philoſophia, quo nihil præſtatius vnquàm nobis à Deo tributum, nil enim ipſumq; bonum, qui Deus eſt, homini melius elargiri poterat; quàm integram quoad fieri poteſt, diuinitatis ipſius ſimilitudinem, ob id quoq; Philoſophos medios inter Deum, & cæteros homines fore monuit, cum ſint Dei interpretes, ac Muſarum miniſtri. Tandem tertio monuit Empedocles hac diffinitioné, non omnibus datũ eſſe philoſophari, & philoſophũ eſſe, quoniam munus eſt Deorum: ſed tantum apollineis hominibus, & lucis filijs, qui lumine illo apollineo, & diuino furore affiati, alis duabus illis, ſcilicèt diuinarum rerum meditatione, & inueſtigatione cauſarum cœlum conſcendunt: nobiliſſimũ eſt igitur Philoſophorum genus, aureum, ac Iouium à Ioue totius mundi opifice profectum, & ſi quoq; ſtoicis credendũ eſt, nobilitatem Philoſophorũ ex poſteritate agnoſcemus, ſolos enim fore aſſerũt immortales, quod Prophetis noſtris, ac Theologis cognatum eſt, aſſerentibus, (*fulgebunt docti ſicut ſplendor firmamenti, & qui multos erudierint, ad iuſtitiam tamquàm ſtellas in perpetuas æternitates*:) Socrati igitur præcipuè datũ eſt immobiliter cogitari de ſole Pythagoræ, & Zeroaſtro à corpore ſegregari tot annos xx. vni, & decem alteri: Epimenidi Cretenſi datum, annos vt fertur, quinquaginta dormire, ideſt à corpore ſeiungi, & diuinis incumbere: O ſacrum æterni Dei donum Philoſophia? Quæ omnia Illuſtriſſime, & Excellentiſſime Domine, conſona ſunt veritati, & fidei noſtræ, quæ (*omne donum optimum,*) & omne donum perfectum ſurſum deſcendere, datum à patre munerum, ac non omnibus eſſe tributũ noſſe myſteria Regni, & Imperij intelligibilis, ſed tantum lucis filijs in Domino dormientibus, & quieſcentibus, contemplatione ſcilicet rerum diuinarum vacantibus, vt ſcriptum eſt: (*in pace in idipſum dormiam, & requieſcam.*) Poſtremum, ſi Deorum eſt mu-

mus igitur vt Plato noſter lib. epiſtolarum ſeptima ad Dionem Siculum noſtrum, & Siracuſanum admonet, dicẽdis in omnibus, & cogitandis, principium à Dijs implorandum eſt, Deorũ enim plena ſunt omnia adeò vt neq; obliuiſcantur noſtrarum rerum, neq; nos deſerant: Quare ſi hoc munus à Dijs accepimus, vt Empedocles monuit Dijs quoq; illud offerre, non erit in congruum præſertim Dijs noſtris protectoribus, Dijſq; penatibus, p quos penitus viuimus, penitus reſpiramus, per quos quicquid habemus, per eos penitus poſſidemus; Accipe igitur Illuſtriſſime, & Eccellentiſſime Domine Dux hoc munus verè Deorum licet exiguum non ſua tamen natura, quia ditiſſimũ ſed quia ab homine exiguo omnium frãciſcanorum minimo; propterea potius philocalium munus dicendum, quàm philoſophicum; oblectatur quoq; Deus in paruulis rebus, & in minimis gaudet ſi ea quæ ſacræ literæ nos nõ admonẽt ſpectemus; propterea vitulos paſſeres columbas in lege ſibi offerti iubebat in Saulle paruulo vnius anni, inter fratres, & Ieſsè Filios Dauid in Regem iſtituit: denique illud teſtatum reliquit (*ſinite paruulos uenire ad me*:) Eam igitur ſecernas partem, quę ſacerdotia eſt, & Religioſa quodamodo, vt ait Plato in Epimonide; ideſt cum pietate ſtudium ſapientiam, & ea, quę fidei noſtrę cognata ſunt, eligas; quæ vt Platonis libro epiſtolarum ſecunda modeſtiam ſequar, non mea, ſed Socratis ſunt ſcripta, cæterã paruipendas fortaſſis veluti garrulam partem, atque inutilẽ, & violatam; Ioui enim ſacrifico, & nõ ventoſe Iunoni ad oblectationem ſcilicet, & non ad obſtentationem ſcribebam; Interim te obſecratum, & iterum exortatum cuperem illud primũ poeticum recordari figmentum, quod legimus Mercuriũ Iouis mandato Auernum deſcẽdiſſe, & eorum animos caduceo tangiſſe quos videbat Vranios, ideſt ingenio præditos, & cæleſtes ne inter vulgares ſordidos, & pollutos homines; ſordidè, vulgariter, ac pollutè viuerent: Sed cœlum alis, quibus terrã è cancro deſcenderunt per portam lucis, quam nuncupant Capricorni pueri reuertantur, veluti prius ſenes nati ſunt ſi elato iure, vt alter Bacchus, quem Poetæ quoq; bis natum effingunt, tuo ſint ſplendore renati, veluti prius in Ariſtotelem nati, mox in Platonem, ita denuo nati: Illud quoq; cupio recordari ſecundo, ſi quid à me in hoc opuſculo dictum inuenietur

tur à veritate, & Religione diſſonum; non ex animi ſententia illud profero, & explico, ſed vt philoſophorum ſententias pate faciam, ſcio enim ſacra myſteria ignota fuiſſe Philoſophis.

Hoc nomen Philoſophia non fortuito, nec caſu ad nos deſcendit, ſed è Cœli vertice, & Iouis capite ortum: à Pythagora verò explicatum. *Cap. II.*

NON fortuito, non caſu, non aliquo alio euentu hoc venerabile nomen Philoſophia ad nos deſcendit, veluti nomina illa, de quibus Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 6. Scribit de Papyrio puero, cui in prætextata ætate ob prudentiam tùm tacendi, loquendiq; honoris gratia, cognomen traditum eſt prætextatus, & prætextatorum familia orta eſt, ſed conſilio, & Deorum electione, ideſt de cœli vertice ad nos deſcẽdit, quod Poetæ hoc ęnigmate effingunt, ſcilicèt ex Iouis capite ortum, ab exordio enim dicebatur Sophia, & Iouis filia, quæ patrem orauit, vt ipſa quoq; tamquàm patris ſui emula ſemel ſaltem è capite pareret: propterea ſupplex exorabat & rurſus orabat; peperit tandem filiam formoſiſſimam Auo ſuo tùm venuſtate, tùm grauitate, ac viuacitate, & virilitate perſimilem. Reuerendi admodum vultus; colore viuido, & inexauſti vigoris: quod Iouis ſecum conferens, iubſſit non ſophiam vocitari amplius à matre, ſed philoſophiam, cui tria ſtatim edixit. Primum ne à ſuo nobiliſſimo ſtipite, & Illuſtri genere decidat, ſed ſicuti à ſummo omnium capite orta eſt, ſic ſumma quoque petat, & ea, quæ inferiora, & pedibus cõculcantur, parui penderet; Edidit ſecundo, vt nullum haberet cum cupidine Veneris ſcilicèt terrenæ filio commertium, quia cupidus, auarus, auariſſimus, & non decet Philoſophum eſſe lucri cupidũ, ſed magnanimũ, & liberalem. Tertio edidit, vt à Iunonis conſortio velociùs, & procul aufugeret, quoniam Iuno aerea eſt, & craſſiori aere veſcitur, & quæ ſerena ſunt, in caliginem, & quæ tranquilla in turbinem vertit, ab ea igitur cauendum, quia mulier eſt ambitioſorum typus, & genitrix quotidie inter procellas vndique viuens, veluti inanis gloriç cupida, hinc ſonnolẽtum Iouẽ quoq; reddidit, non quia aliquod ſomniferum dederit, vt facili procuraret cum eo concubitum, vt Poetæ effingũt, ſed cum aerea

ſit ipſa,& craſſiori aere veſcatur, ſpiritus noſtros ſonnolentos reddit. Somno illo ſcilicet,quo mens altiora ſopitur;Quod q̃dem Poetarum figmentum non eſt ob id penitus negligendũ, quoniã Platoni conſona proferunt ſeptimo de Republica,qui Philoſophum futurum ita inſtituit, vt ad omnium diſciplinarum genera primum facilis,ac promptus exiſtat, deinde vt natura ſit verax ab omni mẽdacio alienus,ideſt veritatis amator. Tertio loco,vt contemptis omnibus, quæ corruptioni obnoxia ſunt,illiſq;, quæ ſemper eadem permanẽt,mentẽ adhibeat magnanimus quoq;,& fortis,ita vt mortem non timeat, quia ineuitabili quadam lege ad nos deuenit,non inanẽ cupiat gloriam,temperatum prætereà,liberalem,vilium rerum,& terranarum contemptorem,quæ omnia Plato à Socrate omniũ Sapientiſſimo accepit,veluti & ipſe in epiſtola ad Dionyſium fatetur,& in Phoed.legimus qui cum eſſet moriturus,calũniosæ criminatione damnatus,ab Anytho,Mel to,& Lycone tribus garrulis Poetis inimicis, quos veluti vaniloquos, & garrulos irriſerat,criminatus, oſtendit philoſophari neminẽ rectè poſſe , niſi quàm maximè fieri poteſt à cõſortio corporis ideſt ab omnibus corporis affectionibus ſeiungat,ò aurea Socratis ſententia , cuius obitum Athenienſis Ciuitas publicè luxit ,& in accuſatores ĩuexit,ac præ dolore,ſi Laertio credimus,gymnaſia omnia Lycæum.Academiam,pritanium clauſit; Ex quibus omnibus,quæ dicta ſunt,illorum liquet error, aſſerentiũ Iouis neptem vocari philocaliam,quoniã vt D. Auguſtinus 8.de Ciuit.diuina refert,philocalia circa nuges,& ambages verſatur, Philoſophia verò circa ea,quæ conſtantia,& ſemper vera ſunt; ob id exiſtimat lib.8.cap.2.de Ciui.diuina,vt diximus de duobus Philoſophorũ generibus Italico,& Ionico hoc venerabile nomen à Pythagora primum ad nos tranſuolaſſe; nec vnquàm prius auditum eſſe,nam cùm antea ſapientes appellarẽtur,qui modo quodam Laudabilis vitæ alijs præſtare videbantur: Interrogatus vt fertur à Leõte philiſiacorũ Tyranno quid profiteretur,modeſtiori nomine philoſophum reſpõdit, ſeq́; appellauit,ideſt ſapientiæ amatorem,& ſtudioſum:Quoniam ſapientem profiteri arrogãtiſsimum videbatur,hoc enim Sophi nomen ſoli Deo cõgruit:& vt Simonides ait; ipſe ſolus Metaphyſicus,qui ſolus omnia nouit,rerum proprietates, numeros, &

propor-

proportiones: Palladis verò Miniſtri non ſapientes,ſed ſapiē-tiæ amatores, & eius Miniſtri; explicatius igitur fuit hoc tam celebre nomen à Pytagora declaratum,non autem inuentum, quia à Cœli vertice deſcendit,& ex Iouis capite ortum: Conſona tamen veritat i protulit.nam quis ſapiens,niſi Deus? nobis autem dictum eſt Vhe. (*qui ſapientes eſtis in oculis veſtris omnis enim ſapientia à Domino Deo eſt:*) Inſcia propterea eſt ignobilium hominum ſententia, qui ſapientiæ ſtudioſis imprudenter abutuntur,quos Plato noſter in his,quæ de Republica vocat ignauos,turpes, & otio deditos, quibus datum non eſt; munus illud Deorum philoſophicum, de quo nos ſuperius diximus non eſt,inquit Plato,harmonicè cōpoſitus, qui harmonia non delectatur, ideſt, qui à voluptate ſtudiorum non mouetur: Sed quid dulcius melle? & nectareo illo veſci cibo:ſcientia præcipuè illa Palladia, & diuina, ò quàm inſciū eſt plebeorum prouerbium:(*Nil dulcius* Lucro.)Heu polluti homines,ſordidi,mechi,an neſcitis,fortunæ lucrum eſſe bonum?at ſcientia non fortunæ bonum,ſed noſtrum,quorum archa eſt animus ſimulachris inuiolatis imbutus,nec vobis vulgaribus mechis adminiculatur illud,quod fortaſſe adducetis Salomonicum,(*qui addit ſcientiam, additq; laborem, & mœſtitiam*) ſcientia comitem; aut illud Dauidicum: (*quoniam non cognoui literaturam, introibo in iuſtitias Domini,*) quoniam de abuſu ij Sacerdotes loquuntur,mel laudāt illud ſanſonicum à Leone euomitum,non autem abſynthium,abs quo etiam mel deducitur: Sapientes enim apibus comparantur, qui apum inſtar ex multis ſparſim authoribus colligunt, quod deinde memoriæ capacibus aluearibus conditum,ac meditatione quadam concoctū, mellifluumq; pariunt doctrinæ liquorem: Quare de pollutorū hominum abuſu intelligunt: Rurſus ſicuti qui ſine ſolis ope lumen ſolis percipere confidit,meritò in tenebras corruit, ſic q ſine Dei lumine ſcientiæ laborat, ſicuti quoq; vt Platonici dicunt:vt ſi quis ſine Apollino Chori Muſarum Duce canere,aut pſallere audet, ſtrepitabit potius, claudicabitq;,ſed nō ſaliet, arbor eſt etiam ſcientia boni,& mali; quod ſi & radices habet amaras, fructus tamen dulciſsimos, pomo perſico perſimilis, quorum dulcedini amarus quidem ſubeſt nucleus; adhuc pater ille Iouis nepotes, hæredeſq; ſuos non ad vilia aduocauit,

ſed ad cæleſtia, ad diuinarum contemplationē, & philoſophiæ ſtudium, quæ dum è capite eius orta eſt, oſtendit eſſe omnium artium, & facultatum caput; Caueant igitur filij ſpurij, & philocaliæ hæredes, vt Auguſtini vtar verbis: de Ciuitate diuina octauo, ne huic nomini venerabili philoſophię detrahāt, quoniam ſapientiæ detrahunt, & Sophi Deo ſcilicet: Meminerint quoq; mechi homines tenebrarum filij Homerum propter Helenæ vituperationem oculis captum, & quoniā erraſſe cognouit, nunquàm vidiſſe amplius, dicitur è contra Steſicorū Himereum Siculum compatriotam noſtrum Thermitanū captū lumine intellexiſſe erratum, hinc Palinodiam, ideſt contrariū cantum cecinit; (*Non verus ſermo ille fuit, neq; nauibus altis exiſti, fugiens, neq; adiſti pergama Troiæ*: his dictis, ſtatim lumen recuperauit amiſſum: Hinc lapide marmoreo patriæ noſtræ Thermis Himeræ olim ſcriptura erat.

Steſicorus Homero prudentior.

Philoſophia Seniorum, & gentium Theologia non eſt contemnenda, quia ad mundum intelligibilem Deum ſcilicet omnium Creatorem nos dirigit, licèt non ſincerè colat. *Cap. III.*

SI Macrobio credimus Viro Illuſtri, & inſigni in his, quæ de ſomno Scipionis ſcribuntur, non defuerunt, inquit, quōdam non nulli, qui Platonis theſaurū laicis hominibus abſcōditum penitus ſpreuerunt, & quaſi Fabuloſam Theologiā cōtempſerunt, quibus compatiendum erat, cum non poſſent ad intima penetrare, latentemq; theſaurum fodere non valētes. Sed pro nephas nondum ſpreuerūt, ſed penitus improbare cęperunt Platonem hominem religioſum, pium, & Muſarum Sacerdotem, diſputatorem ſubtilem, oratoremq; fecundū, quē inquit P. Aug. de Ciuitate diuina ex omni Philoſophorum numero elegimus imitandum, quia mutatis quibuſdam, chriſtianum quaſi video, qui duas nobis oſtendit vias ad felicitatem, actiuam, & contemplatiuam ducentes, alteram philoſophicā, ideſt naturalem peripateticam, licèt pollutam, & violatā, qua totus eſt hodie terrarum orbis ferè imbutus: Alteram verò Socraticam Sacerdotiam, & moralem, illa quidem apertiorē ad felicitatem inueniendam, hæc verò breuiorem ad conſequen-

dam: primam elegit ſibi Peripateticus, ſecũdam Platonicus, ita vt de eo dicam, optimam partem elegit ſibi Philoſophus Sacerdos: abſq; igitur ratione eam improbant: confitemur tamen peripateticam doctrinam ad Platonicam eſſe viã, quia à notioribus, ſeu ſenſibilibus ad ignotiora, ideſt ad intelligibilia eſt progrediendum ex Ariſt. 1. Phyſi Nam ſiquis rectè conſiderat, naturalia ad diuina nos ducũt, hinc igitur effectũ eſt, vt nullus vnquam ad ſecretiora Platonis myſteria ſit admiſſus, niſi peripateticis diſciplinis prius refectus, & cum Baccho, vt finxerunt Poetæ: denuo natus; Si enim illis priſcis theologis Iamblico, Porphyrio, Homero, Heſiodo, Orpheo, Zeroaſtro, Pytagoræ, Mercurio, cæteriſq; gentium Theologis fides eſſet adhibenda multa veluti vmbra, & imago noſtrę Religionis cognata, & conſona dixerũt nominibus fortaſſe ſpirantibus: Propterea vellem vos Lectores rogatos, aliquando nõ ſtomachari, aut muſſiare, vt ita dicam: ſi nos gentium more philoſophãtes, & Theologizantes, ſacra prophanis admiſcemus: ſalua ſẽper Religionis noſtræ, & fidei pietate, ſi aliquid noſtrę fidei diſſonum audieritis, non tamen ſic determino, ac diffinio, nec tãdem diſputo, ſed potius enarro, nec explico, ſed ex parte ethicorum, & gentium ſententias refero igitur cum D. Aug. de Ciuit. diuina, illud dicam, Lectorem delectare intendo, & placere ſtudeo referre magis, quàm docere, ſed ò ferrea potius, & non aurea ætas illa priſcarum gentium, ad quos hoc ſanè tùm veluti canibus lacerãdum peruenit, & à ſuis concul candum; ò felix tamen hominum ſors, cui de Deo data eſt cognitio non parua, & lumen huic noſtræ declarationi fauet D. Auguſtus 7. confeſsionũm cap. nono, & lib. ep. 34. ad Paulinum, multa inquit gentium Theologia noſtræ Religioni cognata profert, ac Diuo Ioanni præcipuè, propterea ita clamoribus, & ingemitibus clamat, ò immenſe Deus, innumeras ago tibi gratias, qui me ab Aegiptio cibo, quo Eſau ſua primogenita perdidit, liberaſti; Caueant igitur homines, & ſtudeant quibus hoc lumen deſuper datum eſt Theologicum, & Theologizandi munus, ne illud ita Lympidum in obſcuritatẽ vertant, aut ea, quæ de Religione ſcribuntur, veluti ſomnia negligant, quia nihil Deo magis diſplicet, quàm contemni, & nihil ei magis placet, quàm adorari, propterea rebelles fulminauit pro eorũ ſuper-

bia,

bia,& malignitate, ac in reprobum tradit ſenſum, ait Paulus ad Rom. cap. 1. Ab hac noſtra aſſertione non diſſentit Pater Origenes, qui refert Neomenium Platonicum hominem, & & Pytagoricum dixiſſe Platonem Moyſen agnouiſſe attica lingua loquentem; itaq; ingrediens quis Platonis Academiam, ab Academo loci illius, ac ville conſolationis ita vocatam; Illicò occurret illi Parmenides, qui vnum demonſtrabit eſſe Deum omnium rerum Idæas; & ſimulacra eminentiſſimè continentem, & producentem occurret illi Meliſſus, & Zeno, qui ſolum Deum re vera eſſe demonſtrauit, cœtera verò rerũ imagines, & entium vmbræ: Occurret ei Thimeus, oſtendens mũdum à Deo ſuæ bonitatis gratia fuiſſe conditum, & à principio Cœlum, ideſt ignem, & terram creaſſe; deinde aereum ſpiritum ſuper aquas circumfudiſſe, & omnia quaſi vinculo quodam ligaſſe; atq; hæc omnia tamdiu permanere, & permanſura, quamdiù diuinæ placuerit voluntati: Veniet ei obuius Pythagoras, & tota ferè Pythagoreorum ſchola aſſerentium hominem ex terra ab initio Dei virtute fuiſſe creatum, atq; à diuinis ſpiritibus perpetua cuſtodia cuſtoditum: Legem Dei nuntio accepiſſe, ac demum Deo iubente poſt mundi curſum è terra reſurrecturum, & ad Heliſiaca prata duci. Vltimo veniet illi obuiam extra limites Mercurius ille ter maximus, Rex ſcil. Sacerdos & Philoſophus, doctrina, & acumine cæteros ante philoſophos præcellens ad Titium eius filium in Pymandro, qui Trinitatem filium ex patre naſcentem in mentis exceſſum vidiſſe fatetur, humidam naturam migrantem, ex qua fulgentiſſimum lumen, & verbum intelligibile emanabat, quo lumine mirificè oblectabatur. Quæ omnia vt eo capite legere eſt, alterum quodamodo Moyſen videmus Geneſis cap. 1. loquentem, salua ſemper vt dictum eſt noſtræ Religionis laude: Reminiſcamini igitur contentioſi, quod non cortex nutrit, ſed medulla, quæ ergo medullaria ſunt, ſumite, & Methaphyſicorum more abſtrahatis ea, quæ vulgaria, & materialia apparent, & ita ea non contemnetis adhuc in conniuijs lauta ſunt omnia; Nonnulli tamen de epulis illis non oblectantur, ſed quæ dulcia, & lauta ſunt, exiſtimant inſipida propterea non deſpiciunt, prouerbium eſt antiqnum platonicorum.

Conuiuium quoque acetum tollerat.

Propterea platonico conuiuio accedere non omnibus datum eſt, ſed tantum tribus Gratijs, Euphroſinæ, Aglaiæ, & Thaliæ tribus puellis quodamodo ſe inuicē complectentibus, Phœbi filijs, Mercurij, & Iouis, tribus planetis, humano ingenio pręcipuè fauentibus. Non igitur quorumuis animalium, ſed hominum tantum Gratiæ nominantur, beneficium platonicum agnoſcentium. Licebit paulisper hoc loco dum de conuiuio Platonico ſcribimus, tranſcendere, quæ quoq; regula peripatetica eſt, primo poſter. obſeruent igitur noſtri vnum notatu digniſſimum Genium noſtrum ſcilicet, quem aliquando vocant Demonem, ideſt ingenij noſtri ducem ab ijs tribus Gratijs prouenire, ij enim tres planetæ communi quodam inter ſe conſenſu, varijs hominibus Genios. i. ingeniorum duces inter ſe diſtribuere prout varijs, ex alia, atq; alia Cœli plaga quotidie reſpiciunt, noſtro tamen arbitrio poſitum, deinde platonicis alimonijs conuiuijsq; coaleſcere.

Philoſophia Seniorum, & Sacerdotia negligitur, varijſq; morſibus, & iaculis læditur, ac primum quia fabulis, Symbolis, ac Poetarum ænigmatibus plena eſt, at nos eorum cauillationes diſſoluemus. Cap. IIII.

COLORIBVS quibuſdā apparentibus aduerſæ partes noſtram negligūt, & irrident philoſophiā, ac primùm quia fabulis. Secundò quia ſomnijs. Tertiò quia Poetarū figmentis plena, methaphoris, ſymbolis, & ſimilitudinibus, non enim inquiunt à Philoſopho fabulam oportuiſſe confingi, nullum enim figmenti genus Philoſophis conuenit, qui de rerum cæleſtium notione, de animorum habitibus docet: igitur recipienda non eſt: Scientia etiam demonſtratiua non vtitur metaphoris, neq; ſinonymis iubet Auer. 1. phyſ. com. proprio ſed vana eſt, & friuola eorum calumnia, quoniam ſacerdotia noſtra philoſophia, nec omnes fabulas oppugnat, nec omnibus

bus

bus acquieſcit; Eſt enim quodam fabularum genus, quod ſolum aurium pruritus delicias profitetur, auditumq; mulcet; hoc genus reijcit philoſophia noſtra, ſicut reiecit D. Auguſtinus de Ciuit. diui. lib. 6. Poeticam Theologiam, quam dicebant Mythicam.i.fabuloſam, & pura mendacia ſomniabat, & de Dijs nephanda figmenta carminibus perſonabat, quæ hym nos in diuinis rebus inquit, amplectitur vndiq;. Eſt & aliud fabularum genus, quod ad quandam virtutis ſpeciem intellectũ ſapientum hortatur, vt ſunt illæ Aeſopiæ fabulæ elegantia fictionis illuſtres: Veritas igitur aliquando perficta proferri, non fabula eſt, ſed fabuloſa narratio dici debet, vt illa cerimoniarum ſacra Heſiodi, & Orphei de Deorum progenie narrat, & myſtica pythagoreorum ſenſa refert, aliena eſt igitur ſacerdotia noſtra philoſophia à fabulis. Non enim ſunt puræ fabulationes ea, quæ de Minerua leguntur, ex Iouis capite ortam: Homo enim dum eſt in via, ſapientiæ amator dici debet, dum ſcilicet eſt in curſu, & intelligendi cupiditate feruet, cũ verò in ſtatu erit, & non amplius viator, non philoſophiæ amatorem, ſed philoſophum met, & Palladis filium, intellectum ſcilicet habentem adeptum, ideſt mentem vt ait Mercurius conſequitur; tunc verè Palladius erit philoſophus, eritq; Iouis coniunctus, & ex eo capite ortus; Non habemus igitur in hoc corporeo mundo philoſophos; peto modo à vobis emulis, numquid fabulæ ſint hæc omnia? abſtrahatis quæſo hæc à materia methaphyſicorum more, & non erit mendaciũ inquit Ariſt. 2. phyſ. 20. Rurſus, numquid fabula omninò pura eſt, an fabulata explicatio, Herculem Anthęum interemiſſe, dum humo extollitur? minime, quoniam Hercules typus eſt rationis noſtræ, quæ Anthæum è terra eleuatum interemit, dum è terrenis, & corporeis ſenſibus ſe extollit, & cæleſtia, altioraq; petit, iracundiam dum cohibet, Leonem domuit Hercules ſua claua, ideſt ratio; hydriamq; obtrũcat, multis vndiq; capitibus pululantem, dum concupiſcentiæ vim amputat; Ratio etiam dum iecoris hydriam ferro trucidat, capita repente repululant, eò quia fomes ipſa relinquit, dum verò igne amputat, prorſus fomitē extinguit, exterminatq; vt nihil inde renaſcatur; Numquid heus vos, fabula pura eſt hæc? an pura veritas? & impolluta philoſophia? declaratio eſt Platonis met

in Phædone ita admonens, ne ab vna voluptatis gratia alia abſtineas corporali voluptate, alioquin pro vna multa renaſceirtur: Igitur à voluptate rationis gratia eſt abſtinendum: vitia enim ratione extirpantur, quod confirmat Plato in Thimeo, quo animam in tres diſtribuit vires, in vim ratiocinandi ſcilicet, & iraſcendi, atq; concupiſcendi naturam, vim rationalem capiti accõmodauit tanquã arci ſupremæ Reginam, quoniam in ſpeculando caput maximè omnium laborare videtur, ſenſuſq; omnes vigent quàmplurimùm; Præterea vim iracundiæ in præcordijs collocauit, hæ enim partes in præcordijs maximè concitantur, Poſtremò concupiſcendi naturam iecori dedit, ideo quia naturalis vigor illi ineſt, & coquendi alimenti, & libidinis augendæ, ob id rationem vocauit aurigam, quoniam naturali quodam ordine dux eſt reliquarum partium: Adiungit huic equos geminos, album quidem alterum, alterum verò nigrum, equi ſunt cordis vires, ad propoſitum regrediendo, numquid hæc omnia fabulæ ſunt, an fabulatæ narrationes? diſcite ergo laici, dicam vobis illud 29. Reg. *diſcite filij Iſrael arcum, adhuc*, numquid fabula pura eſt, quam de Saturno legimus? cœli filio? filios deuorantes, & Regnum eius Regno, Iouis præſtantius? abſtrahatis hoc à mendacio: hoc, eſt à materia ſtatimquè intelligetis: Saturnum ob id cœli filium, quia primus planetarum, & cœlo ſtellato proximus, & animi eſt typus, quia cœleſtis naturæ, & cœleſtia petens ſemper, ne à ſuo genere decidat, filios deuorat, dùmſenſu falce quadam aſſidua ſcilicet contemplatione è terris truncans amouet; propterea Iouis Regno Regnum eius præſtantius, quoniam contemplatiuorum imperium; & meditantiũ actiuorum eſt nobilius, quia ab omnibus perturbationibus eſt ſeiunctum: Saturnus quoq; quies interpretatur, ſtatus igitur quietus, eſt tranquillus, diuiniſq; vacans inquit Proculus Sacerdos noſter, propterea ætate aurea denotatur, quoniam imperium eius rubigine, & corruptione eſt neſcium, ſaturnia etiam vita viuunt filij Regni eius, quam Croniam inſcribũt Platonici; hoc eſt vitam depuratam, moralibuſq; purgatam virtutibus: Cronorum enim mentis ſaturitas interpretatur; Cõſentio igitur illis aſſerentibus deuoraſſe maſculos tantùm, ſed non fœmellas, indiuidua ſcilicet, ſed non genera vicem

fœminarum gerentia indiuiduorum radices: Secernite igitur heus vos aurum ab harena æmulatores, & theſaurum hoc latitantem inquirite, nos ſacrum canibus lacerandum tradere non conſueuimus, ſed dumtaxat viris ſapientibus. & veritatis contemplatoribus hæc aperuimus, oculi enim Mechorum, plebeorumq; deitatis hos ſufferre radios nequeunt, ſecus ſi faceremus, numina offenderemus, ſicut de Neomenio legimus, qui vt Macrobius ſcribit de ſon. Scip. Eleuſina ſacra, vulgatibus interpretando, vulgauit, quas poſtea habitu meretricio ante apertum lupanar proſtratas ſomnio vidit, at ipſe de Eleuſinis ſtupidus, admirabundus cauſam turpitudinis Dijs non conuenientem confluens, iratè reſpondent ab ipſo aditu pudicitiæ ſuæ vi abſtractas, & paſſim adeuntibus, & abeũtibus proſtitutas: Semper igitur numina à vulgaribus, impijſq; hominibus ſciri maluerunt. Verùm hæc omnia Plato noſter, vt omnia vobis æmulis noſtris perſpicua reddat, vaticinatus eſt & numinibus fortaſſe ita ſpirantibus tẽpora hæc præſcripſit fure iecturos fore quoſdam pſeudophiloſophos quondam coloribus quibuſdam veluti garrulos nectareo, & ambroſio cibo ſtomachari, aſtutia, & calliditate illum & calumnijs opprimere in Phedone cum de pulchritudine ſubtiliter, & copiosè diſſeruiſſet, Theologiam hanc, & theologizandi genus lumen quodam diuinum appellitaſſet, noctuis inquit, & bubonibus odioſum erit, & ab eis veluti à Suis pratioſas Margaritas calcandas, & ſpernendas; ad Dionyſium etiam Regem idem prædixit vt vates, Occurent inquit, tempora multis poſt ſeculis impij homines, quibus noſtræ philoſophiæ myſteria exactiſſima diſcuſſione veluti aurum igne purgatum, & à callidis callidè ſcribentibus ſpretum palam fiet, hæc Plato ad Dionyſium. Quodquidem vaticinium tempore Iamblici, Proculi, & Porphyrij, ac Plotini, vt fertur, euenit: friuola autem eſt aduerſariorum cauillatio, & calumnia, qua nos veluti apes iaculo feriunt, ac pungunt; ille enim parua quadam occaſione moriuntur, ab Ariſt. inchoantes, cui tantum Phyſica confidit, in eandem incidit foueam, quam foderat, ipſe quos vetat vſus eſt, dum ipſe materiam primam nuncupat, locum formarum nonne hæc metaphora, & ſimilitudo eſt, cur igitur nos de metaphora arguit, & de ſimilitudinibus materiam quoq;

fœmellam

ſæmellam turpe, Syluam: hyle ſubiectum, naturamq́; dixit Chaos informe? Tertiò quoq; de anima, mentem tabellæ raſæ, in qua nihil eſt depictum, ſimilauit, dicam ergo illi, vt Apoſtolus ad Rom. heus tu, *qui alium iudicas te ipſum condemnas*, Symbolis idcircò vti, non eſt incongruum, ſicuti nec fabulatis narrationibus; Numquid contemnenda ſunt Pythagoræ Symbola, & aurea eius verba, illud præcipuè *templum præter præpoſitum non ingrediaris*, *neque ores tranſiens propè veſtibulum*; conſultò igitur templum ingrediendum, ibiq; orandum, & non ex euentu, & fortuito ſacris legibus conſonum, ſcriptum eſt enim, *Si ambulaueritis mecum caſu, & ego caſu quoq́; vobiſcum ambulauero*; Numquid contemnendum eſt illud vere aureum, *Echo flante vento adorandam*, quæ tamen repercuſſio eſt aeris, & in locis concauis fit, noſtræ fidei conſonum, Echo typus eſt apud Pythagoram gratiæ ipſius Dei omnipotentis, vox, quæ à Deo exiuit Spiritus, & flans, igitur adoranda, rurſus à Deo exiuimus, vt flatus, & ad Deum iterum reuerſuros eſſe nos fateri licebit, quem colimus, & adorare debemus; vt Sacra omnia docent; Non ne quoq; vetus, & nouum teſtamentū Echo ſunt? alter ad alterum vocem emittentes, Sanctus, Sanctus: & vt altius conſcendamus, Trinitas diuinarum perſonarum quid? niſi Echo flante, ideo adoranda: Quærunt enim Theologi, & ſacræ noſtræ Religionis miniſtri, quomodo Pater filium generat ſibi æqualē? profectò accommodatiſſimo exemplo illud explicare nequeunt, interrogent ipſi, petantq́; à laicis, pollutisq́: Philoſophis, quomodo Echo gignitur in concauitatibus, & huius mundi ſenſibilis viſceribus, & antris? Aeternalis eſt Echo, & illius mundi intelligibilis Sancta Dea Trinitas veneranda: Quod ſi mundanam, ſenſibilemq́;? confitentur Echo, cur non diuinam, & ſupra mundanam, & ſi rationem afferre ignorant repercuſſionis illius, cur igitur indaginem hanc ſenſibus inquirunt? Non ne quoq́; aſſerunt, Pan, qui dicitur totus in concauis, vbi Dea Echo gignitur, habitare? iure tamen per auditum Deo trino, & vni credimus, auditus autem per verbum Dei: Symbola igitur reijcienda non ſunt, quià Theologiæ ſunt conſona: Rurſus ſermo ſymbolicus eſt ſermo delectabilis, ac per ſymbola, quæ explicantur, & memoriæ mandantur, tenacius infiguntur: de pluribus ſimul,

& ſemel loquuntur, aliud alio optime intelligentes, & intelligentiam producentem, Syrianorum, & Paliſtinorum turba etiam per Symbola, & ſimilitudines ſuis poſteris parabolicè loqui teſtatum reliquit, hinc vt D. Hieronymus teſtatur Homil. ſeptima ſuper Matthæum Chriſtus Dominus noſter veritatis iubar ſermonem ſuum Syrianis, & Paleſtinis parabolicè oſtenderat.

Verùm vt omnia aduerſariorum noſtrorum cauilla vnà ſimul & ſemel diſſoluantur, quæ de fabulis, de ſymbolis, & methaphoris afferunt, hoc vnum potiſſimum eſt obſeruandum. Varijs vijs philoſophandum, & ab initio procedendum eſſe, prout libet, Peripatetici, & laicorum turba, ac ferè mundus totus, via motus, nec aliam inuenere viam ait Auer. oct. Phyſ. com. primo ad inueſtigandum cauſas, & motoris præcipuè ad primi principij cognitionem; quos Auerroiſtarum turba ſectatur coniecturis quibuſdam, ac præſertim ijs, quas validiores reputat ex Auerr. com. 7. quo quærit, an primus motor ſit ſine materia, probat, quod eſt ſine materia, quia nec per ſe, nec per accidens mouetur, ergo ſeparatus omninò à materia: Nec eſt alia via quã via motus ad probandum ſubſtantias abſtractas eſſe: Præterea nulla ſcientia probat ſuum ſubiectum eſſe, ſed diuinæ ſcientiæ ſubiectum ſunt ſubſtantiæ abſtractæ, & ſubſtantiarum ſeparatarũ genus omne, non igitur moſtrari ibi poſſunt, cum lateant, aut medio mathematico demonſtrantur, quòd dici non poteſt, quoniam circa quantitatem verſatur, igitur medio naturali, ſed naturalis vtitur medio naturali, puta motu, ergo non eſt alia via niſi via motus, qui motus erit orbicularis, & ſempiternus: quorum ſententia ab alijs reijcitur hac ratione, quoniã Ar. 12. diuinorum, probat Deum eſſe actum puriſſimum, cui nulla eſt admixta potentia, igitur à materia ſecretum; Via igitur hac puritatis; ſed quoniam ad viam lationis redeunt omnia, omitto hæc laicis; Veteres verò via figmenti ſcõmatibus, & apologijs philoſophati ſunt, & hoc genere maximopere delectabantur, vt Poetarum turba; alij via contemplationis, & meditationis, veluti Socratis, Sectatores, quem Ariſt. dimoniacum adiudicauit, & Demonis familiaris inſpiratione fuiſſe philoſophatũ: noluit tandem de ipſius genitura tribus Dijs duci, cõfiteri, de quo duce

 diximus

diximus ſupra; alij verò vt Solis, & Veneris cæleſtis filij non via lationis, non via ænigmatum, ſed ... & ſimilium; ſed proprio Marte philoſophati ſunt; omni vndiq; laude digniſſimi non in aliorum verbis iurarunt, & præceptorum ſuorum, ſed proprio Marte, veluti acuta ingenia, qui in ratione confidunt: illud afferentes Auerrois contra Auicennam; quid mihi de eorum ingenij prauitate? aut intellectus debilitate? nunquid illorum pœnam perpendere debet? meliorem, & excellentiorem tandem viam oſtendat nobis Dominus, viã ſcilicet theologizãdi, ne ea quæ lympida ſunt, in obſcuritatem vertantur: Igitur *Illud cremus: Vias tuas Domine, demonſtra mihi; & ſemitas tuas edoce me*, & ſtatim illud altiſſimum intelligemus, *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via in qua ambules, firmabo ſuper te oculos meos*: Iure igitur ſcholaſtici quærunt in ſuis exordijs, an neceſſarium ſit nobis lumen diuinum, & ſupranaturale præter id, quod eſt nobis à natura inſitum, procul dubio affirmant, neminem rectè philoſophari poſſe, niſi diuino lumine afflatum, vt ſcriptum eſt, *omnis doctrina diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum*, & arguendum, lumine enim naturali ad diuina conſcendere eſſet veluti ſi quis ligneo malleo ferrum percuteret.

Alio acutiori morſu Philoſophia Seniorum & Sacerdotia loeditur, & ab aduerſarijs mordetur, quia furoribus, dementijs, vaticinijs, ſomnijs tùm Socraticis, tùm quoq; Scipionibus admodum gaudet. Cap. V.

HIS deniq; coniecturis, & argumentationibus veluti validioribus aduerſæ partes in nos inuehunt, & noſtram philoſophiam confundere conantur, quia non dum fabulis, apologis, ſcommatibus, ſymbolis, & huiuſmodi, verùm quia ſomnijs, furoribus, & dementijs plena, & ijs gaudet, quibus ita reſpondemus cum D. Aug. lib. de ſpiritu, & anima cap. 25; cum Macrobio de ſomn. Scipionis cap. 3. cum Platone quoq; in Critone, in Memnone, in Ione, cum Iamblico lib. de my-

ſterijs Aegiptiorum, & cæteris huius noſtrę Philoſophię fautoribus, quòd ſicut non omnis fabulãdi modus eſt contemnẽdus, ita non omnis ſomnus, non quiſq; furor, & vaticiniũ, quin que enim ait P. Auguſtinus, ſunt ſomniorũ genera, idẽ aſſerit Macrobius eſt primum quodã ſomnij genus, quòd dicitur inſomnium, & eſt quando id, quod fatigauerat, vigilantẽ inſerit ſe dormiẽti, ſicut eſt cibi cura, potus, vel aliqua ſtudia, & artes, & infirmitates; ſecundum nanq; ſtudia, quæ quiſq; exercet, ſomniat, & ſolitarum artium ſimulacra in prę́ſentia mentis impreſſa apparent: in ſomnijs etiam iuncta eſt infirmitatum diuerſitas, hinc diuerſa accidunt ſomnia, alia nanq; vident ſanguinei, alia vident colerici, alia flegmatici, & cum illi videant rubea, iſti nigra, vel alba: Propter eà ex illudunt, illudenda ſunt quoquè, & cum ſomno euolant, verùm ſępè ab ijs affligimur, vt Dido teſtabatur, illud enarrans, *Anna inquit ſoror, quæ me ſuſpenſam in ſomnia terrent*, hæc aperuit Plato de Rep. nono: Eſt & aliud genus ſomni, qui dicitur viſio. Cum quis id, quod vidit, eodem modo, quo apparuerat, euenit, exemplo patet de amico peregrè commorante, quem non cogitabat, viſus eſt, ſibi reuerſurũ Doctores noſtri referunt multa inueniſſe dormientes, quæ nõ inuenere vigilantes, quod ſæpè euenire, teſtari nos etiam poſſumus; Ficinus Medicus Excellentiſſimus ætatis omniũ ſuæ illud affert, quod Galeno euenit, qui vt fertur, circa diafargãn ægrotabat, ſeq; in ſomnias ſe, fore incolumem, ſi ſanguinem ex vena mitteret, quæ eſt inter policem, & indicem, quod cũ feciſſet, conualuit. Verùm ipſe vt ingenio acutiſſimus quærit cauſam, & ait more philoſophorum, modeſtè reſpondens, fortaſſe in cauſa eſt, quoniam cum præſtantiſſimę animę partes ſint intellectus, & voluntas: intellectus autem quando circa corporalia occupat, aut nihil cernit omninò, aut nõ ſincerè diſcernit, ſenſibus, & phantaſmatibus deceptus, voluntas etiam affligitur, dum inde tot vexatur curis; è contra in ſomno corporalia deſpicit, ac ſopitis ſenſibus, expulſiſq; phantaſmatum nubibus per ſui ſubſtantiam ſpeculatur, & ita ſincerè diſcernit per ſomni quietem, aut per quamuis à corpore alienationẽ, & vt fertur, hoc modo vaticinatus eſt Socrates obitum ſuũ, & accuſantium perniciem, & iniuſtorum Iudicum futuram pœnitentiã, & deniq; Ciuitatis ſeductionem; ſed pauliſper quęſo hoc bre-

C ue

ue de ſomno,quę viſio nuncupatur,audiatis,& patienter ferte dubitationem. Vndè ſcilicet hoc prouenit,& in cauſa eſt,q̄ ſomnia,quæ in matutino fiunt,veriora videntur; Placuit nobis aliquando ita reſpondere,quia in matutino ſobriores, ſed inſtantia ita inſtabat,ſæpè imus dormitum admodum ſobrij,tamen non ita perſpicuè fiunt viſiones,propterea illorū reſponſionem amplector, vt amplecti debemus tanquam veriorem; quoniam ſol Phœbi vates tunc tēporis ad nos accedit, & eius acceſſū ignei noſtri ſpiritus roborantur. Et ea hora dominantes claritate ſua ad claram conferunt viſionem, quod experimento liquidò conſtat, cum ſtatim expergiſcimur; Eſt tertio aliud genus ſomni,quem appellant oraculum, ſeu velatum, & figuris tectum,quo quis perſona munda,caſtaq́;,& Religioſa, Muſarum miniſter ait Macrobius ſomniat,& quæ vitanda, & quæ non vitanda,quæ facienda,& quę non facienda,denūciat; vt de Scipione ipſe teſtatur: quod genus ſomni Plato in Memnone vocauit furorem diuinum, & à Deo diuinitus eſſe traditum,quod in Ione tribus oſtendit ſignis euidentiſſimis,primo quia ſingulas artes, vel ſaltem omnium artiū indicia ſuis in libris inſeruerūt,quod alij longo tempore nō ſunt aſſecuti.

Secundo ſigno,quia multa furentes canūt,& quæ poſteà deferueſcente furore,ipſimet non ſatis intelligunt, quaſi nō ijdē pronunciauerint. Sed Deus per eos ceu per tubas clamauerit.

Tertio ſigno, quia ab ineunte ætate eruditiſſimi euaſerunt Vates,ſeu Poetæ, vt de Homero legit Philoſophia noſtra Sacerdotia,de Heſiodo,Orpheo, & Lucretio, qui præter artem ſubito in rebus poeticis admirandi prodierunt. Vnde Plato ita aſſerit,ob hanc cauſam, mentem illis ſurripiens, ipſis tamquàm miniſtris vtitur,oraculorumq́; nūtijs,vt nos,qui eos audimus,præcipiamus,non eos eſſe, qui tam digna referūt, cum ſuæ mentis compotes nō ſint,ſed Deum per iſtos nobis declamare tot præclara poemata, conſona ſunt iſta platonica fidei, & Religioni noſtræ,in hoc tamē diſſentit, quòd eos, quos nos Prophetas vocamus,Plato vocat Poetas,nomine igitur,ſed re nō diſſentit, *Deus inquit Iob nos erudit in ſomnio* Iob 33. & Petrus in epiſ. *non voluntate humana aliquando allata eſt Prophetia,ſed ſpiritu ſancto inſpirante locuti ſunt Sancti Dei homines*: quæ iterū monet Deum cordibus hominum horum quatuor templum Deo

ſemper

ſemper pacatum eſt,ita inſpirare,vt apertũ ait Io. ingreditur, petitq; hominem paſci ambroſia, & cibo illo ſomniandi, *ego inquit, ſto ad hoſtium,& pulſo ſiquis mihi aperuerit, intrabo,& cœnabo cum illo*, quo cibo Ioannes ipſe vniuerſum vidit ordinem ſæculorum,hac eſca Zechiel campum oſſibus mortuorũ inſpexit,& iterum reſurgentia:hoc quoq; cibo Eſaias Deum ſedentem Seraphinis circundatũ vidit Hyeronimus ollam ſuccẽſam hoc cibo deniq; Sybillæ mulieres multa de Religione prædixerunt: hinc Mercurius Sacerdos noſter maximus, Deus ait, per Sibilationem nos admonet,& erit quartũ genus ſomni, quod vocant *Sibilationem*, ideſt domeſticam collocutionem, in ſomno tamen,ſibilus eſt,qui fit ore compreſſis dentibus,& parum deductis,atq; conſtrictis labijs,primis enim temporibus in ſibilo venit,inuitans nos ad eius euangelium, & aquam gratiæ eius bibendum, ſicuti Paſtores inuitant ſibilo oues,hinc arbitramur nomen Sybillæ ad nos deſcendiſſe, Sibillam enim filiã vocis dicunt interpretes,vel Dei conſilium, quia Deus ſibilationibus quibuſdam nos adhortatur,& inſtruit,vt ſponſa fatetur, *ſibilauit,inquit,Dominus meus in auribus meis*, Dicatis modò vos,ſiue per oraculum,ſiue per mulierẽ: propterea illis aſſentiendum non eſt aſſerẽtibus Sybillas fœminas fuiſſe fati dicas munere Dæmonis,præſagientes futura,à fide enim cadere eſt; Dicimus igitur fœminas fuiſſe ſpiritu prophetico afflatas, repletaſq;, quas D. Auguſt. de Ciuit. diuina quoq; approbat lib. 18,quę cum omnes ferè de Chriſto prędicarent,maximè tamẽ Erythæa celebrior inter cæteras, ac nobilior habetur,vt Feneſtella diligentiſſimus ſcriptor de quindecim viris teſtatur, ad quam miſſi ſunt legati,vt eius carmina conquiſita Romam deportarent,& latinitate donata,illa ſunt hæc, de extremo principe iudicio.

HEROICA AERITHR. SYB.

Iudicij ſignum, Tellus ſudore madeſcet,
E cælo Rex adueniet per ſecla futurus
Scilicet in carnem: præſens, vt iudicet orbem,
Vnde Deum cernent, incredulus, atq; fidelis

Calſum cum ſanctis, aut iam termino in ipſo
Sic animæ cum carne aderunt, quas iudicet ipſe,
Cum iacet incultus denſis in vepribus orbis,
Reijcient ſimulacra viri, cunctam quoq; Gazam
Exuret terras ignis pontumq;, polumq;,
Inquirens tetri portas effinget Auerni,
Sanctorum, ſed enim iunctæ lux libera carni
Tradetur, Sontes, æternaq; flamma cremabit
Occultos actus retegens, tunc quiſq; loquetur
Secreta, atq; Deus reſerabit pectora luci
Tunc erit, & luctus ſtudebunt dentibus omnes;
Eripitur ſolis iubar, & chorus interit aſtris,
Soluetur cœlum, lunaris ſplendor obibit,
Deijciet colles, valles extollet ab imo,
Non erit in rebus hominum ſublime, vel altum,
Iam æquantur campis montes, & cerula ponthi,
Omnia ceſſabunt, Tellus confracta peribit,
Sic pariter fontes torrentur fluminaq; igni,
Et tuba tunc ſonitum triſtem demittet ab alto
Orbe gemens facinus miſerum, varioſq; labores,
Tartareumq; Chaos monſtrabit terra dehiſcens,
Et coram hic Domino Reges ſi ſtentur ad vnum,
Decidet è cœlis, igniſq; & ſulphuris amnis.

Quibus carminibus Sybilla prædixit diuino quodam lumi ne afflata, extremũ Iudicium, in quo Chriſtus iudicabit viuos, & mortuos, bonis æternum daturus præmium, malis verò, & improbis pœnam perpetuam irrogaturus, tunc decidet Cęlú, & immutabitur, conflagrabunt elementa, Terra dehiſcens ma-

ſorum vltrix, tartareum Chaos, & horrenda ſupplicia manifeſtabit, quæ omnia ſunt Matthæo 24 cap. conſona, quæ de ſecũdo Chriſti aduentu commemorantur, hanc Sybillam Cumanã quidam ex noſtris eſſe credunt, vt idem Auguſ. eodem loco refert: nihil inquit, habet in ſuis carminibus, quod ad Deorũ ſalſorum, ſiue fictorum cultum pertineat, quinimò ita etiã contra eos, & contra cultores eorum loquitur, vt in eorũ numero deputanda videatur, qui pertinent ad Ciuitatem Dei; & idem Aug. aduerſus Iudæos, Paganos, & Arianos cap. 16. ait, quoſdã verſus Sybillinos apertiſſimè paſſionem Chriſti demonſtraſſe, qui & huiuſmodi ſunt: In manus iniquas, & infidelium poſteà veniet Dabunt Deo alapas manibus ingeſtis, & oribus immũdis expuent ſaliuas venenoſas: Dabit autem in verbera omnino innocẽs dorſum, & colaphos accipiẽs, tacebit, ne quis agnoſcat, quod verbum, & vnde venit, vt mortuis loquatur, & coronam portabit ſpineam, in cibum autem fel, & ad ſitim acetum dederunt, inhoſpitalitatis hãc monſtrabãt mẽſam: ipſa. n. ſtulta, Deum tuum non cognouiſti ludẽtem mortalibus mẽtibus, ſed ex ſpinis coronaſti corona, horridumq; fel miſcuiſti, tẽpli verò velũ ſcindetur, & die media nox tenebroſa nimis tribus horis, & mortis fatum finiet trium dierum ſomno ſuſcepto, & nunc à mortuis regreſſus in lucem venit primus reſurrectionis initium reuocatus oſtendit, & ne falsò putetis, quæ à Sybillis prædicta ſunt, eſſe comentitia, & meris nugis veriora afferam, quæ loculenter ſcripſit latantius vir quidem omni genere doctrinæ expolitiſſimus de Sybillarum commendatione lib. 1. de falſa religione cap. 6. vbi refert, M. Varronem quo nemo vnq̃ doctior extitit, dixiſſe omnes fęmellas vates Sybillas à veteribus nuncupatas eſſe, vel ab vnius Delphydis nomine, vel à cõſilijs Deorum denunciandis, decem fuiſſe aſſerit, eaſq; dinumerauit ſub authoribus, qui de ſingulis ſcriptitarunt: Primã fuiſſe de Perſis, cuius mentionẽ fecerat Nicanorus, ſeu Nicaror, qui res geſtas Alexandri Macedonis ſcripſit: Secundam Lybicam, de qua Euripides meminit in Lamiæ prologo: Tertiã Delphycam, de qua Chriſyppus loquitur in eo lib. quem de diuinatione compoſuit: Quartam Cumæam in Italia, quam Neuius in libris belli punici, & Piſo in Annalibus nominat: Quintam Erithræam, quàm Apollodorus Erithreus affirmat fuiſſe ciuẽ-

eamq; Graijs Ilion petentibus vaticinatam, & perituram eſſe Troiam, & Homerum mẽdacia ſcripturum: Sextam Samiã; de qua ſcripſit Eratoſthenes in antiquis annalibus, Samiorũ reperiſſe ſcriptum: Septimam Cumanam nomine Amalthaã, quæ ab alijs Demophyle, vel Herophyle nominatur, eamq; nouem libros attuliſſe ad Regem Tarquinium Priſcum, & ab eo tricẽtos Philippos poſtulaſſe, Regem quaſperuatum pretij magnitudinem, & mulieris inſaniam dixiſſe, illam in conſpectu Regis tres combuſiſſe, & pro reliquis idem petijſſe pretiũ, Tarquiniũ magis inſanire putaſſe, quę denuò tribus alijs exhuſtis, cum in eodem pretio perſeueraret, motum eſſe Regem, ac reſiduum tercentum aureis emiſſe, quorum poſteà numerus fit auctus capitulo refecto, quod ex omnibus Ciuitatibus, & Italicis, & græcis, & præcipuè erithreis coacti, collati ſunt Romã, ut ulq; Sybillæ nomine fuerant: Octauã Helleſpontycam, in agro Troiano natam Vico Marpeſſo circa oppidũ Gergithaum, quam ſcribit Heraclydes ponticus Cyri, & Solonis aſſerunt fuiſſe tẽporibus: Nonam Phrigyam, quę vaticinata ſit, ancii e Decin ã Tyburtem, ſeu Tyburtinam, ſeu Albuneam, quæ à Tyburjs vt Dea colitur iuxtà ripas Anienis, cuius ingurgite ſimulachrum eius inuentum eſſe dicitur, tenens in manu librum, cuius ſacra Senatus in Capitolium tranſtulerit: harum omnium Sybillarũ carmina, & feruntur, & habentur, præter quàm Cumeæ, cuius libris à Romanis occuluntur, nec eos ab vllo, niſi quindecim viris inſpici fas eſt: Omnes igitur Sybillæ vnum Deum prædicant, maximè tamen Erythræa. Sed iam aduerſariorum argumenta diſſoluamus, quæ de ſomno aſſerunt, quòd putãt Achillem: Reſpondemus, quòd ſicut noſtra philoſophia non omnes fabulas recipit, ſed eas dũtaxat, quas dignoſcit illuſtres, myſterioq; non vacantes: ita non omnia ſomnia fouet, ſed ea, quæ ab homine mundo veniunt, ſcriptum eſt enim, *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt* per ſomnũ, qui dicitur viſionis, vt dictum eſt: hoc pacto ſomnium Sanctorum, & Caſtorũ hominum ſumimus, ac Religioſorum ab animo optimè purgato venientium, huiuſmodi fuit ſomnus Ioſeph, Matth. cap. 2. & illę Iacob ob quorum interpræstationem traditam Sãctis viris Danieli, & ceteris: hinc Iohel capit. 2. ſcribitur, *effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & iuuenes viſiones videbunt, & ſenes ſomnia*

minia ſomniabunt: ſimile apud Sacerdotes noſtros, & gentium Theologos fuit Scipionis ſomnium tamquàm vacationis ſpecies, quod etiam non eſt contemnendum, primo quia à miniſtro templo gentium adhærenti,& miniſtrãti quicquid illi euẽtura erant,denunciatum eſt: ſecundo nõ erat ſpernendũ,quia pro ſalute Reipublicæ prædixerat,& ſomniatus eſt,tunc enim ſomnia pro veris recipiebant,cum de ſtatu Ciuitatis,& Reipublicæ Rector,& Magiſtratus ſomniabat, ob id apud Sacerdotem noſtrum Homerum cum in Concilio Græcorum Agamemnon de deſtruendo prælio ſomniaſſet,illudq; publicaret Neſtor,qui non minus ipſi prudentia fretus, *credendum eſt inquit, de ſtatu publico Regio ſomno*: ob id de exercitu conciliatus eſt,quſi alter ait,vidiſſet ſomnium,repudiaremus vt futile, ij enim, qui Ciuitati ſtudent, Deo ſeruire ſtudent, nec obſtat illud hoc loco Deut. 28. *non ſunt à vobis ſomnia obſeruanda*, quoniã ex dictis ſolutum eſt argumentum. Ad ſecundum quód de ſomno Socratis afferũt in Cratillo, qui ſe Idæas formaſſe refert in ſomnis Plato,& ſomniaſſe, friuola eſt cauillatio, & compatiendum eſt aduerſarijs noſtris: Arbitrantur enim Socratẽ Idæas ita ſomniaſſe ideſt irriſiſſe,vt puta figmẽta veluti illuſoria, ſed non ita ſomniat Socrates Idæas,immo approbat,confirmatq; teſte Diuo Auguſtino Idæorum proteſtori acerrimo, vt de Ciuitate diuina legere eſt,& ijs ignoratis,inquit, omnia ignorãtur,& nihil intelligere valemus: Quare dum Socrates Idæas ſe ſomniaſſet,aſſeruit per illam particulam; ſomnium, quietem intelligit,præcipuè enim quid Idææ ſint,nõ poſſumus, niſi dormiendo,quieſcendo,& cogitando formare,hinc Plato in Thimeo aſſerebat Idæas à paucis cognoſci, & percipi, quoniã vacatione indigent,& ſomno Idæali, ergo ſomnus eſt ille Socratis Idæali, qui non irridendus exiſtimatur.

Ad tertium,quod afferunt, philoſophiam noſtram eſſe irridendam,quia plena eſt furoribus,& dementijs, ita reſpondemus cũ Platone noſtro in Phedrone duas eſſe furoris ſpecies, alteram ab humanis morbis, alteram ex alienatione diuina, qua extra conſuetam vitæ inſtitutionem quis rapitur,quem in quatuor ſpecies diſtribuit etiam Plato, de quibus in ſequenti capite dicemus: Philoſophia igitur noſtra non dementijs, & furoribus vitioſis ideſt ex inualitudine mẽtis ortis, vt de melan-

lan-

eamq; Graijs Ilion petentibus vaticinatam, & perituram eſſe Troiam, & Homerum mẽdacia ſcripturum: Sextam Samiã; de qua ſcripſit Eratoſthenes in antiquis annalibus, Samiorũ repe rijſſe ſcriptum: Septimam Cumanam nomine Amaltheã; quæ ab alijs Demophyle, vel Herophyle nominatur, eamq; nouem libros attuliſſe ad Regem Tarquinium Priſcum, & ab eo tricẽ tos Philippos poſtulaſſe, Regemq; aſpernatum pretij magnitu dinem, & mulieris inſaniam dixiſſe, illam in conſpectu Regis tres combuſiſſe, & pro reliquis idem petijſſe pretiũ, Tarquiniũ magis inſanire putaſſe, quę denuò tribus alijs exhuſtis, cum in eodem pretio perſeueraret, motum eſſe Regem, ac reſiduum tercentum aureis emiſſe, quorum poſteà numerus ſit auctus capitulo refecto, quod ex omnibus Ciuitatibus, & Italicis, & græcis, & præcipuè erithreis coacti, collati ſunt Romã, cuiuſq; Sybillæ nomine fuerant: Octauã Helleſponticam, in agro Tro iano natam Vico Marpeſſo circa oppidũ Gergithaum, quam ſcribit Heraclydes ponticus Cyri, & Solonis aſſerunt fuiſſe tẽ poribus: Nonam Phrigyam, quę vaticinata ſit, ancire Decimã Tyburtem, ſeu Tyburtinam, ſeu Albuneam, quæ à Tyburis vt Dea colitur iuxtà ripas Anienis, cuius ingurgite ſimulachrum eius inuentum eſſe dicitur, tenens in manu librum, cuius ſacra Senatus in Capitolium tranſtulerit: harum omnium Sybillarũ carmina, & feruntur, & habentur, præter quàm Cumeæ, cuius libris à Romanis occuluntur, nec eos ab vllo, niſi quindecim viris inſpici fas eſt: Omnes igitur Sybillæ vnum Deum prædi cant, maximè tamen Erythræa. Sed iam aduerſariorum argu menta diſſoluamus, quæ de ſomnò afferunt, quòd putãt Achil lem: Reſpondemus, quòd ſicut noſtra philoſophia non omnes fabulas recipit, ſed eas dũtaxat, quas dignoſcit illuſtres, myſterioq; non vacantes: ita non omnia ſomnia fouet, ſed ea, quæ ab homine mundo veniunt, ſcriptum eſt enim, *Beati mundo cor de, quoniam ipſi Deum videbunt* per ſomnũ, qui dicitur viſionis, vt dictum eſt: hoc pacto ſomnium Sanctorum, & Caſtrorũ ho minum ſumimus, ac Religioſorum ab animo optimè purgato veniẽtium, huiuſmodi fuit ſomnus Ioſeph, Matth. cap. 2. & ille Iacob ob quorum interpræţationem traditam Sãctis viris Da nieli, & cęteris: hinc Iohel capit. 2. ſcribitur, *effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & iuuenes viſiones videbunt, & ſenes ſo-*

minia ſomniabunt : ſimile apud Sacerdotes noſtros, & gentium Theologos fuit Scipionis ſomnium tamquàm vacationis ſpecies, quod etiam non eſt contemnendum, primo quia à miniſtro templo gentium adhærenti, & miniſtrãti quicquid illi euẽtura erant, denunciatum eſt : ſecundo nõ erat ſpernendũ, quia pro ſalute Reipublicæ prædixerat, & ſomniatus eſt, tunc enim ſomnia pro veris recipiebant, cum de ſtatu Ciuitatis, & Reipublicæ Rector, & Magiſtratus ſomniabat, ob id apud Sacerdotem noſtrum Homerum cum in Concilio Græcorum Agamemnon de deſtruendo prẹlio ſomniaſſet, illudq́; publicaret Neſtor, qui non minus ipſi prudentia fretus, *credendum eſt inquit, de ſtatu publico Regio ſomno*. ob id de exercitu conciliatus eſt, ꝙ ſi alter ait, vidiſſet ſomnium, repudiaremus vt futile, ij enim, qui Ciuitati ſtudent, Deo ſeruire ſtudent; nec obſtat illud hoc loco Deut. 28. *non ſunt à vobis ſomnia obſeruanda*, quoniã ex dictis ſolutum eſt argumentum. Ad ſecundum quód de ſomno Socratis afferũt in Cratillo, qui ſe Idæas formaſſe refert in ſomnis Plato, & ſomniaſſe, friuola eſt cauillatio, & compatiendum eſt aduerſarijs noſtris: Arbitrantur enim Socratẽ Idæas ita ſomniaſſe ideſt irriſiſſe, vt pura figmẽta veluti illuſoria, ſed non ita ſomniat Socrates Idæas, immò approbat, confirmatq́; teſte Diuo Auguſtino Idæorum proteſtori acerrimo, vt de Ciuitate diuina legere eſt, & ijs ignoratis, inquit, omnia ignorãtur, & nihil intelligere valemus: Quare dum Socrates Idẹas ſe ſomniaſſet, aſſeruit per illam particulam; ſomnium, quietem intelligit, præcipuè enim quid Idææ ſint, nõ poſſumus, niſi dormiendo, quieſcendo, & cogitando formare, hinc Plato in Thimeo aſſerebat Idæas à paucis cognoſci, & percipi, quoniã vacatione indigent, & ſomno Idæali, ergo ſomnus eſt ille Socratis Idæali, qui non irridendus exiſtimatur.

Ad tertium, quod afferunt, philoſophiam noſtram eſſe irridendam, quia plena eſt furoribus, & dementijs, ita reſpondemus cũ Platone noſtro in Phedrone duas eſſe furoris ſpecies, alteram ab humanis morbis, alteram ex alienatione diuina, qua extra conſuetam vitẹ inſtitutionem quis rapitur, quem in quatuor ſpecies diſtribuit etiam Plato, de quibus in ſequenti capite dicemus: Philoſophia igitur noſtra non dementijs, & furoribus vitioſis ideſt ex inualitudine mẽtis ortis, vt de melan-

lan-

lancolicis,& atra bili patientibus legimus,quos etiam Ar.triginta particula problematum ait, habere aliquid præſagiens, ideſt aliquid ante acutè videns, atq; diuinum, & ſicuti ſomnia quædam ſunt,non benè animorum, quæ à Dæmone ſuggerente ſunt,nam malorum animæ corpore dormiente ab occurſitatibus malarum formarum opprimuntur, cum quibus nō alloquitur Deus,ita furores,& demētiç animæ rationalis ſunt alienationes à ſuperis delapſæ: Idem cōfeſſus eſt Iamblicus noſter Philoſophus Sacerdos de myſterijs Aegyptiorum cap.25.Alienatio hæc inquit,à numinibus afflata,& vera, & certa eſt, quæ nec Dœmonibus conuenire poteſt, nec humanis artibus, ſed purgatis mentibus: Valeant igitur Philoſophiæ noſtræ impoſtores,arbitrantes furorem quęuis à cerebri corruptione oriri:propterea rerum punctionē negant, & rerum futurarū ſciētiam,omniaq; fato,neceſſitate,& cauſarum concurſu deſcēdere aſſerunt. Noſtra igitur Philoſophia rerum omnium fore notiorem confitetur,fatumq; illud Zenonis,& ſtoicorum omniū omninò reijcit tamq; veritati contrarium, quoniā de medio rerum contingentiā callidè tollit,ſublata enim contingentia, Deum facimus authorem flagitiorum,& ſcelerum noſtrorum quo nihil magis impium excogitari poteſt,nihil enim reliquū eſt,niſi vt laxatis omnium fœd itatum,ac turpitudinū habenis carnem ſinamus ad vitia prouenire,& ad peſſima quæq; opera efficienda: Caueant interim noſtri, ne ab abſoluta illa neceſſitate decipiantur, & obruantur opinione, & illud recordātur, quod ſcribit Plato de Republica decimo: virtute animi,ſcilicet non eſſe ſeruilem, & illud quoq; Zeroſtri Sacerdotis noſtri, *ne augeas fatū*.i in tuo arbitrio eſt cedere fato,& nō cedere.

Rurſus Philoſophia noſtra ab aduerſarijs mordetur; quoniam Poetas tot laudibus concinnat, mox è tēplo Muſarum veluti garrulos,& vaniculos reijcit,igitur inconſtans eſt,& ſibi aduerſatur, nos eorum cauillum ſoluemus. Cap. VI.

IRRIDENT nos peripatetici,& Laicorum Philoſophorum turba, quoniam Poetas tot carminibus, laudibus afficimus,

cimus,mox eos è templo eijcimus:igitur inconſtans eſt,& ſibi met contraria,ſed friuolum eſt illorum argumentum, friuola quoq; contradictio quoniam, & ſi Philoſophia noſtra Poetas à templo Muſarum expellit,nō tamen eos,quos Apollineo furore afflatos iudicat,& diuinos,ſed quos mendaces,garrulos, & vaniloquos videt,poeticum enim furorem ab Apolline deſcendere omnes Platonici affirmant, ideſt ab anima mūdi per nouem Muſas,hoc eſt,ſphærarum animas:Quæ dū cæleſte corpus armonicè mouent, harmoniam gignunt numeralē tamē, vt ſuo loco dicemus de Cœlorum concentu: propterea Plato in Phedone,& Ione Poetas diuino furore correptos affirmat, quod vt dictum eſt,oſtendit ſigno,quoniā multi in rebus Poeticis mirandi prodierunt,& optimi euaſerunt,vt de Homero legitur,& Heſiodo,ac Ione,qui adhuc vulgaris homo ita Homeri carmina,vt Plato in Ione refert:Lyra decantabat,atque ita erat affectus, vt alium Poetam nullum præter Homerū exponeret,etiam ſi eadem,qua Homerus facilitate referret.Homeri autē omnia facili explicabat, & celeriter aperiebat,quo Socrates ita iudicat,hoc inquit arte nec caſu euenit,igitur lumine,& furore diuino oſtendit:afflata eſt igitur quibuſdā Poeſis;Poetæ enim potius inſani, quos Apollonis filios exiſtimabant,dicebāt prius,& ſacro quodam ſemine geniti, ſeu correpti lumine, nec eos Philoſophia noſtra contemnit, ſed reijcit dumtaxat mendacia pura canentes,debent enim Sacerdotes abhorrere à mendacio.i.Platonici, quorum alimonia eſt ipſa veritas:& ſicut corpus ab amaro cibo quoq; nō alitur,ſed dulciori ait Ariſt. 3.cap.de ſenſ.quod genus cibi, & alimoniæ vocant noſtri nectar,& ambroſiam.i.veritatem: reijciendi ſunt igitur mendaces,qui theatricis nugis nos alere conātur, ſicut eiecit D. Ieſus Seruator noſter è templo ſcribas mendacio pollētes,quod obſeruarat Dauid in eos repertos in Vrbe mācos,& mutilatos,qui cum mendaces ſint,& mendacia pura canant,& nos perdere conātur,explodēdi ſunt:à Platone quoq; relictum habemus illud me Hercle aureum: *In loquendo cauete à mendacio non minuſq; à ſcopulo nautæ*:mendacium enim Ciuitatis eſt calamitas præcipuè ſi à Magiſtratu ortum trahat,cui licet aliquando mentiri,ait P. Aug.lib.de mendacio,pro ſalute tamen Ciuitatis;Laudent igitur quantum ſibi velint periti ve-

teres Virgilium vt Poetam magnum ac omnium latinorũ pręclariſſimum, nos commendare huiuſmodi hominem nolumus qui à teneris annis, vt ait Aug. de Ciuit. dei lib. 1. cap. 3. ita noſtris imbuit animos, vt non facilè obliuioni aboleri poſſit, ſecundum illud Horatij:

Quo ſemel imbuta recens ſeruabit odorem
Teſta diù.

Reſelli debent ſecundo Poetæ, quia Deo emulãtur, ad plurimos Deorum ordines adhortantes, ſcilicet medios, infimos, & ſummos, ait ipſomet Aug. de quibus ſcribit Cicero de legibus nũ igitur Dei emulos alere debemus? abſit, quis. n. inquit Plato tam patienter hæc ferre meminerit, vt Herculé, qui ſtupris, libidinibus, rapinis, latrocinijs, homicidijſq; totũ inquinauit orbem, inde vt Deum homines colerent. Tertio eijci à Ciuitate oportet garrulos veluti hirundines domibus adulatores, lenones, arrogantes, licentioſi veluti pictores eſſent, quibus nimia fiducia tenet, vt quodcunq; voluerint ſibi, falsò ſcribãt, & effigient; induantur igitur confuſione, & pudore qui dicũt nobis Euge euge: nemo peſtilẽtior homicida, q̃ adulator, & leno, qui quantum in ſe eſt, animum interficit, quãtoq; homines laudantur, profundiùs inficiũtur, hinc Plato à Socrate habuit hoc Poetarum genus vt venenoſum, & peſtiferum reijciendũ: Sed obſeruent, obſecro, noſtræ Philoſophię amatores mirificã hoc loco Platonis charitatem circa educandos Pueros, quos quocunq; voluptas trahat. Retrahere protinùs tentat in ſecũdo de Republica primũq; monet, ac præcipuè ne ab iſtis Poetarum oblectamentis, & à procliuitate eorum habitum percipere velint; Secundò admonet de bibendo vino, arbitror ego, non de liquore hoc, & genimine huius vitis admonuiſſe, ſed de poetico intellexiſſe: eſt. n. vinum eorum inebriãs, & luxurioſum, abs quo quis debet abſtineri. Vua eorum, vua fellis, & botrus amariſſimus, & à Vitibus frondoſis gomorræ: Arbitror quoque de ſecretiori vino locutum theologico, de quo inquit Paulus bibendum eſt ad ſobrietatem, ſapientia enim diuinarum rerum vinum eſt prætioſiſſimum, & non eſt lacte admiſcendũ, ait Salomon & ita dolens clamabat, bibi vinum meum cũ lacte meo; pueri, igitur inquit Plato, iuueneſq; non bibant, & cellã vinariam non ingrediantur, niſi octauum decimum annum attige-

rint

rint dial.2.docet quadrageſimum annum implentes, vt liberè bibant.i. poſt rerum ſenſibilium ſciẽtiam Theologicis rebus, myſterijſq; vacent: Valeant igitur Platonis impoſtores hęc & ſimilia Platoni imponentes ebrietatem conceſſiſſe, iuuentutẽ ad luxuriam hortatum eſſe, Theologiam totã à Poetis deſumpſiſſe, prouidentiã negaſſe, Dæmones coluiſſe, Deos plures ſtatuiſſe, multa à fatidicis mulieribus accepiſſe: huiuſmodi enim fatuitates à viro hoc Phæbi filio ſacro, cœleſtiq; ſemine nato reijciendas putamus, & ita ſubſtinemus. Sed dubitatio nõ parua oritur: ſi Plato à Republica Poetas reiecit, cur in Phed. & ad cæleſtia dirigetur, quadruplici furore repleri? amore ſcilicet, vaticinio, myſterio, & Poeſi? Eſt igitur Plato ſibi aduerſarius, ſi ab hac n. Ciuitate mundana eijcientur, multò magis ab illa cęleſti, ac diuina arceri debent, in qua nihil coinquinatũ, & pollutum recipitur: Huic tam graui profectò dubio ita reſpondendum putauimus: Et primùm vt dictum eſt, nõ omnes reiecit Plato Poetas, ſed eos tantùm mendacio pollentes, fabulis puerorum animos in interitum dantes: ſed non repulit eos, qui legalibus ſunt imbuti virtutibus, quas vnico verbo Plato iuſtitiam vocat, hinc in Philel. Homeri laudes quãdoq; legimus: at in decimo de Republica Homero non parcit: Reſpondemus ſecundò, & altiùs, ac fortaſſe medullitùs, ꝙ ſi Plato poeſim ab vrbe expulit vnde Republica, at in Phed. hac repleri præſertim dixerit, ſub myſterio id declarauerat, replebitur igitur anima primum *Amore*, quoniam omnem amorẽ peſſundabit, dum omnem, & amoris fontem anima poſsidebit, ob id rerum terrenarum amorem contemnet: *Vaticinio* quoq; replebitur animus, quoniã ab oraculis, & Muſis cęleſtibus edoctus, ea contemnet, & deſpiciet quæ ab hominibus æſtu, & ingenio explorantur: *Myſterio* tertio replebitur, quia verum agnoſcet cultum, qui dumtaxat oraculis, & legibus demoſtratur, vt inde ne in ſacris erret: *Poeſi* tandem inebriabitur nõ tamẽ hac, quæ vt vana à Platone repudiatur, & exterminatur ab Vrbe, ſed ea profectò implebitur, quæ de Muſis cœleſtibus.i. cãticis Prophetarum, & Angelorum, vt alter Dauid ijs animus replebitur: Simulacrum enim pulchritudinis eſt Deus, ipſamet pulchritudo, & imago, quæ quanta ſit, quis ſapiens intellexit vnquam? quoniam ſenſibus corporis vllis comprehendi poteſt,

D 2 niſi

niſi quibuſdam per paucis ſimilitudinibus ait Dionyſius; Vm-
bratica igitur hac pulchritudine, Dei pulchritudinē deſiderio
appetimus intenſiſsimo: ita vt quoties diuinæ, & ſempiternæ
pulchritudinis reminiſcimur, corporalibuſq; ijs figuris, & ſi-
mulacris in furorem venimus poeticum, & ineffabili quaſi oc-
culto ardore mens ingemiſcit cum Paulo clamans, *cupio diſſol-
ui, & eſſe cum Chriſto*, illi diuinæ, & ſempiternæ pulchritudini
iunctum, quem ardorem Plato in Phed. amorem vocitat, quo
replebitur mens cum ad cęleſtia erigetur. *Amore* replebitur,
quoniam vt ait Plato, amor humanarum rerū morbus eſt cu-
ra, & ſollicitudine plenus, hominibus conueniens, quorū ani-
mus adeo tenebris eſt effuſus, vt nihil altum de diuino amore
cogitet, niſi prius diuina pulchritudine delectetur, duobꝰ in-
ſtrumentis oculo ſcilicet, & auribus, oculis quidem per ſimili-
tudinem rerum creatarum auribus vero per armonicos cātus
quibus mundus factus, vt ait Plato: proportionibus, ideſt pō-
dere, numero, & menſura, quos etiam Plato ordinem vocat, &
motionem admirabilem, qua cæleſtes globi concentū efficiūt:
quam quoq; Plato poeſim appellat. *Muſica* hæc inferior itidē,
& poeſis eſt cœleſtis Muſicæ imitatrix, qua animus igneſcit, &
ardore repletur, vt ad illam cœleſtem conſcendamus, hinc ab
exordio dicebamus, poeticum furorem à Muſis deſcēdere, ſeu
vt alij dicunt: ab anima mundi, quos vt vnico verbo dicam,
Theologos iure philoſophia noſtra vocitat, quoniā profunda,
& archana in figmentis fabularum occludunt, & grauiſſima lo-
ca philoſophiæ corroborant. Idcirco *Philoſophum inter nos oc-
cultè viuere* ait Plato in Sophia nondū quia hęc vmbratica en-
tia, & ſenſibilia ſpeculatur tenebris inuolutus: Sed quoniā diui
næ veritatis ſplendore vndiq; eſt circumfuſus.

Laicos Philoſophos noſtram irridere Philoſophiam, dementia eſt, & mentis morbus, propterea purgādi ſunt in patera atra bile, ac vt ait Mercurius ad Titium omni pollutione lauandi. Cap. VII.

EX invaletudine mentis tot riſus aduerſariorū noſtrorū or-
tū trahere arbitramur, Philoſophia enim noſtra admodū

religioſa

religioſa eſt,& ſi gentium ſit Theologia, ideo non neglig ẽda, ſed amplectẽda, at ne impoſterum nos irrideant, mordeãt,& negligant;tria medicamentorum genera illis afferemus,mentemq; eorũ Apollineo medicamẽto curabimus: corporis.ſ.Spiritus,& mentis: Sunt quoq; hæc tria nobis natura coniuncta, corpus corporalibus medemur medicinis,ita vt ſi exquiſita inquiunt peritiores Medici,fuerit tertiana, exquiſito quoq; indigebit medicamento:propterea multus fuit ſapientum labor in inueſtigandis herbarum,& radicum virtutes, at quia vt ſæpè meminimus, nõ ad oſtentationem ſcribebamus,ſed ad delectationem, idcircò cauſas, & occaſiones corporei morbi cũ peritioribus aſſignare non erit inutile:Tradunt enim Auicennam ſex naturales cauſas attuliſſe, & ex naturalibus ſex cauſis traxiſſe originem, puta exinanitione, vel cibi repletione aeris infectione,aliquando ex vigilia,vel ex ſomno,ab exercitatione,& præcipuè ab accidentibus animæ, vt ex triſtitia,gaudio,ira, & huiuſmodi: Dicimus etiam nos cum Theologis à peccato:eſt.n.infirmitas peccatorum pęna, & inflictio:fecerat enim Dominus hominem rectum temperatiſſimum .ſ. quoad mirificè corpus, & quoad animam: ipſe verò ait Eccleſiaſtes, immerſit ſe varijs quæſtionibus, cecidítq; à rectitudine illa,& à recta lege ſibi tradita, de cibo non comedendo, & ſucceſſit animi perturbatio,& addictus eſt laboribus,vnde infirmitas, & conſumatio, addictus eſt quoq; ſudoribus, & id genus reliquis morbis: ob id corporeo indigem⁹ medicamẽto: Spiritus verò alio eget medicamine.i ſpirituali,& aereo,ſimile .n. à ſimili curari oportet;Quare cum ſpiritus noſter ſępius à mœrore,atraq; bile infirmetur, quæ in diſſonantia humorum peccãtium oritur,à ſimili quoq; curabitur;hęc autem Medicina erit vel Muſica,vel erit odor ſuauiſſimus, ſpiritus.n. noſter aereus eſt,(vt doctiores,& peritiores Medici aſſerũt:)e ſt quoq; ſanguineus,at Muſica aerea eſt,& aere prolata, & ꝑducta, ob id harmonia,& cythara contẽperatur: Spiritus rurſus noſter medius eſt inter corpus,& animam,ob id facilè etiam odore, & Muſica reficitur:His ergo duobus remedijs ſpiritum medicant,& illi mirificè proſunt,præſertim die,mane,diluculò, & in Auroraꝫeſt enim nocturn⁹ aer ſpiritibus noſtris inimicus: odore ẽt ſpiritus noſter refocillatur præcipuè vini maluatici,hinc peri-

tiſſimus

tiſſimus Medicus Ficinus hoc ſenibus nimiùm frigeſcentibus remedium ſalubre attulit:R. medullam panis adhuc calẽtis vino maluatico infuſo appone,& ad olpharũ adhibe,eritq; ſaluberrimum, ſunt qui referunt hoc remediũ fuiſſe Regi Dauid 3.Reg.adhibitum,dũ ita frigeſceret, ſed tardius pro eius debilitate.Diſtribuunt deinde peritiores ſpiritum in tres portiones,in ſpiritum ſcilicet naturalem, vitalem, & animalẽ ſub protectione tamen planetarum quorundam,& ſtellarum:naturalem ſpiritum ſub Ioue collocant,quo fit ſępè lętus,Iouius,& gaudens. Vitalem verò ſub ſolis protectione hac tamẽ lege vt nimium ab eo non diſtet,neq; declinet: Animalem verò ſpiritum ſub protectione Veneris collocant hac lege tamen ſi ad Plagã Veneream ſpiritus nimis declinabit, liquefiet, ſicuti ſi ſpiritus Vitalis ad ſolem ſatis erit procliuis,aut ſe elonget,vel exiccabitur, & diſſoluetur: Caueant igitur ſpiritus noſtri primum,nè ad Saturnum declinẽt,quia frigidus,& venenoſus ob eius nimiam frigiditatem,caueant etiam à Marte,quia exiccabuntur ob calorem ſiccitatis edacem; caueant tertio à Luna; Lunaria.n. ſpiritui noſtro contraria ſunt, quia quæ craſſiora, & humidiora ſpiritui noſtro ſubtili,& volatili ſunt admodum aduerſantia;Quæ omnia,& ſi Medicorum ſunt,& phiſyologorum:fidei tamen noſtræ,& veritati cõſona ſunt: Primùm enim ſpiritus noſter melodia,& Crucis Cythara contẽperatur,dum à Dæmone affligitur, vt exemplo patet Regis Saulis primi inter Reges Iudęorum, qui cum à ſpiritu Dęmoniaco torqueretur,quem Phyſici,& naturales putabant ſpiritum mœroris,& atræ bilis Lyra, & Cythara Chriſtus venturus contemperabatur.Non negabunt hoc loco etiam peritiores atram bilẽ,quã ipſi in Saule penitus exiſtimabant, aliquando ad imaginationem ita conuerti,vt animus inde facile fiat Dęmonum malorũ domicilium,cognata ſunt ergo quæ de Rege Saule, & Dauide fidei noſtræ, Chriſtus enim cythara noſtra,& Pſalteriũ eſt,qui mane diluculò, & in Aurora ſpiritus noſtros contemperauit, cui à Patre è Cęlo inſonat: *Surge gloria mea, Surge pſalterium, et cythara*, at illa ſtatim reſpõdet, *ſurgam mane diluculo*, verè Chriſtus Cythara Muſica,& harmonia eſt,qua mane diluculo à peccato,& à morte illa ꝑpetua ſurgimus:Cythara eſt rurſus Chriſtus noſter,qua ſpiritus noſtri viuificãtur, & refocillantur, verè

rè pſalterium eſt eius Santiſſima Crux, in qua nerui Sanctiſsimi Corporis eius veluti in Nablo extenſi ſunt: Verè gloria fuit æterni patris, quia patrem ſuper terram glorificauit, & clarificauit iure mani diluculò, quia *oriens eſt nomen eius*, iure etiā Santa Mater Eccleſia canit *Aurora lucis rutilans*; Quæ etiā Phyſici de odore vini dicunt, quo ſpiritus noſtri refocillātur, odor ſuauiſſimus eſt quoq; Chriſtus noſter, quia vino ſuæ Paſſionis, & genimine Vitis Crucis Eccleſiam adhuc in gentibus fætidā viuificauit, vt ſcriptum eſt; *Odoratus eſt Dominus odorem ſacrificij huius*, hinc Pau. *Odor inquit, bonus Ieſu Chriſti ſumus, ſicut odor balſami*: medulla panis eſt quoq; Chriſtus, qui de Cœlo deſcendit: cauſant igitur ſpiritus noſtris à Dijs alienis, à Venere, à Saturno, & cæteris gentium Demonijs, quia *veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu, & veritate*: Spiritus etiam eſt Deus, propterea in ſpiritu, & veritate adorandus: Sed numquid Abraā, Iſac, & Iacob non verè adorauerunt Deum? Reſpōdemus vtiq; verè: ſed non ita verè. i. in ſpiritu, ſed verè. i. in litera, & in figuris: Non ergo ſpiritus noſtri ſe elōgent à Chriſto, quia Sol mūdi eſt, abs quo ſi à longe fient, frigeſcēt: ne temerè etiā ad Chriſtum ſe appropinquent, ſed humili, quia exiccabuntur: Dubitabit fortaſſe quis an Muſica. ſ. noſtrorum ſpirituum ſit Medicina, dum mœrorem patimur, atræq; bilis morbo affligimur: Reſpondemus cū Pythagora, & ſectatoribus, quòd quemadmodum peritiſſimi aromatarij ex certiſſimis quibuſdā ſuccis certa quadam ratione commiſcent, atq; in vnam reddunt formā: ſimiliter artificioſiſſimi Muſici grauibus, leuibus, acutioribuſque vocibus ſpiritus noſtros muſica arte refocillant: Vocibus igitur formam nouam quandam efficiunt quaſi tyriacam medicamentum mœrori anthidothum, quod facilè à mœrore confecto recipitur: Voces. n. illę acutiores, quas canendo emittūt, vicem herbarum calidarum gerunt, voces verò leues quaſi herbæ ſunt frigidæ: Aliam reddunt problematici rationem, quia ſcilicet muſica animum à mundanis perturbationibus diſtrahit: animus autem ita ab ijs diſtractus in ipſum ſe contrahit, & auditum interiorem, quo non voces ſolùm, ſed & rationes vocum recipiuntur, ſedatiſq; perturbationibus cęleſti, & diuina quadam contemperatur harmonia, hinc veteres Apollinē Medicinæ fontē appellabant, quia ſcilicet corporibus, & animis

mede-

medebatur,hiſce quidem mellodia,illis verò herbarum virtutibus:Sed accedamus ad tertium medicamentũ,quod eſt animi,ſeu mentis anthidotum, & aduerſarijs interim noſtris laicis philoſophis afferamus vnguentũ illud,quod deſcendit barbam in barbam Aaron,Chriſtus Dominus:mens igitur diuina rerum contemplatione medetur, & Theologia, non tamen Theologia illa gentium in deteſtabili,prophanaq; magia,quã Turgiã vocant,plena carminibus quibuſdã ſacris Apollineiſq́ue incantationibus,quia hanc eiecit Dominus foras cũ Principe ſuo Dęmone, ſed Theologia illa quæ de Deo eſt,& è cęli vertice deſcendit arbor illa vitalis,planta medicinalis,quã ab initio plantauit in viridario voluptatis, vt noſtros ſanaret lãguores,& peſtiferas mentis noſtræ inflammationes: O ſalutiferum verbi Dei medicamentum,*neq́, herba inquit Eſaias,neq́; malagma ſanabat eos,ſed emiſit verbum ſuum, & ſanauit*: hinc Decurio ille clamabat: *Domine,dic tantùm vnum verbum & ſanabitur puer meus*; mens mea peſtifera enim inflammatione torquetur falsò ſcilicet,falſiſq; opinionibus,maliſq́; moribꝰ in butus sũ, ſana igitur me Domine,quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea,& mentis potentiæ omnes: Tua enim ſacra eloquia viua, animata,flammea, & aculeata ad vnnm ſpiritum penetrantia, & hominem totum poteſtate mirabili transformãtia, omniq; gladio ancipiti penetrabilius eſt verbum tuum pertingẽs vſq; ad diuiſionem animi,& ſpiritꝰ, compagum quoq́; & medullarum; ſana igitur me Domine, dic tantum vnum verbum, huic noſtro Theologico medicamento cõſona ſunt ea,quæ à Theologia gentium accepimus,quæ docet Apollinem duos genuiſſe filios,Aeſculapium,atq́; Platonem, Aeſculapiũ, qui corpora;Platonem verò qui animos medicaretur: Aeſculapij enim ſectatores doloribus corporeis fomenta quædam,vnguentaq́; adhibebant,quæ anodina .i. dolorem ſędantia appellant, ſed medicinę platonicę authores aliud pharmacũ tanquã anodinum fomentum mærentibus animis admouere:manna illo electo,& nectare,rerumq́; diuinarum cõtẽplatione, More quoq́; Medicorum Philoſophia noſtra duplici curatione mẽtis morbum purgat,& ſanat,primùm quidem leniendo, ſecũdò verò ſoluendo,ſcientes neq; ſatis eſſe linire,neq́; tutum ſoluere anteq́; linies, ſimiliter ſpeculatione animi nebulas excutiebant,

& mo-

& moralibus virtutibus, verùm ante moralem purgationē aggredi ſpeculationis officium non eſt tutum; Monuerat.n. Pythagoras mentium Prothomedicus, ne quis vitiorum morbis infectus ipſo ſpeculationis acumine abutatur ad iniuſtitiam, & impietatem defendendam: Lenitiuis igitur Medicinis, & potionibus eſt primum animus purgādus, ideſt moralibus virtutibus imbuendus, quas vnico nomine vocat Plato iuſtitiā: deinde ſolutiuis, ideſt cauſarum diuinarum contemplatione: propterea Plato in Phed. monuit omne moralis virtutis officium in quadam animi purgationeverſari ſapiētię gratię, alioquin nullam eſſe virtutem aſſerebat: Pythagorei quoq; ita mētem purgabant per Phyſicas ſcilicet, & Metaphyſicas diſciplinas, ne tamq; ſuperiores illi lippis adhuc oculis in diuinū ſolē ſubitò dirigentes, caligare cogerentur, ſed gradatim gradiētes lumen diuinum in moralibus primùm tamquàm in terra: Secundo in Phyſicis tāquàm in aqua, Tertio in Mathemathicis tamquàm in Luna, in Methaphyſicis tāquàm in Sole ſalubriter perſpicerēt: propterea hos ita purgatos Palladis Miniſtros, muſarumq; Sacerdotes vocitat Philoſophia noſtra cum Orpheo.i.actiuos, & contemplatiuos, homineſq; ſapiētię amatores; Sed interrogabit quis quo pacto mens pollutorū hominum infirmatur? & violatur? iam reſponſum eſt cum Platone in Prothagoram, ꝙ tunc violatur cum falſis opinionibus, maliſq; moribus eſt imbuta: Zeroaſter verò Proculus, & Plato de Rep. octauo infirmatur inquiunt, cum cadit ab harmonia: ſed quid eſt cadere dicetis ab harmonia? eſt inquit cum diſſonātiā gignit interius, quod idem eſt, dum vitio aſſentit, & pręuaricatur; cū vitio læditur ait Zeroaſter, cognoſcit ſe cecidiſſe ab harmonia, quę eſt animi libertas à vitio, qua libertate gaudet animus, exultatq; cum Deo, & Angelis: hinc fit, ꝙ malè operantes pallidi euadunt, tùm quia ſentiunt Dei iuſtitiam, tùm quia animaduertunt ſe traditos in poteſtate mali Dæmonis, tum quia ſentiūt, vt ait Plato naturam mali: clariùs, apertiuſq; hanc animi ægritudinem declarant noſtri, ꝙ ſicut in homine duæ ſunt partes componentes harmoniam illam, anima ſcilicet, & corpus, ita duæ harum partiū ſunt ægritudines, ita & valetudines, eſt.n. corporis morbus habitus, ſeu vis contra naturam, vſum eius reddens deteriorem, per habitum verò qualitatem intel-

fingunt;noxiam.i.naturæ contrariam craſim; ideſt corporis tẽperamẽtum vitiantem:deteriorem igitur reddit, quia partes, quæ alijs obtemperare deberent, non obtemperant: ſimiliter ægritudo mentis eſt diſpoſitio,ſeu habitus in eo malus contra naturam,& rationem, vſumq; eius reddens deteriorẽ, animũ vitians,eiuſq; harmoniam corrumpẽs,vt ea pars,quæ debebat dominari,& regere,ſeruiat,ſuccumbatq;,ea verò, quæ ſuccũbere deberet,præſtat,atq; dominatur;has animę potentias ſeniores noſtri nuncupant facies ob id mentem ſub Iani effigie effingunt Poetæ, & Plato in Phed. equos geminos dixit albũ, & nigrum quarto etiam de legibus,ſub typo Herculis, & Anthei Iuſtitiam,& iniuſtitiam effinxit;hinc vt opinor illorũ ſententiam ortam eſſe aſſerentium purgãdam fore mentẽ prius, deinde corpus,hanc ſententiam tribuũt Zeroaſtro, quoniam omnia tùm bona,tùm mala ab anima effluere putant,ipſumq; corpus inficere, quemadmodũ oculorum qualitas ab ipſo cerebro,& cerebri qualitas à toto corpore,& ſicut difficile ẽ oculum curare,niſi totum purgetur corpus, ſic corpus totum, niſi anima bene purgata beneualeat; Tãta eſt quoq; animæ,& corporis cõnexio,vt ſua bona velint, noliną; inuicem communicent,vnde fit plerũq; vt animi in corpus, & corporis in animã redundet infirmitas, res profectò admirabilis, vt anima ſine corpore,& corpus ſine anima bene valere nequeant in hac vita:quod ita probari poteſt demonſtratione ſigni:Videmus.n. ægrotante corpore animum ægreſcere,& animum ſe malè habentem malè effici corpus,& præcipuè faciẽ, quæ ira excandeſcit,metu palleſcit,verecundia erubeſcit,triſtitia obſcuratur, gaudio exultat,& ſerenatur,quæ niſi fallor: ſunt Medico cæleſti Chriſto Domino noſtro conſona:mittens .n. ſuos in Matthæum per vniuerſum, ita mandat, poteſtate prius tradita, *infirmos curate,mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eijcite*, poſtremò iubet,vt expediti ab auro,argento, & pecunia omnigena,pera,tunica,& ſuperfluis calceamentis, variarum rerum, & virga humanæ poteſtatis annunciarent pacem,& in quãcunq; domum intraueritis, pacem dicetis huic domui, obſeruemus modo,& perpendamus nos Chriſti verba, ac ordinem ſummi Medici,punctatim primò iubet, vt ſanent corpora,curent, & obſeſſos,ſuſcitent deinde eos,qui mortui ſunt:poſteà iubet,vt

ab

ab omnibus terrenis expediti annuncient pacem, quæ eſt vera animi ſanitas,& tranquillitas, quam nec præſtare quis poteſt, nec habere,niſi à terrenis curis, corporiſq; perturbationibus purgatus,& penitus expeditus:curāda ſunt igitur corpora primum,vt ſpiritus conualeſcat:Cõturbabit vos forſan illud Diui Pauli dictum profectò aureum, *cum infirmor, fortior ſum*. Non conturbet vos hæc Pauli ſententia,quia nõ de infirmitate corporis loquitur hic Paulus,ſed de litis ceſſione,quæ cadit inter carnem,& ſpiritum,inter animalem hominem,& ſpirituale:in hac enim pugna, & litis ceſſione viros animales in ſpirituales mutantur,& tũc fortior euadit ſpiritus:Non igitur de tẽperamento corporis loquitur Paulus eo in loco,ex quibus omnib° modus ſanandi corpus nobis à Diuo Paulo traditur,ac primũ per victum tenuem,ac paucum,per modicum vini, vt ſtomacũ ſeruemus incolumem,& corpus non deſtruatur,ſed in ſeruitutem redigatur,& inualeſcat ſpiritus: Eſt & aliud curãdi genus à Phyſicis traditum ſcilicet ab herbarum,lapidum,radicũ virtutibus,quæ ad medicamenta hominum pertinent, adeo inſita,qui aliquando immediatè, & à ſe ipſo ſanat, aliquando per cauſas ſecundas,quæ omnia ad ſanitatem corporis,& eius nutrimentum ſpectant,& hoc potiſſimum propter animam , quã maximè curat Deus ipſe,quæ vt ſit perfectè ſana,exquirit corpus ſanũ, & hoc orare debemus , vt in corpore ſano ſit anima ſana:hinc ſcriptum eſt apud Suidam:*honora Medicum propter neceſſitatem*; creauit enim illum altiſſimus,ſed quia nõ ſine Deo, ob id ita clamat altiſſimus de terra produxit Medicinam.i.ex herbarum,lapidum,& radicum virtutibus,& vir prudens non deſpiciet eam,*à Deo eſt omnis medela*:Quare ſequitur cõcluſio q̃ conſeruãda ſunt corpora,& orare,vt ſint ſemper ſana, quia cũ ægrotamus,magis inutiles Deo erimus,ſcriptum eſt .n. *cũ hæc omnia feceritis,dicite,ſerui inutiles ſumus*, ſed quantò magis inutiles,ſi corpore ægri erimus? ob id doctiores Theologi docẽt conſeruandam eſſe concordiam illam inter corpus, & animã, quam ſummus Opifex colligauit,ſpirauit.n. Deus in faciẽ hominis ideſt vtriuſq; vitæ ſpiraculum, & factus eſt homo, vnicũ quid,ideſt in animam viuentem ad ęgritudinem quoq; mẽtis, vt ad mẽtem reddat ſermo vnde exiuit etiam, & corporis adiuuat efficax fides illa, qua infirmus Medico ſe adhibet, quã

æger ſe diſponit quodammodo ad medentis virtutẽ ſuſcipiendam, ita Pytagoras, & Pytagoræi noſtri monuere de ſolis virtute ſuſcipienda: Quod quidem cognatum eſt Theologiæ noſtræ, & Chriſto Medico ſummo, & verè ægritudinũ Prothomagiſtro, ſuſcepturis.n.ab eo ſanitatem tam interiorẽ, quàm exteriorem de fide habenda petit: *credis, inquit, in filium Dei?* at ille quis eſt, vt credam in eo? ipſe eſt, qui loquitur tecũ: Vade igitur in pace fides tua te ſaluum fecit, Cœcis etiam petẽtibus lumen, fidem exquirit ab eis, & ait. Creditis vos me poſſe illuminare? huiuſmodi quoq; medendi modum ſequti ſunt diſcipuli, Philippus inter cœteros Eunucho Candacis Reginę Baptiſmi medelam petenti, ait, ſi credis in filium Dei toto corde: Sed locus dubitandi eſt, & occaſio adhuc difficultatem auget, vtrum inualetudo corporis ſit animi validior an è contra? Reſpondent noſtri Sacerdotes, & facilis eſt reſponſio, quia ſimilis difficultas illi, quæ ꝓponi ſolet, an Ciuitas potius debeat dici miſera languore Principis, an languore populi, cũ igitur corpus ſe habet vt populus, animus verò vt Princeps, igitur grauior animi ægritudo, rurſus Princeps imperat, & illi eſt imperandi munus, cui data eſt poteſtas, populi verò ẽ obedire, igitur grauiter peccat, & infelicior fit Ciuitas; Tertiò animus prętioſior eſt corpore, igitur bonum, quod ab eo eſt, maius bonum erit, maiori autẽ bono, maiori opponitur malo: Quarto, & vltimo corpus vt valetudinem recipiat, indiget arte; animus verò cũ ægreſit, indiget virtute, deniq; animi infirmitas eſt ſpõtanea, corporis verò præter voluntatẽ. Expedit quoq; nondum purgari, verùm purgatione facta lauari in crathera contingit, ait Mercurius ad Titium, qui duas affert lauandi crătheras, alteram diuinam, in qua anima ſe immergit, & lauat, qua finem nõ ſcit, & cuius gratia nata fuerit, admonet, q̃ lotio nil aliud iuxta Mercuriũ niſi laborare circa diuina, & cognitionẽ creaturarum, quæ cognitio iure dicitur lotio, quia ſapientia diuinarum rerum aqua eſt ſalutifera, de qua ſcriptum eſt, *aqua ſapientiæ potauit illum Dominus Dominus Deus noſter:* hæc quoq; crathera illa eſt, de qua ſcriptum reperimus, *apud te eſt fons vitę:* qui ergo mortalia negligit, & irridet, & mentem ſuſcipit, & vitã, qua hic veſcimur, miſeriam reputat, & ad ſummi boni vitam appetit eleuari: is in cratera inuiolata lauari cupit, quia ad

Dei

Dei verãm ſapiētiam eleuari appetit: Alteram meminit Mercurius Crateram, quam vocat pollutam, & violatam rerũ ſcilicet mundanarum vas plenum, de qua inquit, bibentes mundani fiunt, & cum toties in ea homines lauētur, toties polluũtur, eſt rurſus ſe lauare in pathera diuina ſeipſum odiſſe, quia qui ſeipſum non odit, ait Mercurius. Deum adipiſcetur nunquam, ſcriptũ eſt enim, vt cognata Theologię noſtrę dicamus; qui *non odit animam ſuam, perdet eam*, amor enim ſui ait P. Aug. de Ciuit. dei. Ciuitatem conſtituit dęmonis, expedit igitur ſe ipſum odio habere, & hoc eſt in Crathera diuinarum rerũ lauari. Pro ſecunda huius propoſitionis declaratione eſt tertio de huiuſmodi Cratera polluta bibere ex ore alicuius ore polluto, & blaſphemo ſermonem audiſſe: ſermo. n. aqua eſt, quæ ſi de ore polluti hominis effluit, polluitur bibẽs, quod conſonũ eſt Euangelio Ioannis 15. *Vos inquit Chriſtus, mundi eſtis propter ſermonem meum, quem locutus ſum vobis*, quæ aqua eſt, de torrente voluptatis tuæ potabis eos, quæ etiam nondũ ſatiat, ſed generat, vt ſcriptum eſt Iac. cap. 1. *genuit nos verbo veritatis*: Sed difficulter adhuc mulier illa Sammaritana calici polluto aſſueta potuit intelligere quouſque diuino lumine afflata de Cratera illa ſupra mũdana, & nectare paululum biberit: Clametis igitur heus vos polluti, & ſordidi homines cum ea dicẽtes, *Domine da nobis hanc aquam*, vt hac potione inebriati ab vbertatę domus tuæ carnalia obliuiſcamur.

Philoſophia noſtra Olympia quoque iure dicitur, quia in Cacumine Montis reſidet, & ad Montem illum conſcendendum neceſſaria eſt Mathematica, & ab ea primum inchoandum. Cap. VIII.

IVre cognitio rerum altiſſimarũ in Cacumine Montis poſita eſt, ibique reſidere dicitur, quia pauci admodum illud conſcendunt, quod ſub ænigmate, obſcuriſſimiſq; ſententijs tetigit Mercurius, Mens, inquit, ſerò aduenit, vt ſi diceret, animi perfectio, & rerum mundanarum ſcientia per interualla temporis acquiritur, quia dum viridis eſt ætas, ligataque anima noſtra ſenſibus corporis debilior fit, verùm, & ipſis ſene-

ſcentibus

ſcentibus fit fortior, quod conſonū ait Diuo Paulo; ſalua ſemper Religionis, & fidei noſtræ laude, cum infirmor inquit, *fortior ſum*, quia mens ait Mercurius, ſerò aduenit, animiq́; perfectio ſerò acquiritur, niſi in Cratera prius rerum diuinarum fuerit adhuc immerſa, interim mundana erit perfectio, & Peripatetica, propterea ſordida, & polluta, vt commodius igitur Mōtem hunc cōſcendamus, neceſſaria eſt prius nobis Mathematica, vna quęq́; enim ſcientia ſuum reſpicit finem, & Phyſici finis eſt vniuerſi, & naturę cognitio philoſophiæ noſtræ Sacerdotiæ quoq́; eſt ſupra mundanarum rerum ſeriem: Mathematici verò via trium dimenſionum celeſtium progreſſum adhuc cognoſcere quæ in ſuas diſtrahitur partes, pars eſt, quæ de numero eſt authentica ab errore, & ignorantia eorum, quæ circa ſenſibilia verſantur, nos liberat: Geometria quoq́; plurimū ad bonum ipſum intelligendum conferri videtur: cum quis non mechanicę dimenſionis .ſ. gratia tantùm ipſam ſectatur, ſed ea vtitur, vt eius adminiculo ad ſuperna conſcēdat; Aſtronomia ad authorem mēſium, annorūq́; dierum, & noctium per ſydera, & Cęli motus manuducit: Muſica quoq́; ad harmoniā illam cęleſtem: Nam quemadmodum oculis ad inuiſibilem eſſentiā ducimur, ita auribus ad cantum, & Muſicam illam trahimur, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit vnquā, ò ſcientia ferè omnium nobiliſſima Mathematica. Iure igitur cacumen illud Montis Muſarum, & cęleſtium rerum conſcendendū, Mathematica indigemus, & ab ea inchoandum, qua etiam ad summę mentis naturam, quæ trina quoq́; eſt, deueniemus: Ab hac Philoſophia ſcio diſſentire Peripateticos, laicoſque Philoſophos, cum 6. Eth. Ariſt. primam ſedē Mathematicæ facultati dedit, ſecundam Phyſicæ, tertiam Methaphyſicæ. Pueri inquit, Mathematici adhuc ab initio fieri volumus, deinde Phyſici, à faciltoribus .n. eſt inchoādum, & à certioribus: propterea in Logicis diſciplinis exempla tradit vbiq́; Mathematica, itidem in Phyſicis, in his, quę de anima pręcipuè trigeſimo primo ponēs ordinem, quo animæ inter ſe conſtituantur, an vna ſit altera .I. vt Simplicius declarat, cui nō cōſentiunt cęteri. Liquidò igitur patet, quòd Mathematica eſt ordine prior quoad nos propterea ſecundo de Phyſico auditu docuit Ariſt. quòd Philoſophia naturalis abſtractione vti debet Mathematica, atq́; for-

mam à materia ſeparari non poſſe, niſi Mathematica vtatur abſtractione, Abſtractio .n. Mathematica eſt intelligere hoc non intelligēdo illud, eſt enim munus intellectus ſeparare ea, quæ coniuncta ſunt, conſiderando lineam non cōſiderata materia: Mathematica igitur diſciplina ordine, quo ad nos præcedit, & præcedere debet Phyſicas diſciplinas: quia facilis eſt facultas, & certior: Sed aduerſus hāc noſtram aſſertionem duas cōſueuerūt aduerſæ partes afferre cauillationes; primò, ſi Mathematica diſciplina naturalē præcederet, eſto ꝙ ſit facilis facultas, eſt quaſi trāſitus de extremo ad extremum ſine medio veluti ſiquis ab obtuſo, & obſcuriſſimo carcere in lucē ſtatim prodiret, quis enim negabit illius oculos caligine quadā obtuſum iri? quemadmodum rebus materiei immerſis, aſſuetus poſteà repentino quodam curſu ad prorſus abſtracta, & Mathematica migret, & tranſeat; non ne obtundetur, & perſtringetur? Aliud quoque aduerſarij afferre ſolēt argumentum ex Ariſto. 6. Meth. 3. quo aſſerere videntur, ꝙ ſi primæ ſubſtantiæ deſtruerentur, naturalis Philoſophia eſſet prima Philoſophia, ergo ab ea inchoādum: quæritur igitur quo pacto eſſet prima? an quo ad ſe, an quoad nos? non primò, quia iam dictū eſt hoc modo Mathematicā præcedere, igitur quoad nos ordine doctrinæ, prima erit naturalis Phyloſophia, deinde Mathematica: igitur Mathematica non præcedit. Ad hęc duo aduerſariorum argumenta ita reſpondēdum arbitror, & ad primū dicimus maiorem eſſe nexū inter Phyſicum, & Metaphyſicū, quàm inter Mathematicum, & Methaphyſicū, & propterea Mathematica primā ſedem obtinebit, naturalis .n. Philoſophus manu ducit nos ad cognitionem intellectus agētis, & poteſtatis, qui à materia ſunt ſecreti, licet ſecundum eſſe, non tamē ſecundum operationem, vt Ariſt. docet tertio de anima: Mathematica vero nulla habita ratione ad materiam huiuſmodi contemplatur: Plato quoq; conſueuit à naturalibus conſurgere ad diuina, & in Thymeo aſſerit à principio, quid enim ſunt inquit, naturalia, niſi diuinarum rerum imagines? Propterea in Parmenide dum de diuinis perſcrutatur, ad naturalia ipſa deſcēdit, & hoc propter eorum nexus, neq; ob id iniuriā affert Deitati, ſi naturā cum deitate copulat, quia natura inquit Plato in Thimeo inſtrumentum eſt deitatis, Ariſtot. quoque in-

tereſecat aliquando Mathematicam inter naturalia, & diuina, non tamen negabit eſſe primam in ordine: Ad ſecundum ex Ariſt. 6. diuinorum reſpondemus, quod illa Ariſtotelis verba ſic ſanè intelligenda veniunt: ſi ſubſtantię abſtractæ deſtruerētur, Philoſophia Naturalis eſſet prima Philoſophia, ita declaramus. i. eſſet vniuerſalior, quia eſſet de omni ente illo conceſſo, & non remanerent niſi ſubſtātiæ ſenſibiles; de quibus Philoſophia naturalis inquirit, itaq; ſicut prima Philoſophia hodie dicitur ſcientia vniuerſalis, quia eſt de omni ente, ita deſtructis illis ſubſtantijs, Phyſica eſſet ſcientia prima id eſt vniuerſalior, ſed reuertamur ad iter illud, vnde incepit oratio noſtra, & viam, qua aſcēſuri ad templum illud Muſarum ſumus; agrediamur, hoc rurſus præter ea, quæ dicta ſunt facto fundamento, quòd in Thimeo Plato pro deambulantibus, & aſcendentibus poſuit, omnia Mathematica proportione condita ſunt per cubum ternarij, & viginti ſeptem. i. longitudine, latitudine, & profunditate, condita vel ſic principio, medio, & fine; quod quoq; confirmat Ariſt. 1. Cęli, Theologiæ noſtræ cōſonus: omnia numero, pondere, & menſura feciſti Domine; ob id Socrates Platoni alloquenti dicebat, vnus, duo, tres ò amice Thimæe, inuenitur dum de mundi fabrica loquor, quartum verò non inuenio, via igitur hæc dicitur ternaria, & via ꝓportionis, totumq; iter, niſi monſtra aduenerint obuiā, à quibus cauendum: hinc ſapientes illi Plato, & Pythagoras accuratam rebus Mathematicis dabant operam, nam optimè cognoſcebant hominum ingenia pro huiuſmodi diſciplinis conuenienter ad acquirendum in ſcientijs illam exercitationē, & exquiſitum percipiendum abſtractionum gradum; ſine quo nemo exactè philoſophari valet, & iure iubebat Plato, & Pythagoras ne quis mathematicarum ſcientiarum ignarus accademiam ingrederetur. Sed inſurgit adhuc non parua difficultas, ſi numero ternario, & via hac delectamur, & aſcēſuri ſumus, & iter eſt tutum, cur Deus huius itineris dux, & lucerna pedū noſtrorum quadrilatero nomine ſcribitur? & nomine quatuor literarum lætatur? huic dubitationi reſpondemus, & binas damus reſponſiones, & primo ita dicimus, ꝙ nomen iſtud quadrilaterum, quo Deus ſcribitur, ad trilaterum venit, vna .n. ex illis geminatur, & ambas illas diuinas, Theologicaſq; ꝓductiones

ad

ad intra ſcilicet,& ad extra inſinuat: Secūdò ita quaq; reſpō-demus,quòd & ſi Deus quadrilatero nomine gaudet, in cauſa eſt,quia à quadrilatero illo influſſu,quo & per quatuor mundi plagas ſua prouidētia regit, verum à ſuo ternario numerō nō recedit,ſed in eodem ſtatu permanet,vt ſcriptum eſt, tu idem ipſe es,& anni tui nōn deficient:Aſcendat igitur homo ad cor altum ad Montem illum.ſ.altiſſimum ſacrorum numinum per hanc viam.ſ.mathematicā,& proportionis ſcalam,quā Theologi Hæbræi vocant Iacob, ita orando, & admirabundus ita ſecum loquendo.O Domine,rerum omnium opifex,qui mundum proportione ita feciſti,pondere,& menſura creaſti,quid dicam tibi? A finito igitur ad infinitū non eſt de bita conſtātia,nullaq; proportio,ſed eſt ſicut inter viſum,& obiectū, omnia ab illo numero veniunt,qui vnus eſt,omnia ab vnitate deſcendunt, trahūtq; originem,veluti numero ab vno, à principio:noſcit igitur anima mea,quòd omnium numerorum ideſt creaturarum es principium, ſicut vnum omnium numerorū eſt initium, ab eo tamen nunquam diſcedunt, quia à tua vnitate continentur,non ſecus ac partes in ſuo toto, vt Plato in Epimenide aperuit,partes .n. cum ſuo toto connecti debent, ſicuti radij in ſole ipſo omnes, & ſicuti aquæ omnes mari fiūt vnum·In te igitur omnia viuificantur,& vnicum habebunt eſſe:hac oratione peracta ſtatim illud nobis aperietur Parmenidis,& illud vnum, quod in Sophiſta dicitur à Platone inueniemus difficile tamen eſt profectò quid Plato intelligat per vnum in Sophiſta,& vnum inParmenide,& diù animos platonizantiū extorſit:In Parmenide enim monuerat: Omnia ſunt vnum.ita vt qui vnum non intelligit,ab vnitate cadit, vt ſi diceret: Vnus eſt Deus, & in eius eſſe diuino omnia eradicata ſunt tanquàm rami in trunco, riuuli in fonte:Falsò igitur criminatur ab Ariſtotele Plato,qui omnia poſuit eſſe vnum:Verùm in Sophiſta ſecùs de vno locutus eſt,quia de vno in ſpecie loquitur,quam vocant intelligentiam, & idæarum cumulum; de quibus ſolúm eſt ſcientia: Propterea famoſa eſt platonicōrum ſententia: Qui unum non intelligit,nihil intelligit, hinc Porphyrius plures homines inquit, participatione ſpeciei ſunt unus homo.

Philoſophia Seniorum in Cacumine Mõtis reſidet, ad quod conſcendendum Mercurio, Apolline, & Venere ducibus indigemus. *Cap. IX.*

CÆci admodum ſumus, dum in vmbris, & ſenſibus verſamur, propterea vt cœcutientibus maximopere Ducibus opus eſt nobis, ac miniſtris tùm ob monſtra occurrentia, tùm etiam ob itineris longitudinem: Primo igitur indigemus duce Mercurio inueſtigationum authore, & artium Magiſtro; ipſe enim vel impellit nos, vel hortatur: hinc veteres Aegyptiorum Antiſtites Mercurium ſapientiæ, & eloquio præeſſe monuerunt, & eorum erant ſchemmata omnia à columnis Mercurij, ita ſcribit Iamblicus lib. de myſterijs Aegyptiorũ cap. de cognitione diuinorum, & in ep. ad Anebonem: *Columnæ, inquit, Mercurii plenæ doctrinis*, propterea omnium Academiarum tutelarem, & numen vocitabant: Verũ quia duo ſunt inueſtigationũ genera, graues .ſ. & leues, ob id aliud relinquere prouerbium: Mercurius cum Ioue grauia tractat, & cũ Apolline ludit: Iure igitur Mercurio Duce in hoc itinere egemus, eiſq; tribus a Ioue ſummo traditis gratijs, *ingenio doctrina, & exercitatione*, ingenio primùm, quoniam ab eius humano ingenio à veteribus Theologis Dæmoniacus nuncupatus eſt, hoc eſt à bono Dæmone Aegyptiorum ſuperiore afflatus: Secũdò, doctrina Mercurij eſt neceſſaria .ſ. Arithmetica, & Aſtronomica, quas artes a Ioue mundi opifice accepiſſe referunt: hinc veteres fælicem aſſerebant etiam Ciuitatem ſub Mercurio locatam, Tertiò exercitationis Dux eſt Mercurius, quoniã exercitatio ad perfectionem maximarum artium acquirendã apprimè concurrit; Quare nondum mentis acie, & ſublimitate, atq; ingenio indigemus: ſed etiam vt illa ad agendum efficacis hæc enim duo, Philoſophia noſtra Olympia, & cœleſtina præſtat, ſicuti duo ſunt Medico neceſſaria cognitu, corporis ſcilicet naturam, & rerum adhibendarum curam.

Sed dubitatio inſurgit; ſi Mercurius, vt ſcribitur, eſt omniũ Deorum minimus, quid nobis cum illo? ad ipſam adipiſcendã Philoſophiã? Reſpõdemus falſo ſibi perſuaderi eos, qui Mercurium

curium minimum Deorum eſſe arbitrātur, immò Deorū omnium maximum non immeritò exiſtimari: Nam ſi minimum reputant, in cauſa eſt, ꝙ ſapiētes, & Mercuriales viri hoc ē ſtudioſi, & ſapientię Miniſtri minimi ſunt de fortuna, maximi tamen de intellectu, vt etiam Ariſto. ſcribit: minimi igitur ſunt, quia infortunati: ideò minimos reputant, huic noſtræ declarationi eſt cōſona fides, & Theologia Chriſtiana, quę ita legit, Omnis Doctor, & ſcriba minimus vocabitur in Regno Cœlorum: Non igitur à mole corporea eſt ſapientia, & diuinarū rerum ſcrutatio, ſed à *Mercurio* cœleſtium Deorum minimo, vt gentium Theologia admonet: Attendite ergo *heus vos Terræ Principes*, vos, qui Miniſtros Mechos domibus veſtris alitis, & non ingenij altiſſimos, & mentis acutiſſimos templo Muſarū Cantores, dogmatibus Philoſophicis imbutos, ne tandem ipſi minimi ſint inter nos, ſunt.n.ij, qui cum Ioue grauia tractāt, ſi expedit, & cum Apolline quandoq; ludunt, actionibus.ſ. & ſpeculationibus dediti; Vos Ioues illi eſtis, inuitiq; Mercurio indigetis Miniſtro.i. ſapientibus: in differendi præſertim arte, de rebuſq; diuinis diſputandi; Hinc omnium ſapientiſſimus Salomon illud admonuit, *lapidem inquit, in aceruum Mercurij*, nolite proijcere, quod ita exponitur à doctioribus, ideſt nolilite inſipientes honorare, & in argēto illo viuo fluxibili fidere.

Sed cum illud nobis Ariſt. reliquerit problema, *vbi maximū de intellectu, ibi minimum de fortuna*, rurſus quid ſibi velit, aperiamus, quo pacto Mercuriales homines, hoc eſt ſapientes minimi ſint de fortuna, non diſplicebit, arbitror: Ita rurſus Ariſto. ſentētiam aperire: minimi, hoc eſt, ſunt Mercuriales homines, & ſapientes, quoniam fortunæ bona in minimis habēt Philoſophus enim, & fortuna non coutūtur, diuiſum eſt eorū imperium, Iudæi quodammodo ſunt, & Sammaritani? Rectè igitur illud Ariſt. ſcribit, nam fortunæ bona à Mercurialibus, vt ſtercora arbitrantur; Lætamini ergo heus vos Mercurij filij, quia ſi minimi adhuc eſtis fortunę bonis, maximi tamen intellectu; Vobis dictum eſt illud diuinum, & Theologicum, *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via, in qua gradieris; firmabo ſuper te oculos meos*: Mercurius ergo, vt rem noſtrā aggrediamur, erit nobis in hoc itinere titulare numē: *Qui Gallo nobis* obuiam venit, vt nos quandoq; dormientes excitet, & illud admonebit,

Pythagoricum *Gallum non mactandum*, verùm domi nutriendũ, eo enim clamante, ad ſapientiam impellimur, ad rerũ cognitionem conſcendimus, & ob id non interimendum: Irrident fortaſſe ſenſus filij, & hunc Mercurij Gallum, & aureum Symbolum: Quid inquiunt, hac methaphora, & Symbolo intelligitis? quibus noſtri Religioſi ita reſpondent, & tres afferũt declarationes; & per Gallum, appetitum ſciendi ſub ænigmatè intelligunt, qui æducari, non autem necari debet; Eſt.n. omnibus inſitus, vt explicat Ariſt. 1. Meth. *Omnis homo inquit, natura ſcire deſiderat:* & iure Pythagoras, & Sacerdotes noſtri huiuſmodi appetitum Gallum dixerũt, quoniam ſcieudi appetitus cunctis eſt natura inſitus, & innatus, & ſæpiùs excitatur, dum nobiſcum à latere dormit, illud clamans, *ſurge, qui dormis, & literis incumbe religioſis*, atq; diuinis, quod ſub emblemate inſinuauit: Socrates ſui ipſius obitus die dum Aeſculapio Apollinis filio Gallum in munus ditiſſimum tradidit, quo tria illi occultè monuit: primò ſuper infirmos vigilem, quos curauerat, & dormiens ſtudioſum.ſ.& non veluti empiricas empiricè infirmum curare: Secundò illi aperiebat inſinuando, vt ſciendi cupiditatem magis magiſq; foueret: Tertiò, & altiùs oſtendebat ei, ac omnibus Dei Miniſtris ſuper Gallinas euigilare tum Medicinis ſpiritualibus, tùm corporalibus.

Plato verò in Symptoſi varias attulit cauſás, cur Gallũ domi nutriendum permittatur, & nullo modo interficiendũ, primo quia ſpecies conſeruat gallinaceas: Secũdo quia ſoli dicatum eſt animal: Tertio quia eo clamitante, ad Dei ſecretiora conſcendimus: Quarto quia ſolis horás diſtinguit, & præco, & tibicen Domini eſt, ait quoq; Iob non occidi, quia oportunè clamat, cum ſcilicèt Orizontem Orientalẽ propinquat, hortãs hominem ad Deum laudandum, nõ eſt deniq; animal neci dãdum, verum Mercurio inueſtigationum Duci deditum, atquè meritò dicatum; Sed per pulcra quidem hoc in loco inſurgit dubitatio, & ſi non mutandum animal, vt dictum eſt, ſed alendũ, *cur ſacrificandum* Sacra noſtra Religioſa finit Philoſophia, & Pythagoras iubet? Huic dubitationi ita facimus ſatis, ꝙ dũ de Gallo noſtro loquimur, portionem illam ſuperiorẽ intelligimus, quæ non mactari, ſed Deo Opt. Max. immolatione offerri debet, Deo inquam illi ſummo, ſoli, & intelligibili, cũ ſit

ſolare animal,& ſoli Deo conſecratũ; portio igitur illa noſtra ſuperior ſub Gallo à noſtris Sacerdotibus denotatur Theologis conſonè aſſerẽtibus cum Eccleſiaſtico ſpiritus vadit ad eũ, qui reddit illũ: propterea Sacerdotes quoq; noſtri in hoc philoſophandi genere peritiſſimi aſſerunt,canendo,Gallũ oſtendere naturam in Cœlo remeantem cantilenam.ſ. quam dicũt *Panæam*, hoc eſt canticum triumphãtem Phœbo reddere: Iterum per Gallum intelligunt mentem illam,quam vocant ſcintillam,quæ illam repræſentat, quæ ſoli ſupra mundano,ſeu intelligibili dicatur,& ſacrificatur;hinc illud accipiunt,Socratẽ in Phed. morti vicinum illam habuiſſe pulcram orationem: ò *Pan*, cœteraq; numina,date vt intus pulcher fiã,& quæ intrinſecùs ſunt,fiant annexa,hoc eſt,facite,obſecro,vt ſummo pulcro euadam ſimilis omninò: ob id inquit Plato venenum non timuit, quia ſciebat animam eſſe immortalem Deo dicatã, & illi ſacrificatam,oblatam,& ad illum remeantem,inde moriẽs illud vnum aſſerebat:Videte, ne me quaſi mortalem lugeatis, quia felicem illam Ciuitatem aggredior, ad quam mortis cõcione deuenitur, & tunc Gallum tradidit Aeſculapio Apollinem cęleſtem illi adnotantem, & quaſi mentem cum ſummo ſole vniri debere: hinc illorum liquet error aſſerẽtium Platonem aliam poſuiſſe felicitatem, & beatitudinis gradũ, vt ſuo loco proprio dicemus,Gallum ergo Deo dicandum,non mactari,ſed immolari iubet Pythagoras in Symbolis eius aureis; Diſplicet enim Deo ſummo ſoli animæ interitus, placet tamẽ Synderesis illa conſcientiæ, quam necare intendunt lacrimarum filij.

Sed adeo ardua eſt via,vt quoq; *Apolline* Duce indigeamus qui res quæſitas Mercurio duce:ipſe ſuis radijs illuſtret,inutilis eſt propterea quæſtio,quæ diſcutienda præponitur, an dux pater in hoc itinere ſit,aut eſſe debeat Apollo, an Mercurius? quoniam æquè ambulant, vnus ſ ad dexteram, alter verò ad ſiniſtram,& licèt veluti Aaron, & Hur, Moyſi aſſiſtentis, iurè igitur eſt prouerbium, *Mercurium ab Apolline nunquàm recedere*, illud inſinuantes, Mercuriales homines ab Apolline non elongari,ſed radiorum diuinorum eſſe contemplatores, quia animus ſapientis à Deo ſolo ſupramundano non recedit;Clamant ergo Mercurius, & Apollo æqua voce dicentes, *Currite*

Filij

Filij lucis, currite dum lucem habetis; cum & illud Muſarum templum in Cacumine poſitum inuenietis, & ad cognitionem diuinarum peruenietis.

Tertius huius itineris Dux eſt *Venus*, cœleſtis, gratioſiſſimaq; gratiarum mater, quæ loetis, ac delectabilibus ſuis ſaporibus rem omnem adeo condit, & ornat, vt quicquid inſtigante Mercurio quæſitum, & inueſtigatum eſt, & Phębo quoq; irradiante mirifica quadam, & ſalutari venuſtate Veneris circumfuſum delectet ſemper, & proſit, ablata.n. delectatione, ſtudium literarum diuinarum, & humanarum rerum peribit omninò. Attende igitur heus tu lector, vt dum legis in Platonem *Venerem* philoſophorum ducem, intelligas delectationē, & amorem illum gemina neceſſitate alatum actione, & contemplatione, vel exercitatione, his.n. duabus alis ad ſublimia gradatim erigimur: Marſilius tamen Ficinus præter hos tres duces, addit & quartum puta *Mineruam*: Eſt iter ita durū, atq; eminens, & vita hominum breuis, vt facili minuantur præ labore nimio nerui omnes, & corporis chordę, dicitur iure *Minerua* à minuendis neruis. Rogemus ergo ne minuantur, ne citò reſoluantur: Curemus etiam ſpiritus ne attenuantur ex literario labore: Illud etiam Dauidicū exorare oportet; *Emitte Domine, lucem tuam, & veritatem tuam*, ipſa.n. nos adducunt ad Montem Sanctum tuum, & in tabernacula tua: firma ſuper nos oculos tuos, & doce nos facere voluntatem tuam, cuſtodi nos Domine, à Venere illa .ſ. terrena ſpiritibus noſtris inimica, quæ coitu cerebrum debilitare intendit, & labefactum relinquere, Muſæ enim Virgines ſunt, & numquàm cum Venere hac terrea commertium habuerunt, nec voluerunt. Venus ergo cęleſtis ſit nobis præſtò, Mercurius, & Apollo tuo iuſſu occurrant, & tutò ambulabimus; Cuſtodi nos quoq; Domine, à *Cerere, & Bacco*, ne grauemur crapula, quoniam ſpeculationi rerum altiſſimarum his occurrentibus monſtris deficiemus. In via nimium enim cibi mentis aciem obtundit; Scribūt etiā Accademici noſtri Palladis Miniſtri, *Animum adipe, & ſanguine ſuffocatum* non poſſe ad cęleſtia peruenire: & libera nos à malo Dęmone ab omnibus illis obuiantibus moſtruis canibus illis .ſ. terreſtribus, quos vocant Zeroaſter caninas imagines Lupinas, & vrſinas nos terrentes in initio ſtudiorū noſtrorū

ſicuti

ſicuti liberaſti populum tuum Iſraeliticum exeunte ab Aegy-pto itavt nullus canis latrauit hoc eſt nulla ei apparuit imago terrens eum, ita vt credendum eſt Moyſen, virtute diuina eos ab ægiſſe vt felicius populus ille indè tranſiret, libera quoque nos domine ab animalibus illis uiribus quæ multiformes ſe offerunt ſacra ſtudia per argentibus quæ qua ſi Sathanas hoc eſt aduerſantes ſe offerunt, emitte deniq; timorem tuum initium ſapientiæ ſcriptum eſt enim in animam maleuolam, & Dęmoniacam non intrabit ſapientia.

Alacri animo ad cacumen huius montis eſt conſcendendum, nec retro cum Orpheo pro Euridice voluptatis Symbolum reſpiciendum. Cap. X.

CVm ad ſacrum perueneris, admonet Pythagoras noſter, non ſpectes te à tergo, laborioſum eſt profectò iter, ita vt paucos illud conſcẽdiſſe legimus; iure igitur iter dicitur herculeum, nam ſi ea, quæ de Hercule ſcribuntur, vera, aut nõ vera ſunt, duodecim oſtendiſſe monſtra: Nos ea methaphyſico more à materia abſtrahentes, Herculem inueniemus virũ magnanimum, & Heroem celeberrimũ, poſt tot interempta mõſtra, ac tot paſſos labores glorioſum euaſiſſe, ſolis typum oſtẽdere, & ſolarium hominum, is primùm duodecim pertranſiẽs ſigna cæleſtia, quæ monſtrorũ imagines ſunt, illuminans triũphat: Nec irridenda eſt allegoria, vt Macrobius aſſerit fortaſſe cauillo, quia ſol laboribus non ſubijcitur, nam & ſol quodãmodo laborare videtur, vt de ſolſtitio dicitur; Solſtitium ideò vocari aſſerunt; quia videtur quaſi ſtare, non tamen ſtat, ita & de ſole, videtur quaſi laborare, dum orbem circuit, illuſtrans, calefaciens, & generans; Iure etiam Montem hunc ſacrũ conſcendentes homines vocitãtur Leonini, quia cum Sol in Leone reſidet, calore ferueт, ita & ſapientes cum ad altiſſimarum cauſarũ conſcendunt contemplationem, calore feruẽt, & in extęſim ceu veniũt, veluti in proprium domicilium: Filij quoq; lucis appellantur, dum lumine illo Apollineo colluſtrantur, quod eſt Sacris Theologis conſonum: Nec præualet laicorũ,

 & pol-

& pollutorum hominum argumẽtum, ſicut ſe habet ſenſus ad ſenſibilia, ita, & intellectus, ad intelligibilia: Igitur luce ſupra cæleſti, præter illam à natura nobis inſitam, non eſt opus, quoniam non eadem eſt cognitio ſenſus, & intellectus agentis, & poteſtatis, vt ipſi ſibi falsò perſuadent: contrarij ſunt enim, vt Sacerdotes noſtri dicunt: *Iuppiter, & Minerua* diuiſerunt inter ſe Regnum; Saturnij quoq; nuncupantur, & Saturni filij, qui Religioſæ Philoſophiæ ad montem euaſerunt, dum illæ filios deuorat, iſti verò libros grandiores, quos non in cinerem redigunt, ſed omnia in lucem prodeunt: non igitur admirandũ, dum *libros* ab ijs, qui actionibus vacant, prodire videtis, quia à Saturnō eſt, & cęleſti origine oriũdus, qui à philoſophari nō deſinit; Et ſi laborioſa eſt igitur via, alacri tamen ad eã animo eſt conſcendendum, & rationibus valde probabilibus oſtendemus: Primò quia mons ille ſedes eſt illius Dei, in quò beneplacitum eſt ei habitare, igitur Loeti, ac Iouij conſcendere debemus; Secundo quia illud ſcimus notiſſimum, *Sapientiam ad nos deſcendiſſe à Barbaris*, at apud eos ſoli Muſarum Antiſtites illarum templo aſtabant, quorũ Aſtronomicas, & Methaphyſicas erat munus inquirere, & perſcrutari: ideſt res diuinas vt inde ipſi diuini euaderent; literis .n. aureis erat ſcriptum, *Omnes non intelligentes peribunt*, teſte Mercurio ad Titum, & Mercurio ipſi ſuffragatur Baruch: *quoniam inquit, non habuerunt ſcientiam, periere*: ideſt rerum diuinarum: Reddit B. Pater Auguſt. rationem, quia voluntas non fertur, niſi in præcognitum; Tertio Hilares, & Iouij conſcendat, vt Plato in Phed. docuit Socratem alloquens, animum in pulchro lætari, & pulchritudini ſtudere additus eſt, ita vt qui literis Philoſophicis ſtudet, Deo ſeruire ſtudere videatur, quod confirmat Plotinus cap. 9. de pulcro, & ſtatuarium imitari debere, cuius partem optat pulchriorem, propterea partim abſtergit, partim nunc abſcindit, vt ſtatuam reddat prætioſam, ita, & tu inquit Plotinus, tolle ſuperuacanea, obliqua ſcilicet corporis tui dirige, & obſcura purgando, illuſtra, & non deſinas tuam tergere ſtatuã vſq; quo deiformis euadas, & pulcher; Scimus enim à Platone animã priuſq; in corpus infundatur, cęleſti gauiſam eſſe pulchritudine ſummoq; bono refertam, in quo exemplaria, omniumq; rerum ſimulacra reſident, quieſcere, ibiq; duabus ve-

[illegible]ci epulis, nectare, & ambroſia, vt in eſca ſibi propria, hoc eſt: ſapientia, & iuſtitia, ideſt virtutibus omnibus, per hoc .n. nomẽ Iuſtitia apud Platonem omne virtutis genus cõplectimur: Theologia eſt quoq; Platonica, *niſi anima quæ vera ſunt*, cognouiſſet, in corpus hoc noſtrum caducũ numquàm eſſet infuſa, at quia agnouit ingreſſum huiuſmodi ad corpus, nullum ei afferri impedimentum ad æternam vitam, ſed inde ab hoc corpore migratura Iouia, ac læta venit quaſi in corpus purgati vt in vaſe [illegible] ait Plato in Phed. Quarto Læti, & Iouij conſcendãt Montem hunc inter denſas huius fœtidæ terræ ſpinas, & illud Platonicum, & Pythagoricum recordentur, *Nunquam habuit Minerua cum Iunone commercium*: hoc eſt diuitiæ, & ſapientia: porrò vnum eſt neceſſarium, & optimam partem elegit ſibi Philoſophus, Philoſophia enim in animi cultu, fortuna verò in exterioribus fortunæ bonis, *Fortuna igitur, & Philoſophia non cœunt*. Iudæi, & Seminarij [illegible] admodum ſunt, Reminiſcamini igitur ſtudioſi, quod ſi vobis æmula eſt fortuna, ita eſt decretum inter Iunonem, & Mineruam, in hoc quoq; ſchemmate *cõſ[illegible] ſum ego inter pollutos fortunæ filios*. Illud quoq; velim poeticum recordari vobis Mineruæ filijs neceſſariam: quod & ſi figmentum eſt illud, tamen attendite, ſcriptum reperimus Orpheum fuiſſe Poetã, & furore poetico infuſum, ac ad ſummum vſq; imbutum, ita vt Apollinis filius meritò adiudicaretur, quem à patre Apolline lyram accepiſſe, ferunt, tamq; tantum valuiſſe, vt illius cantu ſaxa, Syluaſq; mouerit; & fluuiorũ curſum retinuerit, feras mitiores reddiderit, vxorem habuerit Euridicem, quæ ab Ariſtæo ſibi rapta, à ſerpenteq; fugiens occiſa eſt, ob cuius mortem Orpheus accepta Lyra, ad inferos deſcendit, vbi ſuo cantu à Proſerpina coniugem accepit, hac tamen lege, vt retrò ab inferis redeundo, non reſpiceret; quã cum non obſeruaſſet, rurſus illam amiſiſſe eſt[illegible] V[illegible] vnde cælibem vitam ducere ſtatuiſſe, ſi tamen Satyricis ſcriptoribus credimus, à conſortio mulierum deterruit, *& in puerorũ amorem* appuliſſe dicitur, & blanditijs in fraudem induxiſſe: ſed pœnam dedit, quoniam in ſacrificijs Bacchi (ſi Seruio eſt habenda fides) iuxta fluuium, quem dicunt *Hebrum* [illegible] Alij verò à Seruio differentes aiunt Orpheum à Ioue [illegible] & Iouis iuſſu Euridicem vxorem liberaſſe, Mercurij tamẽ ſuf-

ſragio, quam caduceo tetigit: Virtus autē caducei erat, vt in quem tangebat, mox liberaretur, hac tamen lege de retro nō aſpiciendo. Quod & ſi poeticum eſt figmentum, Philoſophia tamen noſtra, quæ palladia eſt, & religioſa admodū, quæ ficta ſunt more Metaphyſico à materia extracta, apibus cōparat, mel ab abſinthio deducit, & non amaritudinem: Orpheū poetico furore circumfuſum typum eſſe ſapientis viri, nulli eſt dubium in arte dicendi peritiſſimum ad inferos miſerorum loca deſcendiſſe, nec tamen eorum timuiſſe pollutionem, atq; perniciem, quia *ſapiens inter pollutos, & mechos, ac perditos adhuc viuens floreſcet* æquè ac inter Zizaniam granum. Scribit etiam Pythagoras, & Plato: *Vir ſapiens non premitur à malis fortunæ,* quia eſt harmonicè conflatus, & ſpirituum cōcordia viuit: Ferunt etiam Poetæ Orpheum à Calliope ortū, ob idq; eius Lyræ chordæ, & nobili eloquentia ipſe in dicendo rerum patefiant, in diuinis præſertim, & cauſas altiſſimas ſpeculando: Lyra verò ſpeculandi inſtrumēta Dialectica, hoc eſt Metaphyſica, (ſi platonicè loqui volumus,) nō autem illa peripatetica; ſuppoſitionum ancilla, & ſcientiarum inſtrumētum: Quo pacto verò potuit ſaxa, & Syluas re ipſa mouere, & ad ſe trahere, non videtur difficile, aut fabulatio pura, vidimus quandoq; fiſtula, & cantu quodam harmonico, animalia quædam hamo, & rete capi, vt ceruos, qui fiſtulis capiuntur, piſces quoq;, vt ferunt in ſtagnis quibuſdam, cygnos etiam cythara, & cantione adduci præcipuè hyperboreos, (ſi ſcriptoribus credendum eſt fide dignis:) Aues etiam fiſtulis, & ſibilis ablaqueari videmus, cātilenis pueros dormitare: Igitur nondum poeticè, ſed re ipſa; arguo tamen ſic, ſi ad cœlorum motionem, quam modulatam, & harmoniam vocat Pythagoras: herbæ vertuntur, vt de folijs vlmi, & ſalicis refertur: quæ Solſtitij die cum ſole voluuntur; quanto magis muſica illa vocali Orpheus ſaxa, ſyluas, & herbas ad ſe trahere potuit? re ipſa, & non ſymbolicè: tamen fuit etiam Orpheus perfectiſſimus Muſicus, & ſimul Aſtrologus, & vtranq; facultatē exactiſſimè callebat; ob id arte illud egiſſe, & excitaſſe non eſt difficile. Arbitrantur tamen quidā ex noſtris à verborum vi illud eueniſſe cum cantu ſimul admixta, & Dæmonum ſuffragio, habent etiam magica verba vim mouendi, & attrahēdi, fuit enim Orpheus hac arte apprimè inſignis;

referunt nonnulli podagram, & morbos quoſdam cantilenis quibuſdam, & verbis curari, & in re ruſtica barbaribus quibuſdam etiã bellüas ſanari, igitur Orpheus magica arte poterat, & illa peragere, quæ de feris animalibus, & de ſyluis leguntur, quia à venefica cauſa euenire potuit, conſentit, & Philoſophiæ noſtræ Pſellus de Dæmonibus, quoniam refert in Pelui in ceram, & in lutũ poſſe cadere, & fieri: Sunt tamen quidam, qui ex forma Lyræ ſuæ hæc, & ſimilia agere potuiſſe, cuius ligna, & Nabli planetarum fauore, & aſpectuũ benignitate cumulata ſunt: Aliqua verò ex animi dote id eueniſſe ſentiunt: Munera enim ſunt à natura portione quadam impartita, quod quidem in quibuſdam lapidibus videmus occulta, ac indiuiduali virtute operari: Nil igitur mirum, ſi alicui indiuiduo, & indiuiduali homine, vt in Orpheo id conſpicimus, vt ſaxa, & ſyluæ eo canente, & pulſante mouebantur: Sed proh dolor, cecidit Orpheus ab Harmonica ſibi intus tradita, & voluptate ductus in interitum cecidit; ſed Iouis mandato Mercurius, & ipſiusmet Iouis ſummi miniſter caduceo Euridicẽ tãgit, & recuperat amiſſam, hoc eſt alis geminis, quibus de Cęlo deſcenderat, amiſſis recuperat, iterũq; ad Cęlum aduolat, & hac lege, ne retrorſum amplius aſpiciat, hoc ẽ ad voluptates reuertatur corporeas; Sed in actione, & ſpeculatione altiſſimarum cauſarum verſetur: Quod quidem (ſi licet) eſt quodãmodo Sacræ Theologiæ, & fidei noſtræ cognatum: *Nemo inquit, mittens manum ad aratrũ, & reſpiciens retro, aptus eſt Regno Dei*, veluti de vxore Loth eſt pulchra quidem allegoria, lętus igitur, & Iouius Religioſus Philoſophus montem illum ſacrum conſcendat cum Moyſe, & Aaron Dei Sacerdotibus licèt non plumbatis, *vt nos in Genealogia, & Christi antenatis idiomate vulgari diximus*; Sæperet ſe & Sacerdos Philoſophus ab immũdis, vulgaribus, & mœchis hominibus, & in ſeptimo conquieſcet die, omnium centro, hoc eſt in Deo, Sabbathum Sabbathorum interim caueat, *ne de plebeorum voce lædatur, nec lætetur*, quicquid enim vulgus loquitur, aut nihil eſt, aut falſum exiſtimes; vulgarium etiam, & pollutorum hominum voces mugitus ſunt, & pecudum balatus.

Irridet Iuniorum ſoboles Philoſophiam Seniorum Religioſam, quia Mundum vnicum in plures Mundos diffundit, veluti Sol ſe in radios. Caput XI.

MOrdet Peripateticorum Gymnaſium Philoſophiam noſtram Olympicam, quoniam ſolum mundum in eo in plures diuidit mūdos: ſed quid nobis de eorum ingenij debilitate, aut prauitate? nunquid pendere illorum opinionem debemus? nos veritati, & Philoſophis noſtris Religioſis Muſarum miniſtris penitus adhærentes dicimus, apprimeq; ſcimus vnicū eſſe profectò mundum, & neceſſariò vnum ab ſua vnica endelechia, ab vno eius opifice ſummo: igitur vnus eſt mundus, tùm quia non eſt diuinum opus diſgregatum, vt ait Platonicus: tū etiam cum plures non ſint Opifices, ſed vnicum eſt, à nullo omnia continens, inquit Theol: nihil extra ipſum relinquens: non ergo tot Mundi, quot pilæ, vt fortaſſe quidam ex ipſis cū veteribus ſibi falsò effinxerunt, & ſomniarūt, innumeros exiſtimantes mundos, anſam Magno Alexandro deplorandi porrigentes, cum tot ille mūdos audiſſet, quod mihi ab initio perdifficile dictu præclariſſimo viro viſum eſt credere. Quis enim ambiget, quòd ponentes varios, & innumeros mundos, atque alios extra alios, ſpatia etiam ponere cogebantur, & illa quidē vacua? Verùm & ſi vnus eſt mundus ab eius vnico Principio, Philoſophia tamen noſtra Sacerdotalis in plures ſecernit; & etiam in indiuiduos, nec propterea negligenda eſt, morſuq; à laicis dilaceranda: vnicus quoq; eſt ſol, in plures tamen radios diffunditur, & ſic mundus vnicus in mundum corporeū, & incorporeum, mox corporeum in igneum, aereum, aqueū, & terreum; Similiter in mundum corruptibilem, & incorruptibilē, cęleſtem, & elementarem, animarum, & corporeum: quos perſtringentes in ſeptenarium duximus, & inter ſe mirificè conflatos, illud tamen apprimè adnotantes, q; ij mundi omnes, & eorum quilibet, non ſunt propriè vnus, quia ſolus ille verè, & propriè mundus eſt, quem vniuerſum appellamus, Platone cōfirmante multis paſſim teſtimonijs: non .n. inquit in Thymeo, quælibet ſphæra eſt vniuerſaliter vniuerſum, ſed ſuo quodam

præcepto, & proprietate quadam; itaq; nō quilibet cognominatur propriè mundus, vt ſingulariter ille primus: Diuiditur igitur primo mundus in mundum, quem vocitant eminentiæ, Solarem, Idæalem, Vitalem, Architypum, & ijs nominibus, putà vniuerſum, ideſt totum, ad quem amore, contemplatione, & pulchritudine peruenitur, eſt.n. in eo formaliter omnis pulchritudo, ideo per arduum eſt de eo ſcrutari, & indagari, quoniam mens hebeſcit, oculi caligant, tanta eſt illius incompræhenſibilis, & vt Plato cōmemorat, nec ingenij præſtantia, neq; præ dignitate verborū mens copia quælibet decantabit: Ignorare tamen non licebit eſſe, ſ. omni ex parte æternum, ſtabilem, intelligibilium formarum plenū; ita vt grauiter videat Mercurius mentem, quam inuenire inquit, per arduum eſt, & inuentam vulgo explicare: Tutior igitur eſt via de mūdo hoc negare, quam affirmare, quoniam ſi mentis oculus ad ſolem huiuſce mūdanum indagandum, & ſpeculandum, eſt impotens, quid ſi ad Solem illum diuinum aciem intenderimus? cum ſit Lux in Caligine, vt ait Dionyſius: & ad illum conſcendendum, expedit lauari, teſte Mercurio in cratera: ideſt à corporeis ſenſibus, à paſſionibus, ab imaginibus, & diſputationibus ſegregari: Meritò igitur primum vocant mundum eminentiæ, qui omnia eminentiſſimo imperio intelligit, & in eo eminenter continentur: iure quoq; architypum, ideſt omnium typus, & principatum omnium imaginem tenens, quæ inferioribus conſpiciuntur; Idæa exiſtens, propterea etiam Idæalem, exemplarem, vitalē, quo omnia viuunt, ſunt, & mouentur; ac præſtantiorem vitam degunt, veluti in ea arbore eradicata, quæ vitæ dicitur in medio deliciarum viridario: meritò itidem vniuerſum vocitant, hoc eſt totum ceu omne, quem Poetæ ſub ænigmate Panos, & Iouis finxere, à cuius capite omnia effluxiſſe Orpheus decantauit: ſi.n. hanc vocem ſpectemus vniuerſum, illud denotat, ex quo omnia ſcilicet verſa ſunt in vnum, vt ad centrum, ab vno etiam principio, à quo cuncta proficiſcuntur, ad quem ad eundem currunt fontē, & debitis numeris, atq; menſuris, harmonicaq; natura, cognatione, & graduum ſerie colliguntur, ab vno etiam, quia quæ in ſummo apparent, in infimo pernoſcūtur; Mundum itidem iure ſolarem appellant, quoniam ſi Dei ſedem inquirimus, illud ſcriptum inueniemus, *In ſole poſuit ta-*

berna-

Aeternaculum ſuum altiſſimus, non autem in ſole hoc viſibili, ſed intelligibili in ſcipſo ſcilicet, cum ſit omnium rerum initiū ab omnibus menſuris liberum, à loco omni ex parte ſolutum, nō enim eſt ex omni parte ſolutus, qui locutum expoſcit, nec abſolutè primum, neq; abſolutè principum; aliud namq; ſupponeret, vt Plato etiam in Phed. monuit: hunc enim ſolem, quem videmus viſibilem. Dei eſt imago intelligibilis, & inuiſibilis Solis, per quem Sol ille intelligibilis ſuos ad nos in hoc ſcilicet corporeo mundo emittit, effunditq; vires; Quare ſi ea, quæ de Socrate narrantur, ſpectemus, admonemus non hunc ſolē viſibilem mundanum tanta veneratione, vt fertur: immobiliter, & quaſi attonitum veneratum eſſe, ſed ſolum illum ſupramundanum, intelligibilem, hunc verò viſibilem vt Dei Vicarium, vel oculum Dei viuificum, & æternum: Reijciendi ſunt qui Dęmonem ſuum Socratem coluiſſe ferunt, ſed ſolē intelligibilem in maximis admirabundum quodammodo habuiſſe: De rebus etenim quotidianis nulla eſt admiratio, arguūt doctiores in Apologia Socratis: ſed ſol iſte viſibilis quotidie oritur, igitur non hoc admirabatur, quē ſtupidus quaſi expectabat reſurgentem; huic Apologiæ aſtipulantur Aegyptij; qui Sole oriente illud cum Orpheo decantabāt, & Mineruæ filius illuxit nobis, ideſt diuinæ intelligentię, & ęterni ſolis genitus: quod quidem eſt noſtræ chriſtianę fidei cognatum: ego inquit Dominus, ſola lux mundi, non tamen oculis lucens, vt Manichæus ſibi falsò effingit; ſed lux, quæ mentem illuminat, ait D. Thomas contra gentes, quo dityriambate Aegyptij Theologi Trinitatem perſonarum venerabantur, & ſub ęnigmate cōfitebantur, puta, via ſolis, nihil me hercle ita me Deus adiuet, mundo in hoc ſenſibili noſtræ Sanctiſſimæ Trinitati ſimilius, & commodius ſole; Si ea enim, quæ Moyſes ſcribit, obſeruabimus: ab initio ſolem creatum legibus, quem vocat lucē; Deum igitur eſſe ſolem innuebat intelligibilem, ex quo primùm ad intra ſol iſte emanauit æternus, & inuiſibilis; qđ aperuit, creās lucem, *fiat lux*, inquit, & lux facta eſt, primo quo præcipimus ſolem à ſole intus, & extra emanaſſe, & illum Regia quadam auctoritate confirmaſſe, quod apprimè *Ioannes Scotus* omniū ſubtiliſſimus Platonicus, & Theologus exactè 1. ſent. diſtin. 8. declarat; Inſuper vna eſt ſolis viſibilis ſubſtantia, tria tamen

ſunt

ſunt inter ſe diſtincta pariter, & vnita, Naturalis fœcunditas ſenſibus noſtris ignota, Manifeſta lux ex ipſa fęcũditate emanans, ipſiq; ſemper æqualis. Tertia calefactoria virtus, fœcunditas ſolis patrem oſtendit fęcundum, lux filium ſibi æqualem per modum intelligentiæ, calorem amatorium ſpiritum optimè repręſentat.

Diffunditur ſecundò mundus iſte vnicus inmundum miniſtrantium hoc eſt Angelorum ceu diuinarum mentiũ, qui ex omnibus conſtat animabus, & intellectis corpori non mancipatis, nouem continens Angelorum ordines, ſeu ſphæras circa diuinum centrum æternè motas, quas Laica Philoſophia intelligendas nominat, & ſeparatas ſubſtantias; nos nondum ſeparatas dicimus .i. à materia ſecretas; ſed quoq; ſeparatas vocamus, quoniam à Deo ſeiunctæ ſunt, qui eſt ſimpliciſſimus, actuſq; puriſſimus cœterę verò mentes ex actu, & potentia cõſtantes, ſeiunctæ ſunt, non etiam ex Phyſica materia conſtantur, ſed ſicut materia Cęli differt à materia generabilium, & corruptibilium Analogia quadam ita ſeparatarum mentium materia ab aliorum differt materia hinc ortum eſſe arbitror, Platonicos poſuiſſe animas cæleſtes ceu Angelos habere corpora ſpirituoſa, tamẽ tenuia, aerea, atq; pura; aliter nõ poſſent de loco ad locum moueri, quod quidem difficile eſt, & ſub dubio vertitur: verùm Platonicis illud fauere videtur, qđ Theologi aperiunt, corpora eorũ agilia, & ideo volatilia, & ſub typo alarum deſcribuntur 1. Gen. vbi Angelos ſuper firmamentum euolare ſcribit Moyſes, & Deo ea, quę hic peraguntur, referre: Idem affirmare videtur Eccleſiaſtes cap. x. *Caue, inquit, ne quicquam loquaris contra Deum*, quia aues cœli reportãt illud, ideſt Angeli. Quo verò pacto Angeli mobiles ſunt, declarant Dionyſius, & Damaſcenus; Angelum ita diffiniẽtes, eſt inquiunt, ſubſtantia mobilis ſemper, quam diffinitionem ita declaramus, mobiles quidem primo ratione eius naturæ intellectiuæ, & volitiuæ: Angelus cum ſit quoq; creatura, & creatũ quodam: igitur ſemper vertibile etiam in nihilum, niſi manu potẽtis Dei teneatur: Eſt ſecũdo mobilis ratione eius intellectus, immo ſemper mobilis, accipientes nos tamen motũ æquiuocè, ideſt ſemper intelligens, & actu intelligens non.n. eſt quandoq; actus, quandoq; potentia, vt de mẽte humana dicere forſ-

bernaculum ſuum altiſſimus, non autem in ſole hoc viſibili, ſed intelligibili in ſeipſo ſcilicet, cum ſit omnium rerum initiū ab omnibus menſuris liberum, à loco omni ex parte ſolutum, nō enim eſt ex omni parte ſolutus, qui locutum expoſcit, nec abſolutè primum, neq; abſolutè principum; aliud nanq; ſupponeret, vt Plato etiam in Phed. monuit: hunc enim ſolem, quem videmus viſibilem. Dei eſt imago intelligibilis, & inuiſibilis Solis, per quem Sol ille intelligibilis ſuos ad nos in hoc ſcilicet corporeo mundo emittit, effunditq; vires; Quare ſi ea, quæ de Socrate narrantur, ſpectemus; admonemus non hunc ſolē viſibilem mundanum tanta veneratione, vt fertur: immobiliter, & quaſi attonitum veneratum eſſe, ſed ſolum illum ſupramundanum, intelligibilem, hunc verò viſibilem vt Dei Vicarium, vel oculum Dei viuificum, & æternum: Reijciendi ſunt qui Dęmonem ſuum Socratem coluiſſe ferunt, ſed ſolē intelligibilem in maximis admirabundum quodammodo habuiſſe: De rebus etenim quotidianis nulla eſt admiratio, arguūt doctiores in Apologia Socratis: ſed ſol iſte viſibilis quotidie oritur, igitur non hoc admirabatur, quē ſtupidus quaſi expectabat reſurgentem; huic Apologiæ aſtipulantur Aegyptij; qui Sole oriente illud cum Orpheo decantabāt, & Mineruæ filius illuxit nobis, ideſt diuinæ intelligentię, & ęterni ſolis genitus: quod quidem eſt noſtræ chriſtianę fidei cognatum: ego inquit Dominus, ſola lux mundi, non tamen oculis lucens, vt Manichæus ſibi falsò effingit; ſed lux, quæ mentem illuminat, ait D. Thomas contra gentes, quo dityriambate Aegyptij Theologi Trinitatem perſonarum venerabantur, & ſub ęnigmate cōfitebantur, puta, via ſolis, nihil me hercle ita me Deus adiuet, mundó in hoc ſenſibili noſtræ Sanctiſſimæ Trinitati ſimilius, & commodius ſole; Si ea enim, quæ Moyſes ſcribit, obſeruabimus: ab initio ſolem creatum legibus, quem vocat lucē; Deum igitur eſſe ſolem innuebat intelligibilem, ex quo primùm ad intra ſol iſte emanauit æternus, & inuiſibilis; qđ aperuit, creās lucem, *fiat lux*, inquit, & lux facta eſt, primo quo præcipimus ſolem à ſole intus, & extra emanaſſe, & illum Regia quadam auctoritate confirmaſſe, quod apprimè *Ioannes Scotus* omniū ſubtiliſſimus Platonicus, & Theologus exactè 1. ſent. diſtin. 8. declarat; Inſuper vna eſt ſolis viſibilis ſubſtantia, tria tamen

ſunt

ſunt inter ſe diſtincta pariter, & vnita, Naturalis fœcunditas ſenſibus noſtris ignota, Manifeſta lux ex ipſa fęcũditate emanans, ipſiq; ſemper æqualis. Tertia calefactoria virtus, fœcunditas ſolis patrem oſtendit ſęcundum, lux filium ſibi æqualem per modum intelligentiæ, calorem amatorium ſpiritum optimè repręſentat.

Diffunditur ſecundò mundus iſte vnicus in mundum miniſtrantium hoc eſt Angelorum ceu diuinarum mentiũ, qui ex omnibus conſtat animabus, & intellectis corpori non mancipatis, nouem continens Angelorum ordines, ſeu ſphæras circa diuinum centrum æternè motas, quas Laica Philoſophia intelligendas nominat, & ſeparatas ſubſtantias; nos nondum ſeparatas dicimus. i. à materia ſecretas; ſed quoq; ſeparatas vocamus, quoniam à Deo ſeiunctæ ſunt, qui eſt ſimpliciſſimus, actuſq; puriſſimus cœterę verò mentes ex actu, & potentia cõſtantes, ſeiunctæ ſunt, non etiam ex Phyſica materia conſtantur, ſed ſicuti materia Cęli differt à materia generabilium, & corruptibilium Analogia quadam ita ſeparatarum mentium materia ab aliorum differt materia hinc ortum eſſe arbitror, Platonicos poniſſe animas cœleſtes, ceu Angelos habere corpora ſpirituoſa, tamẽ tenuia, aerea, atq; pura; aliter nõ poſſent de loco ad locum moueri, quod quidem difficile eſt, & ſub dubio vertitur: verùm Platonicis illud fauere videtur, qđ Theologi aperiunt, corpora eorũ agilia, & ideo volatilia, & ſub typo alarum deſcribuntur 1. Gen. vbi Angelos ſuper firmamentum euolare ſcribit Moyſes, & Deo ea, quę hic peraguntur, referre: Idem affirmare videtur Eccleſiaſtes cap. x. *Caue, inquit, ne quicquam loquaris contra Deum*, quia aues cœli reportãt illud, ideſt Angeli; Quo verò pacto Angeli mobiles ſunt, declarant Dionyſius, & Damaſcenus; Angelum ita diffiniẽtes, eſt inquiunt; ſubſtantia mobilis ſemper, quam diffinitionem ita declaramus, mobiles quidem primo ratione eius naturæ intellectiuæ, & volitiuæ; Angelus cum ſit quoq; creatura, & creatũ quodam: igitur ſemper vertibile etiam in nihilum, niſi manu potẽtis Dei teneatur: Eſt ſecũdo mobilis ratione eius intellectus, immo ſemper mobilis, accipientes nos tamen motũ æquiuocè, ideſt ſemper intelligens, & actu intelligens non. n. eſt quandoq; actus, quãdoq; potentia, vt de mẽtę humana dicere for-

taſſis

caſſis poſſemus; quòd eſt arduum maximè ad diluendũ quæſitum, quod in diſputatione de mundo animarũ dilucidabitur: & licèt Angeli quoad cognitionem, qua res in verbo cognoſcunt, omnia ſimul intelligant; vt aſſerit R. Pater Auguſtinus de Beatis de Trin. cap. 15. quòd ſcilicet in patria nõ erunt noſtræ cogitationes volubiles, hoc eſt ab alijs in alias euntes, atque redeuntes, ſed omnem ſcientiam noſtram vno ſimul intuitu videbimus, tamẽ inquit, ex cognitione, quã cognoſcũt Angeli res in propria natura, nõ omnia ſimul intelligũt; eſt igitur ibi viciſſitudo intelligentiæ, & ob id Aug. præcitato in loco aſſerit, intelligitq; omne ens creatum habens intellectum, vnum poſt alium, qui ſucceſſus eſt veluti motus quidam, idcò Angelus æquiuocè mobilis eſt, non autem vniuocè, quod confirmat Dionyſius cap. 4. de diuinis nominibus; qui triplicem poſuit motum in Angelis *circularem, rectum, & obliquum*; circularis motus eſt ab eodem in idem cẽtrum immobile, quẽ motũ habẽt quatenus illuminationes recipiunt à Deo ipſo Opt. Max. & per eaſdem ad Deum iterum reuertãtur; motu mouẽtur recto veluti ſecundę cauſæ ad prouidentiã huius corporei mundi, & ſubiectorum rectè omnia tranſeuntes, & non reuertentes ab eodem in idẽ, ſed de vno in aliud motu quoq; obliquo mouẽtur quatenus cum per cognitionem inferiorũ, quibus prouident, reflectuntur in Deum principium; & finẽ pulchri, & boni; hæc Dionyſ. Ad Damaſcenum modò reuertẽtes, vnde noſtra originem traxit oratio: mobilis eſt rurſus Angelus ratione voluntatis, quoniam nõ omnia ſimul vult, ſed modò unum, modò aliud iuxta rerum naturas. Dicitur poſtremò localiter moueri, & equiuocè, quatenus cõuenit illi eſſe in loco ſcilicèt per contractum uirtutis, ſed non quidem quia cõtactus iſte, ſiue motus loco commenſuretur, ſicut corpori accidit, ſed dicitur moueri localiter, in quantum ſucceſſiuè uirtus eius applicatur ad loca diuerſa.

Diffunditur tertio mundus in mundum corporeũ; quẽ uocant cęleſtem, ſempiternam tamen, & immortale, hoc eſt non diſſolubile, ſed in melius mutabile, ut noſtra admonet Religioſa Philoſophia Sacris cognata Theologis Eſa. cap. 30. Erit, inquit, *Lux Lunæ ſicut Lux Solis, Lux verò Solis ſeptuplicitèr.* Sicut Lux ſeptem dierum, in qua alligauerat Dominus uulnus populi

puli ſui, vulnus verò præcipuè inflictum eſt, cùm homo morti ſubijcitur propter prothoplauſtri peccatũ, vt illi proteſtatus eſt Dominus, quacunq; hora comederis, morte morieris, alligabitur verò vulnus huiuſmodi tempore illo, quo dabitur nobis vita abſq; mortis timore, & illud audiemus, *Venite benedi- cti patris mei*: & iure hanc meliorem mutabilitatem accipiet in præmium coronam ſui laboris in Sabbatho Sabbathorũ: Plotinus verò, & Plato cauſam ſuæ immortalitatis duplicem reddere nituntur. Primo quia hæc mundi machina, & mundana compoſitio ex partiũ proportione cõflata eſt, & ex totis, perfectiſq; corporibus eſt effecta, & nihil eſt extra ipſum relictũ: magis tamen conſonam arbitror Platonis rationem, quia inquit Dial. x. Cęlum ab eius axe adamantino, ſeu fuſo infrangibili ſubſtinetur. i. à fato illo immobili, & cauſarum cõcurſu ita ſtabiliente, & volente, vt nunquàm ab eo diſcedant immutabilia: Quàre & ſi cęleſte corpus immutàbile, & immortale eſt, ab Opifice demum ſic permittente fit, non autem ab humore illo concreto, vt veteres effinxerunt, vt nos de eius materia referemus.

Diffunditur quartò mundus in mundum elementarem puriorem, & impuriorem, ob id Plato Cęlum poſuit igneũ. i. aerem puriorem, propterea mundũ ad quatuor plagas deducit, vt mũdo intelligibili, & ideali illo hic ſenſibilis Analogia quædam correſpondeat: Conſtat enim ille ex quatuor ſcilicet ex diuina mente, ex mẽte participata, ex anima, & ex natura, quæ omnia proportione, & copulatione quadam ſibi correſpõdere habeant. Sed proh dolor, quia de hoc mundo verè vmbratili dictum fuit, totus mũdus poſitus eſt in maligno ab eius materia malitiæ, & pollutionis origo, & immũditiæ genitrix Deo, & eius bonitate emula à Dæmone quoq; irridente, quod ſub ęnigmate Philoſophia noſtra ita declaratur, *Iouem* ſcilicet *Neptunum*, & *Plutonem* mundum hunc ſibi tyrannicè diuiſiſſe, & occupaſſe, primum aerem, ſecundum aquam, tertium terram, trium ſunt ij malignitatum Duces, quod conſonam eſt Theologo Ioan. *omne inquit, quod eſt in mundo, aut ſuperbia vitæ, aut cõcupiſcentia oculorum*, aut auaritia, quam iure carnis concupiſcętiam vocitat, ſub hoc ęnigmate quoq; aperuerunt veteres noſtri Sacerdotes, tria eſſe rerum principia, *aerem* ſcilicet, *aquam*,

H   *& ter-*

& *terram*; ignem verò non poſuerunt, quia in puriori collocãt aere, ex aere igitur, aqua, & terra omnia conflabant, non poſuere ignem, quia illum vt rerum vitam potius opinabãtur, nõ autem principium omnis enim vita per ignem diffunditur, vt in Thim. Plato apprimè admonuit, hanc Sacerdotiã, & Olympiam Philoſophiã ita proculus Sacerdos noſter dilucide explanat, aſſerens Iouem, Neptunum, & Plutonem tria eſſe numina, hoc eſt fundamenta rerum omnium: Iuppiter ſua virtute omnia ſuſtentificat, & ob id ſuſtentificatiuus, quæ virtus à primo mobili ad nos deſcendit, puta ab igne illo æthereo blãdo fouente, & viuificante, veluti aeris purior pars: plagas.n. Proculus ſenſibilis huius mundi in tres diſtribuit partes, quas vocat ducales ordines, ideſt à primo omnium Duce, prima eſt orientalis, quæ eſt à Ioue, ſecunda à Neptuno, qui eſt viuificatiuus, ideſt Prouidus, eſt.n. aqua generationum vita, quod fortaſſe innuere voluit Moyſes; Producant inquit aquæ omnem animam viuentem: Philoſophia verò noſtra Neptuno tribuit huius ſecundi mundani ordinis Duci, ideſt huius infimæ aeris parti, infimæ quidem hoc eſt humidæ, & aqueę, abs quo omnia aquea illa mineralia producuntur; Tertia huius mundi plaga Plutoni tribuitur, quia ſphæræ actiuorum, & paſſiuorũ præſidet. Terreſtria ſcilicet, & tartarea cruciant, purgando, & ita terræ præeſt, & igni, ob id Plutonis plagam denominãt, noſtri plagam cõuerſiuam, quia cruciat, & purgat, & purgati ad Deũ reuertimur.

Diffunditur quintò mundus in mundum mortis ceu cõtraditionis, mũdum diuiſionis, puta materiam, & Hyle illud primum, quod veteres Theologi varijs circumſcribunt nominibus, & chaos appellant informè, mundum ſcilicet cõfuſum, & inordinatum, in quo apud Academicos reſidet amor ille omnium Deorum antiquiſſimus, hoc eſt appetitus ille, quo omnia natura fiunt: Terram quoq; vocitant inanem, & vacuam, mundum etiam interitus, quo omnia intereunt, & corrumpuntur propter inſatiabilem eius appetitum: Pythagorici Dianã ſterilem, & nudam dixerunt, Dianam vocarunt, quia ex eius ſterilitate eximia conſurgit fœcunditas, Plato infinitudinẽ in Thimeo nuncupat ſinum informem, ſpeciem inuiſibilem omnium formarum, capacem mundi matrem, ſpecierũ nutricem,

Deam neceſſitatis à ſummo productam opifice: Peripateticè etiam varijs nominibus eam nobis effingunt, vocantq; Syluã elementum primum, fœmellam, fraudem, ſubiectum turpe, molem, ſeu maſſam, quæ omnia ſuæ immundæ pollutionis, & ſordiciei naturam oſtendunt: iure ergo mundum ſorditie, & immunditie vocabitur.

Formam verò quibuſdam nominibus fingũt videlicet exẽplar, idæam, rationem, ſpeciem, diuinum quodã, quia Deo aſſimilari intendit, optimum, quia eſt finis motus, actus, quia ſeparat, & diſtinguit, forma, quia format, ſpecies, quia dat eſſe, & cognitionem, ratio, quia ab ea ſumitur diffinitio, iure quoque materiam mundum, & chaos informem, quia eſt Idæarũ emula, omnes formę ſunt in actu in primo motore, ſunt etiã iu potentia prima materia, Deam neceſſitatis iure à noſtris Philoſophis, & Palladis miniſtris dicitur, non tamen propter ſe ipſam, ſed tanquã formis vltimis neceſſaria, deinde quia ob eius admiſtionem mundus neceſſariò patitur, & de formis fit, meritò ergo Platonica noſtra Philoſophia aſſerit cũ Platone in Thimeo, *mundum eſſe ex neceſſitate, & intellectu conflatum*, ideſt ex ipſo formarum ordine, & materia: hinc doctiores, qui exactiſſimè Platonis Thimæum obſeruarunt, & eius verba adnotarunt, aſſerunt mundum à Deo exornatũ fuiſſe cogente prius neceſſitate ideſt materia, quod ita declarant, vt ſcilicèt prima illa materiæ natura quamuis informis cogitetur, tamen præparationem ex Deo Opifice accepit ad formas à Deo formabiles, & ita præparauit, vt non poſſet eſſe paratior. Syluã quoq; dixerunt ſubtiliter, & ſub ænigmate velarunt, quoniam Nymphæ numina quædam exiſtimantur, quæ generationi præſunt, & propterea Syluas, & fontes dicuntur habitare: generatio .n. per humorem expletur, & deſcendit ad ſyluam, ideſt ad materiam, fœmella quoq; dicitur, quia parit, & agente indiget, vt formæ ab ea extrahantur turpe, quia priuationi eſt annexa: fraus, nam tranſmutabilis; vt alter Protheus; Diana ſterilis verè eſt, & ſine luce propria, cum ſola abſq; ſolis lumine nõ ſplẽdeſcit, quia ita materia abſq; formæ auxilio imperfecta eſt, & denigratur, ſeu tenebreſcit, ac tenebræ ſuper faciẽ eius, & ob id iure chaos, & abyſſus ſterilis eſt ex ſui natura, fæcunda verò à Sole, à forma ſcilicet, & ideo Lucina quoq; Diana nuncupa-

tur,quia partum in lucem prodire putatur; binaria vocitatur à Pythagoricis, quia infauſta, & multitudinis, & diuiſionis principium,non ens,quia poteſtate ſolùm, nihil valens efficere,genitricem fœcundam aiunt,quia omnibus figuris circunſcribitur,omneſq; ſuſcipit terminos,cunctis carens,ideo magnum,& paruũ;infinitudo;quia in determinata,diues, & egena,pauperculaue,quia nuda,& in formis,diues qualibet nobiliſſima forma:eſt igitur media inter actum,& purum,nihil ergo non omninò ſimplex,ſed quodammodo compoſita ex eſſe & non eſſe,quod Peripateticus ita ſentit,ideſt licet nõ habeat partem eſſentialem,neq; quãtitatiuam,habet tñ multas habitudines,& componibilis eſt,neq; ſibi aliquã determinatã formã determinat, neq; aliquã determinatã priuationem, quia non poſſet illam inde deponere: cuncta igitur fieri apta eſt.

Diffunditur ſextò mundus in mundum ſubterraneum Dæmonum ſcilicèt malorum, quem veteres ſub ænigmate varijs quoq; nominibus circumſcribunt, & illum quandoq; Orcam dixerunt,quandoq; Tartarum,Barathrum,Trebum, Ditem, Infernum,Stygiem, Orcum ob eius obſcuritatem Auernum, quia locus eſt mœroris,abſque gaudio;Herebum,quia omnes damnatos ſecum venit abſorbens,Tartarum, ob eius intolerabilem tormentorum crucem,barathrum, quia vorax eſt, & inſatiabilis, & nunquàm dicit ſufficit,propter eius ignem: Infernum quãdoq; quia à virtute diſtat, Ditem, quia vt plurimũ diuitum eſt ſedes,Gehenna,Vallis ſcilicèt planctus, gemitus, & dentium ſtridoris,Valliſq; filiorum Hennon: hic eſt ille locus Diuo Hieronymo cõſonus, in quo ſtultus populus ille Dęmonibus hoſtias immolabat, quem vocant ſtygiem propter eius quatuor flumina, ideſt ex quatuor elemẽtis conflata domus;Irridet tamen mundum hunc laicus Philoſophus, noſtra verò Philoſophia aduerſus eorum ſenſibilem inſaniam ita arguit,dantur animæ omninò felices, igitur debent quoq; dari omninò infelices,nec valet illorum laicorum reſponſio, quòd ſcilicèt animæ infelices ſint animæ brutorũ, quoniam brutorum animæ non verè animæ ſunt appellandæ ait Plato noſter; cum ſint potius animarũ vmbræ,ſed de hoc ſuo loco dicemus, ferte obſecro.

Diffunditur ſeptimò mundus in mundum humanum, quę voca-

vocamus paruum mundum, ſcilicèt in Epilogum, & in cōpendium mundum admirabilem vniuerſi totius cumulum, in quo omnia modo ſibi conuenienti vniuntur, ita vt meritò clamamus, ò homo huius mundanæ ſcenæ miraculum, ò Sacrum Dei templum, mundo cæleſti proportione, & poſitione conſimile, quem Albertus doctiſſimè, & exactiſſimè libro de animalibus primo enucleat, quoniam veluti mundus iſte inquit, intelligētia mouetur, ita & humanum caput, in quo intellectuales ſunt virtutes; amplius: ſicut duas veteres mundi huius ſenſibilis deuaſtationes prodiderunt, quarum altera per inundationem, altera per confragationem, ita in homine conſpicimus, & intermiſſis vitæ ſpatijs reſolutionis neceſſitas interuenit, quandoq; enim intimo calore auctius craſſante vitalia incendūtur, quandoq; verò corpus laſſatum nimis humoribus cum inundationibus euaporat, ita vt ſeſe ſemper aut ignito vapore decoquitur, aut nimia diſſundatione diſſoluuntur; quod quidē abundè D. Thomas Theologiæ filius parte prima quæſt. xviiij. articulo primo deſcribit, homo inquit iure paruus dicitur mundus, quia ex rebus omnibus quodammodo conflatus eſt, dum de genere mentium ſubſtantialium, & intelligibilium animā in ſe retinet rationalem, de corpore verò celeſti elongationē à contrario in ſe glomerat per maximam complexionis equalitatem: Elementa verò ſecundum ſubſtātiam ita tam glomerat, quòd ſuperiora in eo prædominantur ſecundum virtutem ſcilicèt ignis, & aer cum hominis vita, ex calore cōſtat ignis, & humido, quod eſt aeris, inferiora verò in eā quoq; abundāt ſecundum ſubſtantiam, aliter non poſſet victionis æqualitas fieri, fit etenim, quia elementa inferiora, quę minoris ſunt virtutis ſecundum quātitatem in homine abundant; Cum igitur illud audimus, *factus eſt homo de limo terræ*, formatus ſcilicèt ex terra aquæ permixta, hinc omnis dicitur creatura, in cuius compoſitione naturā ceſſaſſe aſſeruit. Zeroaſter Sacerdos noſter à compoſitione illa ſcilicèt, quā nobilius nihil, nihil honorificentius æſtimandum, in homine.n. glomerata eſt omnis ſapientia, quæ à nobis non excogitatur, conſilio factus ſolemniſſimo doctiſſimus quoq; Mirandulanus ſacrarumq; Muſarū Miniſter, tabernaculo Moyſi artificio Sūmi Opificis deſignatus hominem in tres portiones diuiſum apprimè oſtendit, in

nobis inſinuat: Eſſentia enim diuina ea terra eſt, quam ſcribit
Eſa. *Aperietur terra, & germinet Saluatorem*, verbum ſcilicet ſi-
bi æqualem in eſſentia, quòd ſi de terra illa corporea, & virgi-
nea omnes ferè intelligunt, puta de matris vtero, magis con-
ſonum eſt nobis de æternali illa generatione, vt ſcriptum eſt:
Veritas de terra orta eſt, in qua plantæ illæ eradicatæ ſunt terræ
ſcilicèt deliciarum: hinc arbitror Platonem noluiſſe in Phe-
done huius mundi corporei terræ ambitum diffinire, & homi-
nes ranas vocitaſſe in paludibus crocitãtes, vel vt magis pro-
priè dicam coaxantes, & in fece terræ huius veluti in gurgite
nantes: Eſt ſecundo in mundo intelligibili aquæ elementum,
hoc eſt ſeminaria illa virtus, qua omnia irrigantur, & fœcun-
dantur, qua omnia vireſcunt, hinc nonnulli ex noſtris aquam
rerum omnium principium poſuerunt; ideſt ſeminariam illã
virtutem, qua omnia fœcunda reddũtur, quam Pſalmographus
commemorans: *Qui tegis aquis, inquit, ſuperiora eius* ideſt Ange-
los, & beatos omnes: Dicitur quoq; fons vitæ, quam promiſit,
verbum æternum Samaritanis gentibus, aquam ſcilicèt mũ-
dam lauantem, & purgantem, vt ſcriptum eſt; *effundã ſuper vos
aquam mundam, & mundabimini ab omnibus pollutionibus, & im-
munditijs veſtris*: Eſt tertio in mundo intelligibili aeris elemẽ-
tũ, hoc eſt ſpiritus ille aereus, ſpiritus principalis de quo ſcri-
ptum eſt: *Et ſpiritu principali confirma me*; ſpiritus inquam, quo
omnia reſpirantur, quem meminit Moyſes, ſpiritus Domini,
(inquit,) ferebatur ſup aquas, ideſt flatus ille diuinus, quo Dei
verbum percipimus, audimuſq; dum per aerem verbũ loquẽ-
tium, prædicantium, & docentium intelligimus, vbi enim aer
non eſt, non eſt auditus, vox, neq; ſonus, ab illo ergo aere in-
telligibili, & non ab iſto fœtido, & putrido fit, vt Dei verbum
percipiamus ex vẽto illo ſcilicet auſtrali, de quo ſcribitur, *Ve-
ni auſter, & perfla hortum meum*; Deus enim via auſtrali ad nos
venit, Deus ab auſtro veniet, & Sanctus de Monte Pharã, hinc
fit etiam, vt impij homines percipere non valeãt, quia ab ae-
re illo ſuauiſſimo maximè diſtant; Eſt quarto in mundo illo
intelligibili ignis elementum, lumen illud ſcilicet igneum fo-
uens, calefaciens, & viuificans Spiritum Sanctum, Deus enim
ignis eſt conſumens, & ignem venit mittere, vt ardeat, ideſt, vt
conſeruet, & foueat.

Eſt

Eſt ſecundus mundus Angelicus ex quatuor etiã elementis conflatus ex igne primùm, hoc Choro illo Angelico ardente, & inflammante, vt Paulus teſtatur, qui facit, inquit, Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam vrentem; conſtat etiam ex aqua, hoc eſt ex ſapientia illa diuiniſſima verè aquea, qua Angelorum Chorus ſapientiſſimus euadit; quæ etiã Sacri Theologi huius Eccleſię, & mundi ſenſibilis humectantur, & potantur, vt ſcriptum eſt; aqua ſapientiæ potauit illos D. Deus noſter; Eſt tertio aeris elementum, quoniam Angelorum mũdus aereus eſt, & ſubtiliſſimo, & tenui aere præditus, aliter de loco ad locum moueri nõ poſſent, (vt ſuperius declaratum eſt) motus enim corporis eſt actus. Eſt quarto terreus propter æternitatem, & ſtabilitatem eius immobiliter adhærens bono, vt fortaſſis illud ſic intelligere debeamus; Fundaſti terram ſuper ſtabilitatem tuam.

Mundum tertium ex quatuor conſtare elementis, oſtẽdere non eſt difficile, & ſi diſputatio eſt inter Platonicos, Aſtronomos, & Peripateticos, an elementa ſint in eo ſecundũ virtutes, vt Aſtronomi cum Tholomæo; & eorũ qualitates an per modum cauſę, & virtutis, vt Platonici, an propter eorũ quoq; naturas intrinſecas, quoniam ſi ſecundum virtutes igitur ſecundum eorum naturas, virtus enim alicuius naturę eſt virtus, nõ ſtant.n. accidentia abſq; eorum ſubſtantia, conſentio ego, ꝙ ſecundum naturas in cęlo ſunt eminẽtiſſimo, tñ modo quàm in elementari mundo: eſt ergo in mundo cœleſti ignis primũ elementum, quo omnia viuificat, ignèſcit, & calefacit lumine apprimè, & non ſolũ latione eſt calor ille hoc eſt à natura propria illa ignea, verùm & ſi motione calefacit, vt Lulcus Peripateticus docet: nõ tamen primò, quia primo calefacit ſua propria natura illi intrinſeca; conſecutiuè verò, & ſecundario à ſuo motu continuo: Quare poſito per impoſſibile, ꝙ Cœlum nõ ferretur circulo, vtiq; calefaceret, quia ignea eſt eius propria ſubſtantia, & natura, & omnia elementa ignita, viuifica, & actiua ſunt, inſuper hoc aſſerimus cum Platonicis noſtris, ꝙ ſi motu velociſſimo mouetur, & rapidiſſimo à natura eius eſt quæ ignea eſt, vt rapidiſſimo motu moueatur, & ab eius principio paſsiuo. Eſt rurſus in corpore cęleſti terrę elementum, & terrea natura, quę in ſolida eius natura, & ſtabilitate videtur,

tur,ſtellarumq; denſitate,puta in Sole, & Luna veluti organica, & denſiora ait Plotinus, quòd ſi hæc duo in Cœlo reperiũtur,iure & media inter extrema,puta eius natura quia lucens, & tranſparens. aquea quoq; quoniam poſt eius admirabilem, & velociſſimum motum continuum,& rapidiſſimum, nunquã reſoluitur,nec diſſipatur,quod ab illa aquea natura euenit, & arbitrandum eſt conſeruari, veluti exemplo patet, in mundo minori homine ſcilicet, in cuius cordis domicilio aqueus eſt ille humor, nunquam tamen ob cordis motum velociſſimum igneſcit, neque liquefit, quia à natura illa aquea cordi intima conſeruatur, ita vt nunquam diſſipetur, vt Anatomiſtæ etiam teſtantur.

Theologi etiam mundum cęleſtem ex quatuor cõſtare elementis affirmant,& approbãt ex terra primum teſtè Iob, *credo,inquit,videre bona in terra viuentium,* Ex aqua etiã fecit Deus firmamentum *in medio aquarum*, gratiarum ſcilicèt cęleſtium, quas ad nos inde mittit per fiſtulas orationum,propterea Do ctiores Theologi Dauidis pſalmos fiſtulas vocant, quibus ad nos Dei dona,& gratiæ deſcendunt, ex aere quoq; Cœlũ conſtare,nullus ex Theologis negabit,& cum eis Iob patiens cum in cęleſtibus muſica illa, & cęleſtis harmonia à purgatis tamẽ auribus auditur in diẽ,ait Iob, Muſica enim aerea eſt, & aere profertur,at ſi in Cęlo muſica eſt,igitur aer:negligit tñ Laicus Philoſophus Cęli harmoniam,Sed nolite vos Religioſi admirari,quia aures habent Peripatetici, & non audiũt (vt nos ſuo loco oſtẽdemus:)Eſt poſtremo in Cęlo ignis elementum,cum ſit ſua natura lucidum,& calefaciens;Nec vos modo cõturbet Ariſtotelis argumentum,igitur totus cõſumetur, cum ſit maximè actiuus, & vnum de tribus in hoc mundo corporeo inſatiabilibus, nec vos etiam illud moueat cauillationis ſignum facilè diluendum,ſurſum aſcẽdere,nec circuio moueri, & ambire,quia ignis blandus eſt,& fouens, (vt ſuo loco dicemus.)

Mundus corporeus ex quatuor quoq; cõſtat elementis, ad quod probandum ſuperuacaneum foret accedere,ſenſibiliter enim videtur,& exactiſſimè probauit Ariſto. aduerſus Philodoxos,duo tantùm ponentes elementa,puta aquam, & terrã, intermedia verò vacuum, alij verò poſuere tria, & ignẽ à numero elementorum abſtulerũt tribus coniecturis, quarũ pri-

ma eſt, quia ſuper aerem nullum eſt euidens ſignum apparens igneum,niſi ſtellarum lux, ſecunda verò coniectura fuit, quia ſi ignis elementum ibi extat locatum, igitur daretur corpus aliquod corporeum,& illud immortale, cum non habeat contrarium:Tertia fuit veterum conſequentia,igitur daretur aliquod animal igneum,ſed hoc animalium genus nõ inuenitur, quæ omnia ex elementorum latione, & qualitatum numero, numerum elementorum Ariſt. venatus eſt,& ad illum primo antiquorum cauillum reſpondet, ꝙ lux igni puro non conuenit,at ignis in concauo orbis Lunæ purus eſt,quia in eius propria ſphæra eſt locatus, & ob id nullius eſt valoris, ſi ignis ibi eſſet, luceret; Secunda etiam veterum coniectura friuola eſt, quoniam elementa ſibi inuicem aduerſari liquidò conſtat, & ſucceſſiuè corrũpi manifeſtũ eſt,quorũ partes materia fiũt Metheorologicorũ. Tertia verò difficultas ita ſoluitur,quod cum ignis,& aer materia corporũ nõ ſunt,igitur animal aliquod in igne generari non eſt opus, & ideo Ariſt. negat ſequentiam.

Quintum etiam mundum ex elementis conſtare ſuperfluũ eſt oſtendere,cum ſit ſeminarius,& idearũ emulus,in quo omnia poteſtate quadam contenta ſunt, & ideò nõ omninò ſimplex,immo ex non eſſe,& eſſe conflatum,ob id ad ſextũ ſubterraneũ deuenimus,qui ex quatuor fluuijs, ideſt elemẽtis quoq; conſtat,ob id Stygiem veteres dixerunt, puta Phlegetõte igneo,Acheronte terreo,Oceano, ſeu ſtyge aerea, Cocyto aqueo, ſi igitur horum quatuor fluminum nomina reſpiciantur,Phlegeton hoc eſt aduſtio,igitur igneum, Cocytus, ideſt clamor,& vlulatus,igitur terreus propter varias concauitatũ anfractus, Acheron,i.fluens,igitur aqueus,Styx verò æreus à Proculo exponitur;Sed quid adhuc egemus Poetis?en veritas ipſa de igne illo eluceſcit?Ite(legimus)maledicti in ignẽ æternum,qui paratus eſt Dæmoni, & Angelis eius ſequacibus: de aere verò illo caliginoſo: Percutiet te Deus, ait Iob, & cũ eo Eſa.aere corrupto.De aqueo verò elemento aſſerit. *Tranſibũt de aquis niueis ad calorem nimium ad ignem ardentem*, de Terreo, inquit, flens Rex ille Ezec. *Dimitte Domine, vt paululum plangã dolorem meum*,antequam vadam ad terram tenebroſam,opertam mortis caligine,terram miſeriæ,& tenebrarum; Hominẽ poſtremò, ſeu mundum in epilogum ex quatuor conſtare ele-

mentis

mentis notiſſimum eſt, optimè tamen libratis ponderibus, & altiori quadam genitura. Vnum quodq; enim ex eo, quod cōſtat, reſoluitur, ſed in quatuor reſoluitur elemēta, igitur ex ijs eſt homo conſtās, puta ex quatuor humoribus, terreo, aqueo, aereo, & igneo, atra bili, pituita, & ſanguine, ex quatuor qualitatibus, calido, humido, frigido, & ſicco: Altiori quoq; modo, & nobiliori Theologi quatuor eſſe elemēta in homine ita oſtendunt, igneam naturam in oculis ſtatuerunt, ob id lucidi, & luce lucem vident, Aeream in auribus, quia in ijs percuſſus fit, voxq; ſonat, & tinnit, Aqueam in guſtu, & olfatu, Terream verò in tactu, pinguior enim, & craſſior materia tactu abſconditur.

Illud tamē adnotabimus, quod ſuperiori capite tetigimus, hominem in veterem, & nouum diſtribuentes. Vetus homo, ſi ex quatuor conſtituitur elementis, nouus ex duobus, igne ſcilicèt, & aqua, ita vt de mundo hoc nouo illud Mercurij dicere poſſimus, *Magnum miraculum eſt homo*, & propriè, & verè miraculum, & mirabile eſt medicamentum ignitum in radicē eius fomitis, ferro etiam ignito, (vt Theologicè loquamur:) eradicauit à nobis radicem peccati in nobis ita eradicati, vt nō niſi ferro, vt alter Hercules Hydriæ caput obtruncat, igne, & ferro in Golgota eſt prælìatus, & Dæmonis Regnum abſtulit, ſuperauit, & vicit, ſed illud heus Lector, obſeruabis. Non ex omni igne, & ex omni aqua, ſed ex igne illo, & aqua eminentiſſima de Cœlo demiſſis, & ex mundo illo intelligibili, illoque fonte, de quo eſt ſcriptum, *Apud te eſt fons vitæ*, neque ex hoc igne fœtido eſt nouus mundus cōflatus, ſed ex eo de quo ſcriptum eſt, *ignem veni mittere in terram*, & quid volo, niſi vt ardeat? ignis purgans, fouens, & præſeruans, iure ergo Nicodemo dictum eſt, *oportet naſci denuò* ex aqua ſcilicèt, & Spiritu Sancto; hæc illa aqua eſt, quam promiſerat per Prophetas. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus veſtris, hæc eſt aqua illa Tyberiadis, quæ à Iordane deſcendit, aqua frangens ſcilicèt, qua peccata in adultis franguntur, & etiam actualia; hoc eſt aqua illa Genezaretica ad radices Carmeli, quæ quoque ex Iordane profluit, ideſt renationis principium, quo nouam acquirimus geniturám, hæc eſt aqua, quam mare mortuum vocitant, qua omnia mortifi-

cantur humani corporis membra: Facilis igitur erit noui hominis ad Cęlum aſcenſio, quia ex igne tantũ leuiſſimo eſt conflatus, & ex aqua ſecundum quid graui,

Contemnit laica Philoſophia Mundum Idealem, quē noſtra quàm maximè veneratur, iureq; Idæas colit, atq; obſeruat. Cap. XIII.

IRridet demùm laicorum turba Philoſophiam hanc ſacrã, & venerabilem, quia tanta celebritate Idæas colit rerum, quibus videtur fauere Diogenes de Secta ſtoicorũ, qui magno vt dicitur, cachinno, aſſerebat, nunquàm Platonis Idęas videre potuiſſe, quas Plato ſæpè ſecernere videbatur, cui Plato, & eius diſcipuli pro eo ita reſpondit. Non eas vides, quia oculis, quibus iſta ſenſibilia proſpiciuntur, vteris, mente verò nõ vteris, qua ſola illa cernũtur; ſed proh dolor, ſtoicum Diogenem ſectatus eſt ſerpens ille Ariſtoteles terrenus homo, terrã vndiq; ſerpentem, & ſuper pectus ſuum ita ambulantem, vt niſi quæ terrena ſunt, ſapiat, & guſtet; propterea ita præceptorem irridebat, valeant Platonis Ideæ, quia nihil ſunt, aut monſtra, & pura figmenta, ſed verba partis aduerſæ ſunt, & terreni hominis, qui verò de terra eſt, de terra loquitur, illi enim nõ datum eſt noſſe myſteria Regni intelligibilis, diuiſiones.n. gratiarũ ſunt, (ait Paulus,) omnes igitur ſapiẽtię amatores Idęas, & rerum ſimulachra coluerunt, & confeſſi ſunt. Nã quid aliud Idæa eſt, niſi exemplar, meta, & menſura rei faciendæ? Pythagoras, vt ab eo exordiamur, & Pythagorei omnes numeros abſtractos, non tamen Arithmeticos poſuerunt in Deo, quos Idæas rerum faciendarum vocitabant, & in res Phyſicas immutari arbitrati ſunt, Plato Pythagoram ſequutus, ita corrigit. Non permutari inquit, quia perpetuæ ſunt, ſed communicari: Parmenides ſimulachra rerum in Deo non negauit, dum aſſerit omnia eſſe vnũ, ſcilicèt in Idæa, ſeu fonte, abs quo fluũt; Falsò igitur criminatur ab Ariſtotele, quoniam non negabit Parmenides in particularibus formis res eſſe inter ſeipſas diſtinctas; & ſemel atq; iterum vniendas cum illo vno Idæarum patre, ad cuius vnionem Plotinus præcipuè inter cęteros tan-

ta celebritate nos admonet:Platonica igitur,& omnis Sacerdotia Philoſophia Idæas ſtatuit, quæ ſunt vna forma in mundo intelligibili,vt ſeptimò de Rep. Plura tamen ſunt in mundo ſenſibili,quod Plato cõfirmat in epiſtolis,ſicut omnes,(inquit,)colores ſunt in lumine,& circa lucem,& lineę circa centrum,ita & ideę circa omnium Regem iunctæ ſunt;Mercurius quoq; Sacerdos maximus omnia præfuiſſe monuit in illa fœcundiſſima Dei mente:Socrates,& Plato refert,Idęas à materia ſeiũctas in penetrabilibus Dei exiſtentes conſtituit, nõ inter nubes,aut concauo Orbis Lunæ,vt ſibi falsò Ariſt.perſuadet,Zenò,ſi ſcriptoribus credimus, pcipuè Plutarcho de placitis Philoſophorum docuit notiones in animis noſtris anticipatas Idæas eſſe:Alcinous eo in libro,qui de doctrina Platonis inſcribitur,inquit,Placuit Platoni Idæas eſſe,non quidem artificum propriè,ſicut Lyræ:neq; eorum,quæ ſunt præter naturam,vt febris,neq; ſingularium,& indiuiduorum, vt Socratis,neq; minutiſſimarum rerum,vt puluis,vel feſtuca,ſed entiũ perfectorum,immutabilium,ſemper manentiũ,eò quia Mundus non eſt à caſu,ſed ſummo ordine,inſtar ſcilicèt illorũ exẽplarium,quæ erant in artifice fabricata, quæ omnia in Opifice vna eſt,& vniuerſalis cauſa virtute cuncta poſſidens,multiplicata tamen per reſpectum ad idæata: Quare vna eſt rerũ idea, multa verò ex determinatis ab ea,& paucos idæarũ hoſtes inuenimus:Sacerdotibus noſtris conſentit omnis Theologorũ ſcola,aſſerentium *Deum omnia feciſſe in ſapientia,numero põdere, & menſura,in ſapientia*, ideſt in exemplari cauſa: Et Pater Aug. Theologiæ fons ſuper illud Salomonis, *Quando præparabat Cælos,aderam*, quando gyro vallabat abyſſum, ita ſcribit in Gen. Nihil creatum fuit,nec ante tempora productũ,quod nõ Ideali verbo Patri coeterno coeterna vita viueret, Rogent igitur ij de violata Philoſophia,vt templum illud intelligibile cõcẽdant,& conſcendere valeant hinc fugiant interim,vt Plato iubet:& illud nobiſcum canant, *Venite aſcendamus ad Montẽ Domini Dei Iacob* Montem ſcilicèt viſionis,& Idæas videbunt,dicátque illud cum Patre Abraam ſeruis ſuis: *Expectate vos hic cum Aſino,ideſt cum corpore hoc animali homine*, qui non percipit ea, quæ Dei ſunt,quoniam Idæarum cognitio percipi non poteſt, niſi à mente purgatis,& eleuatis animis,quod Socrates in cratillo

tillo monuit, dum Idæas ſe ſomniaſſe aſſerit, non tamen veluti in ſomnia, aut monſtra, ſed innuebat Idæas percipi non poſſe, niſi à dormientibus, & quieſcentibus, pauci enim Idęas percipiunt, ait Plato.

Sed nobis aduerſatur Laicorum turba ita arguentiũ: Deus eſt omnium, & primum agens, ac primum, præſtantiſſimumq; efficiens, vt in agẽdo nõ indigeat alio quouis obiecto nec alio vtitur inſtrumento, nec indiget alio obiecto, niſi ſuo proprio, quod eſt eius propria eſſentia, per quã omnia operatur, & omnia continet; Cum igitur nullo egeat obiecto, per quod aliud cognoſcat, inutile, & ſuperfluũ eſt ponere Idæas: Secundò nondum invtile, & ſuperfluum erit Idæas ponere, ſed inconueniẽs quoq;, quoniam Plato cauſam fore exemplarem exiſtimat generationis, igitur ex immutabilibus, & incorruptibilibus corruptibilia emanabunt, cum referantur ad Idęata; at cum relatio imperfectionem ſecũ ferat, igitur in Deo imperfectio aliqua erit, quod non eſt aſſerendum; Præterea fruſtra ponuntur Ideæ, quoniam Deus virtute ſua omnia agere põt, igitur exẽplari cauſa non indiget, ſicut ponitur: Præterea datur aliqua compoſitio in Deo, qui eſt actus purus, & ſimpliciſſimus, igitur, & vliſſimus, dum per Idæas hæc inferiora curat, diuina.n. mens ea, quæ Dei non ſunt, non appræhendit, nam & ſi angelicæ mentes, quæ ipſis viliora ſunt, non percipiunt, nec à vilium cognitione imperficiuntur, multò magis diuina illa mẽs altiſſima, & omnium mentium obiectum, & mẽſura: Sed nõ adhuc per difficiles ſunt illorum difficultates, quin diſſolui poſſint, immò leues ſunt hæ rationes, & coniecturæ potius, quàm demõſtrationes, vt ipſi ſibi perſuadent: potiuſq; ad Platonis verba diriguntur, quàm ad ſenſum: Philoſophia enim noſtra confitetur vtiq; Deum non indigere, operando, inſtrumento aliquo, & re extranea: Aſſerit deniq; in Deo eſſe Idæas idẽ, quod ipſe Deus cum ipſemet eſt Deus, quicquid.n. Deus intelligit, per modum vitæ intelligit, non autem cognitionis, non ſunt ergo Ideæ realiter ſeparatæ ab eo, vt Platoni imponitur: quoniam Plato non ita ponit Idæas puta re ſeiunctas ab ipſoDeo, ſed ita ſemotas, ideſt à materia ſeparatas, & à reb° corporeis, & materiatis, neq; ſunt in Deo, vt accidentia in ſubiecto, velut forma in alia forma, vel vt pars formæ ſeiũcta ab alijs partibus,

tibus,ſed ſunt ipſa eſſentia mentis,tāquàm (vt ita dicam) cauſa includens;Nec poſuit eas vt ſingularia,ſed vt vniuerſalia,nō enim aliquid ſequitur inconueniens, quod à ſummo omnium ente emanet aliquid,quod ſit aliquo modo idem,& nō idem, ſicut Sol vnus eſt in ſeipſo, multiplex autē in radijs ſuis, & calor ab eo procedens idem eſt cum ſole,& in ſuſcipiente nō idē, ſicut quoq; arbor vna eſt in ſe,multiplex in ramis,& eadem eſt cum fructu,ſed non idem cum ſapore,guſtu,& natura:hinc Ioannes Scotus ſubtiliſſimus Platonicus monuit, quòd obiectū vt eſt in cognoſcente,eſt idem cum ipſo,ſed in proprio eſſe eſt diuerſum, quare vt ſummatim dicamus, non vtitur ipſe Deus Idæis,vt inſtrumento,vt ipſi arbitrantur:ſed vt vi quadam ſeminaria impreſſiua formarum eſſentialium,'à qua relinquuntur ſimulachra in ſuſcipiente, ſicut à generāte naturali imprimitur forma ſpecifica,ab equo enim fit equus,& non ſimia,nequè bos,aut aſinus, eſt igitur illa ſeminaria virtus impreſſiua formarum:Hinc Aug. Alia inquit ratione conditus eſt homo, alia equus,vnde patet illorum error,vel inuidia potius: Ariſt. aduerſus Platonem aſſerentem Idæas poſuiſſe in aere ſubſtantia,nec ſingularia,ſed vniuerſalia,& vt vi ſeminaria:Nec valet illorum cauillatio,& illatio;In Deo igitur erit compoſitio aliqua, non enim diuina ſimplicitas ob idæarum multitudinem minus eſt ſimplex, cum per formam vnam, vnoq; intuitu omnes contueatur, neq; dicitur Idæa diuina eſſentia, prout ſimpliciter eſt eſſentia; ſed quantum huius, aut illius ſpeciei eſt exemplar,optimo igitur iure inferimus,Deum innumerabilia cognoſcere,cum virtus eius infinita ſit,& non ea tantū intelligere,quæ actu exiſtunt,verùm & ea,quæ præeſſe dicūtur. Propterea Deum oculum infinitum iure vocitamus. Valeant ergo aſſerentes Deum infinita non intelligere,quoniam non aſſerimus Deum innumerabilia intelligere gradatim, commēſurando ſcilicèt,ſed ſummatim intuendo,ſumma.n.vnitas eſt, igitur & omnium numerus, ex quibus omnibus ſequitur non vileſcere,dum hæc intelligit, vt ſibi falsò perſuadet Epicurus, & cum eo Barbarus Auerroes,non enim in ſeipſis,ſed in ſeipſo, non per earum imagines, ſed per ſuam eſſentiam intuetur, nec diſtrahitur circa plurima, ſed cuncta proſpicit tanquàm vnum,ob id Iouis oculus ab Orpheo Sacerdote noſtro iure(vt

diximus:)

diximus; appellitatur: Sed altiùs modò ſecretum huiuſmodi de Idæis non omnibus reuelandum, aperiamus, & illud videamus, quæ nam fuit neceſſitas, vt diuinus Plato rerum diuinarũ indagator has conſtituerit Idęas? Noſtri vniformes ſunt, ac duas præcipuè reddidere cauſas, ac primum propter ſcientias rerum ſenſibilium, Ideæ.n. rerum ſenſibilium exẽplaria ſunt, & ab omni materia ſecreta, etenim Heraclitus, quem ſectati ſunt Heraclei omninò vt fertur: ſcire negabant, nullumq; poſuerunt diſcrimen inter ſcibile, & intelligibile, ſed omnia ſenſibilia fore arbitrati ſunt, de quibus nulla poteſt haberi ſcientia propter labentem materiam, quam ab hac conſequentur, inſequitur occaſio propter rerum ſcilicèt generationẽ, quarũ ſcientia eſſe nequit, dum corruptioni ſubijciuntur, ad duo ergo Plato deuenit, ad ſcientiam ſcilicet, & ad generationem, vt ſunt res genitę ſecundum ſpeciem, quæ æternę fiunt, nã agẽtia, quæ nobis adſunt, ſubſtantiam apud nos ipſos, ac materiã ſolùm mouent, diſponunt, afficiunt, & præparant, non autem formas ſubſtantiæ foris aduenientes: Idæa igitur opus eſt, ait Plato, quæ in diſpoſita materia, & rerum, quæ oriũtur, formas gignunt, vt indiuiduum conſimile in ſpecie fiat, nullum enim ſingulare agens virtute ſua, & propria eſt ſufficiens ad generationem ſui ſimilis, propterea expedit quoq; ponere Idæam agentem vniuerſalem, cuius virtute ſingulare fiat, & ſimile gignat, quod clariùs Plato in Cratillo aperuit: Non eſt, inquit, ſpectãda ſcientia à nominibus, & eorum proprietatibus, quia fluunt, & quaſi marceſcunt, ſed ab Idæis eſt reſpicienda ſcientia, & ab eis quęrenda: Peripatetici verò Philoſophiam noſtrã negligentes has neceſſitates irrident, & confutant tanquã inutiles, & ſuperfluas, quoniam inquiũt, ex eorum quod quid eſt res quæq; ſint, ſciũtur.i. per eorum quiditates, & diffinitiones; tunc enim res rectè ſcitur, cum quiditatem eius ſcimus, & cauſam, propter quam res eſt, & quoniam illius eſt cauſa, & non contingit aliter ſe habere: Nos verò ita reſpondemus, quòd Ideæ ſunt veræ rerum cauſæ, quæ aliàs haberi nequeũt, & Ideæ veræ rerum ſenſibilium quidem ſunt, ſed pręter has duas, quas ex Platone aſſignauimus cauſas, alij ex doctioribus tertiam aſſignant cauſam, puta propter prouidentiam, ne dũ propter ſcientiam, & rerum generationem, Idæis enim Deus, vt aiunt,

regit,

regit, atq; gubernat, at prouidentia abſque rerum cognitione fieri nequit, propterea illis cognitis prouidet. Et ab Idæis vnũquodq; indiuiduum dirigitur, & gubernatur, ab his quoq; bona, & mala hominibus eueniunt, & non eſt apud nos, cui non præſit angelica poteſtas, tanta eſt etiã apud hos doctiores huius tertiæ cauſæ aſſignatio, vt inde aliud inferant homines ſcilicèt ad aliquid peragendum excitari, & interdum à rebus faciendis amoueri, interdum non conſulentibus nobis quidam occurrunt, quæcunq; cogitauimus horum propria Idæa cauſa eſt, deniq; à ſingularibus Idæis, eorũ rebus proficiendo reguntur. Verùm hanc, quam tertiam affert cauſam, Platonicã non fore arbitror, ſed Aſtronomicam, & alicuius Aſtronomi inuẽtionem, à Mercurio ſibi inſitam inuẽtionum patre, & hac fortaſſe occaſione id aſſerunt per Idęas Platonis, perſuadentes ſibi Platonem intellexiſſe ſtellarum virtutes, ſiue rationes ſeminarias, quibus Cęlum agit in iſtis inferioribus, nam cum Deus agens ſit perfectiſſimum, ita vniuerſum conficere debet, vt nihil boni ſibi deeſſet, hinc imagines in Stellifero Cęlo collocãt, quibus Cęlum ſimilia perficit, Scorpionem Scorpios educere, Arietem Arietes, Taurũm Tauros edere par eſt, hinc Hermes cęleſtium ſcrutator nullam eſſe dixit harenarum granũ in mari, quin proprium obtineret Sydus ſuſcitans ad incrementum ſui: hinc quoq; ſectatores Lucianiſtas in Chriſtũ blaſphæmias conſpuiſſe puto, cum Dæmone Religionis noſtræ aduerſario, aſſerentes Chriſtum ab eius ſtella depẽdere, & eius quoq; Religionem vndiq; prædicatã, illud afferentes Matth. cap. 2. *Vidimus Stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum;* O impiorũ hominum inſaniam, & blaſphæmiam: Sed ſuſtinete quæſo Pij Lectores, hęc enim ſuo loco declarabuntur, & aperientur cap. proprio de Relig. cui Sacerdotia Philoſophia noſtra ſtudet, quia qui Religioni incumbit, Deo placere videtur: Nos, quæ de Idæis dicenda ſunt, ſequamur, & finem huic xiij. capiti imponamus.

Simplicius Semiplatonicus, & quaſi medius inter Magiſtrũ, & diſcipulum, vt 2. Phyſ. 18. legimus: longa oratione de Idæis ſcrutatus eſt, & illas in mente diuina eſſe nullatenus dubitat, vt exemplaria rerum ſenſibiliũ, & materialiũ, quas etiã vocat notiones: Verùm inquit, materiam non referunt, ſed tantùm

formã, ratio eſt,quia omne, quod fit,aut eſt, & nõ niſi à forma fit,aut non eſt;at per materiam potius res non eſt:quare ſolius formæ,& non materiæ eſt Idæa: Idæa igitur eſt ſpecies,& ſimilitudo formæ naturalis,& ob hanc cauſam inquit Simplicibus Plato compoſiti Idæam reliquit; quoniam cum compoſitum aliud non ſit,quàm ſuæ partes ſi ſtatuiſſet Idæam,cõpoſiti igitur,& materiei Idæam ſtatuiſſet: propterea ſubdit potius debemus dicere formã,& non Idæam,eſt enim forma cauſa,propter quam res eſt,at cum Idæa cauſa ſit,ideo debet dici forma, & non Idæa iure igitur ſequitur,quod huiuſmodi formæ, quæ ſunt hic,ſunt formæ participantes,quia participant de illis formis,quæ in mente diuina ſunt: Sequitur quoque vt eodem nomine debeat vocari Idæa,& Idæatum: Idæa forma,& Idęatum forma, nam ſi Ariſt. eodem nomine vocat hominem pictũ, & hominem viuum, & verum, cur apud Platonem eodem nomine nõn poterimus Idæam formam,& ideatum etiam vocitare? diffinitione tamen diſtinctis,quoniam eſt alia ratio, & diffinitio ipſa vt eſt in materia, & alia vt habet eſſe in Opifice: Probat deinde Simplicius iure Platonem poſuiſſe formas has exẽplares,ne proceſſus ſcilicèt fieret infinitus,& in infinitum progrederetur; Omne,quod gignitur,cum à ſuo conſimili in ſpecie fiat,ſed ſi hæc fit,igitur hæc quoq; ab alia fit cauſa,in infinitum igitur eſſet progreſſus,vt ergo Plato ſtatũ poneret in cauſis agentibus,vt cauſæ generantes tantum ſint,& non genitæ, Idæas veneratus eſt,probat etiam Simplicius hac ratione, quia omnis vita producit primum ſemen ſuum proprium, vt inductione patet, planetæ prius ſemina producunt tanquam conſeruantia eorum vitam,ſimiliter, & animalia, igitur talis vita multò magis conueniet vitæ perfectiſſimæ, quæ eſt ipſe Deus, verum erit igitur Deum producere vitam,& ſemina vitæ,tunc peto à vobis,quæ nam ſunt iſta vitæ ſemina,niſi Ideæ? & Idæarum cumulus? formæ illæ exemplares,& notiones? Seminaria igitur illa Dei virtute Deus cuncta producit, non tamẽ vt inſtrumenta,vt ſibi falsò perſuadet violata Philoſophorũ Peripateticorum Secta Ioannes Grammaticus 2 Phyſ. etiam partim conſentit Simplicio,& partim ab eo diſſentit,aſſentit quidem,quoniam cum Deus primum agens ſit,& per cognitionẽ operetur,omnia cognoſcit,quorum eſt effector,at quia cogni-

tio per ſimilitudinem fit, igitur rerũ, quas ſiunt, in Deo ratio-
nes ſunt: Diſſentit deinde, quoniam nondum formarũ retinet
Idæas. Verùm etiam, & compoſitorum, & ſingularium, & ma-
teriei, nam ea, quę gignuntur, ſingularia ſunt, ſed de omnibus,
quæ gignuntur, Idæa eſt igitur, & compoſitorum quoq́; Deus
enim omnia perfectè cognouit, ergo, & cópoſita ex materia,
& forma, quæ ſunt, agnouit: interim lætamur nos de eorũ ſen-
tentia, cum primum locum obtinent inter Peripateticos, au-
get quoq́; gaudium noſtrum, dum aſſerunt Ariſtotilẽ de Idęis
contra plebeos, & vulgares homines diſputaſſe, non autẽ con-
tra rei veritatem, ita ait Simplicis com. illo 18. 2. Phyſ. ego ve-
rò cum doctioribus arbitror Ariſtotelẽ Idæas re vera nõ irri-
ſiſſe, ſed eas per ſe exiſtere in aere, negaſſe aduerſus Plebeos
Philoſophos: Verùm de hoc inferiùs dicemus: Nos etiam cum
ſimplicio, & Ioã. Gram. ac ſectatoribus hoc quoq́; vt opinor:
valido argumento Idæas ita probamus, ſi in artificis mẽte re-
rum omnium, quæ ſiunt, præſunt imagines, ergo, & multó ma-
gis in Deo rerum omnium Summo Opifice, hoc noſtrũ argu-
mentum validum putamus, quoniam cognatum eſt illi, quod
ab Ariſt. 2. Phyſ. conſarcinatur, & arti naturam æquiparat: Cũ
admodum, inquit, ars dicitur ad id, quod eſt ex arte, & ad id,
quod eſt artificiale, ita natura ad id, quod eſt ſecundũ naturã,
& ad id, quod eſt naturale: igitur ſicut ars quicquid facit, per
artem rationibus aſſimilat, ita etiam natura faciet, ex quibus
omnibus liquidò conſtat, quòd accidentiam non eſt Idęa, qm̃
Ideæ idcircò inſtitutę ſunt, vt producendis rationibus exiſtãt,
at quoniam accidentia à conſimilibus accidentibus, quę apud
nos ſunt, gigni nequeunt, ergo accidentium non ſunt neceſſa-
riæ Ideæ, niſi dicamus, vt ad ſubſtantiam referantur, idemq́ue
de artificialibus dicimus, nam cum ars imitatur naturã, ac de
rebus naturalibus Ideæ ſint igitur, & conſecutiuè de artificia-
libus, nanq́; rationes, & Ideæ nõ ſolum vt producẽdi rationes,
ſed vt cognoſcendi ſtatuũtur, at cum Deus ne dum ſubſtantiã
cognoſcit, verum & accidentia etiam per modum vitę tamen,
ſed impropriè cognoſci dicuntur, non ratione, quà in ſubſtan-
tia ſunt, propterea Idæas tanta celebritate veneramur nõ ſo-
lum in Deo, & mente illa diuiniſſima, verùm & in Angelica, &
humana, in Deo tamen ſubſtantiæ ſunt, & mentes dicuntur nõ

participatæ ſed ab ipſo ſolo, ſolaq; ratione ſciuntur, in Angelicis verò,& mentibus noſtris non ſubſtantia penitus,ſed quid ſuperadditum,ideſt participatæ mẽtes,ſolus.n. Deus eſt ſumma vnitas,cæteræ verò mẽtes,aut vnitates, & numeri dici debent,quod annotauit Plotinus En.6. lib.2. mens inquit illa.ſ. eminentiſſima in mentibus ipſum bonum nõ omninò influxit, ſicut ibi erant ſcilicet in ea boni forma, ſed velut ipſa mẽs accipit,quod idem eſſet,ſi diceret(Peripateticè loquẽdo)res ita ſe habet ad recipere,ſicut ſe habet ad eſſe. Verùm Angelus perfectiori modo per Idæas ſibi concreatas intelligit, quàm humana mens,quia ſuperior,& medicina vt dicunt natura inter diuinam,& humanam,quę eſt mentium infima:Optimò igitur iure,Deum artificem vocant Theologi,& mundi Opificem.

Summatim rurſus quæ de Idæis diximus,repetamus, & diſtinctiori quodam ordine aperiamus, vt Idæarum veritas magis eluceſcat. Cap. 14

TAnta eſt Idæarum difficultas, & ardua quidẽ diſputatio, vt ordine quodam diſtinctiori, & clariori illam aperire decreuimus,ac primùm regulam Ariſt. in Analiticis obſeruabimus,& primo an Ideæ ſint,& ſi ſunt,quid nam ſunt? & quicquid ſunt,quorum inde ſunt,& non ſunt?deniq; ſi Ariſt.& Plato conciliari poſſunt in hac diſputatione. Quo igitur ad quæſitũ illud,an Ideæ ſint,reſpon. ab initiò fuiſſe Idæas, & ab omnibus conceſſas nulli dubiũ eſt etiam ante Platonẽ, propterea quòd in Sophiſta Idæarum inuentum non ſuum, ſed virorũ illuſtrium affirmat,qui ſapientia, ac pietate floruere; Si igitur ſcriptoribus fide dignis credimus, ab Epicharmo Pythagoræ diſcipulo Platonẽ Idæas accepiſſe inueniemus,ſunt qui dicunt à Philolao,alij ab Orpheo, à Mercurio alij,qui in Pimandro, & Aſclepio Idæas maniſeſtiſſimè deſignauit, & mundum illũ Sphæricum ab Empedocle celebratum nil aliud putandũ, niſi mundum Idęalem:Ab initio igitur Ideę fuerunt,& cum ſapiẽtiſſimis hominibus ortæ ſunt,quod D. Auguſ.de Ciuit.diuina cap.28.lib.7.ex Marci Varronis ſententia approbat atq; affirmat,ſunt etiam qui autument Ariſt.quoq; Idæas in mente di-

uina

uina non negaſſe, ſed tantùm contra Plebeos Philoſophos diſputaſſe,ſed nos vltimo loco huiuſce capitis, an hoc ſit cõſonum,aperiemus,Sed ſi ſunt,quid ſunt? Non monſtra,vt ibi falsò perſuadēt aduerſarij, ſed exemplaria rerum faciendarum, meta ſcilicèt,& omnium menſura,& ita iure deſcribitur,Idæa eſt exemplar æternum rerum natura producibilium in diuina mente collocatum,per quod cuncta à primo Opifice producũtur,ad extra prodeunt:meritò dicitur exemplar, quia tunc ad mundum hunc ſenſibilem referunt,ſi verò ad mundum intelligibilem refertur, eſſentia dici debet, & non exemplar, ſicuti ſi cum ad diuinam mentem referatur, dicitur intelligibile iure dicitur quoq; æternum, vt à cæteris artificum exēplaribus ſecernatur,quæ impropriè,& ſimilitudine quadam dicũtur exēpla,& Ideæ; æternum etiam dicitur,quia illud, quod verũ eſt, æternum dici debet,additur tertio in diuina mente, quia propriè,& primò menti non participatæ competũt, & cęteris mētibus,quas vocamus participatas, quibus ſecundariò ideę cõueniunt, & non primariò hinc doctiores, & ſubtiliores noſtri Muſarum Sacerdotes, Opificem in primo quodãmodo ſigno conſiderant, & vocant eſſentiam per ſe actualiter exiſtentem nòn in ſecundo ſigno, vt volente, & cuncta intelligente,& dicitur idem omnium,abs quo ideæ cõſurgunt:Tertiò quæritur propter quid Ideæ ponuntur?Reſpondent Platonici, propter ſcientiam, cum de rebus permanentibus dumtaxat ſit ſciētia, & ſole Ideæ perpetuò permanent, & vt D.Aug. Idæarũ protector aſſerit lib.8.quęſt.46.Veritates ſunt incomutabiles,quod accepiſſe à Platone in Thag.arbitramur,ſciētia,inquit,eſt eorum,quæ ſemper ſunt eadem: hinc Mayronus ſubtiliſſimus, & illuminatus verè Doctor colligit,ꝙ ad Idæas reduci debet omnis incommutabilis veritas,propterea inquit venerãdas,quia in Deo formaliter ſunt,quibus fruēdum eſt, quoniam obiecto beatifico oportet frui,& participatione Idæarum beati efficimur,quod quidem à Platone ſumpſiſſe opinor,Dial.6. de leg. inſitum eſt,(ait ille,) in nobis principiũ vt numen adorandum ſed quid Plato ibi per numen intelligit,niſi Idæas? & hoc loco Mayroni conſoni intelligere debemus, non autem familiarē illum Dæmonem bonum,(vt quidam voluerunt:) quem quoq; vocant Genium,Poetæ verò Lucinam; Ponuntur ſecũdò pro-

pter

pter generationem, vt res genitæ ſcilicèt æternæ fiant, ſecundum ſpeciem, & indiuiduum inde conſimile in ſpecie fiat, ponútur quoq; tertio propter prouidentiam, quæ eſt diſtinctarum rerum gubernatio, ponútur quarto ſemina rerum, vnde ſeminariæ dicuntur virtutes, quæ omnia Ariſt. negat, & cū eo Laicorum turba à mente diuina omnem diſtinctam producendi rationem remouentium Deum, aſſerentium cauſam ſolū vniuerſalem, communemq; vniuersè ad omnia concurrentem, ac per Cęli motum omnem fauere generationem. quod verò hic qui generatur animal, vel homo, vel Leo nō ex diſtincta diuinæ mentis Idæa prouenire cenſet, ſed ſolùm ex eò, quia hic ꝓximè fit ab homine, ille à Leone adeò vt primum, & proprium principium generationis Leonis eſt corporeus Leo; & nō idē alijs Leo: Quæritur quarto quorum ſunt Ideæ? reſp. non omnium eſſe Idæas ſed tantùm ſubſtantiarum, neq; omnium ſubſtantiarum, ſed ſenſibilium ſolùm, neq; omnium, ſed formę, nā vt diximus: materiei non eſt Idæa, quia pars quiditatis, & eſſentiæ non eſt, neq; compoſiti, cum tota quiditas ſit à forma, non etiam cōpoſiti, quia in eo materia clauditur, igitur ſolius formæ, verum formæ in triplici ſunt diſcrimine generum. ſ. indiuiduorum, & ſpecierum, ſolius ſpeciei eſt Idæa, & ſpecificæ formæ, non generum, quoniam genera ſunt entia incōpleta, & carent poſtrema illa perfectione, at Idęa eſt quid perfectum, & completum: Indiuiduorum quoq; non ſunt Ideæ, vt Plato x. de Rep. doctiſſimè monuit, verùm circa id, quod dicimus de indiuiduis eſt ardua difficultas, an de ipſis ſit Idæa? quia x. de Rep. abundè Plato demonſtrauit, vnius ſpeciei vnicā eſſe Idęā, ac deinde admonet, innumerabilia Deum cognoſcere, igitur, & indiuidua, igitur, & indiuiduorum quoq; erunt Ideæ, & nedum ſpecierum, duas huic tradimus dubitationi reſpōſiones, prima abſolutè Theologica erit, ſecunda religione ſeu Platonica, Platonici enim reſpondebunt, ꝙ indiuiduorū erūt vtiq; Ideæ, ſed virtualiter, & incluſiuè in ſpeciebus ſuis ſcilicet, ſed Theologi, & eminenter, & præcisè; tamen ſummatim licèt nō gradatim; Deus. n. omnia cognoſcit, nō ergo agnouiſſet, ſi omnia non ſibi curæ eſſent, ſed nunquàm intelligibilium ſubſtantiarum non erunt quoq; Ideę, & non ſenſibilium ſolùm; & ſi lis, & controuerſia eſt de hac re inter Platonicos, conſentio tamē

aſſe-

aſſerentibus de ſubſtantijs, ac mẽtibus participatis eſſe adhuc Idæas, ſed de mente illa diuina, & non participata durus eſſet ſermo aſſerere Dei ipſammet eſſe Idæam, cum ſit idearum caput, niſi dicamus ſecundum ſimilitudinem quãdam, & impropriè quatenus eſt omnium mentium exemplar, ſed quorũ non ſunt Ideæ meritò quærunt? Reſpondent primo artifici al unu non ſunt Ideæ propriè, niſi aliquo modo, & hoc pacto diluitur Platonis contradictio apparens, qui dec. de Rep. artificum videtur ponere Idæas, cum exemplo lecti aſſerat, Deum vnicum conſtituiſſe lectum, quoniam artificialia ad naturalia referuntur, ars enim imitatrix eſt naturæ, propterea dentur ideæ, quæ natura conſtant; dantur igitur ideæ in virtute arte conſtantes: Idem aſſeritur, & de accidentibus, quorum non eſt propriè Idæa, ſed quatenus ſunt in ſubſtantia, ergo ad Idæas ſubſtantiæ reducuntur, puta cui conueniunt, & à qua pẽdeat, vt caliditas ad Ideam ignis, ſecundę etiam qualitates exprimis conſurgunt: placuit etiam nobis illud profectò obſeruatione dignum, quod Plato in Phed. monuit de Idæis accidentium, quorum quædam ſunt præcipuè, quæ hominem perficiũt, nec ex hominis generatione conſurgunt, atq; de ijs dari Idæas, vt Sapientiæ, Iuſtitiæ, Temperantiæ, & ſimilium: animas inquit, ſurſum ductas iuſtitiam ipſam conſpicere, atq; temperãtiam, & ſcientiam, quorum Ideæ in diuina mẽte accidentia nõ ſunt: dicamus ergo reſolutè, quòd accidentium ſunt ideæ quatenus rediguntur ad idæas ſubſtantiæ, cui conueniunt, & abs quo pẽdent, & ab eo, cuius ſunt proprietates, vt riſibilitas ad idęam hominis, quę eſt accidẽs proprium; & propterea gratis criminatur ab Ariſt. Plato 1. Metha. 29 ꝙ accidentium nõ poſuerit Idęas, idem aſſerendum putauimus de rationibus, quarum lis eſt inter doctiores, an ſint quoq; ideę, puta an dẽtur idę ęqualitatis, & ſimilitudinis, quæ accidentia ſunt; reſpondent quòd ſunt vtiq; ideę, vt rediguntur ad eorum abſoluta; quibus innituntur, & poſita ſunt: ſed difficultas eſt de formis Mathematicis, an ipſarũ dẽtur ideæ: Simplicius in 3. de anima voluit Mathematicarum dari idęas, indicatq; veſtigia, & earum imagines in animæ eſſentia eſſe inſertas, nam oſtendens lineã in puluere, non de ea, inquit, oſtenſiones format ſed de illa, quæ in animæ eſſentia eſt inſerta, addamus hoc vnum, ſi ideæ propter

ſcien-

ſcientiam à Platone ſtatuuntur, igitur ſi Mathematicarum rerum ſciētia, ſic & ideę, Simplicio refragatur Proclus inter Platonicos in primum Euclidis, iure inquit rerum Mathematicarum dari idęas dicimus, niſi enim daretur idea recti, idęa circuli, idęa lineę, hęc nullibi inueniretur, & ita euaneſceret ſciētię Mathematicę cum in materia, nec rectum ſine obliquitate, nec circulus exactè rotūdus, nec linea ſine latitudine inuenietur. Videatis vos Simplicium 3. de anima com. xj. & 36. nos hoc loco potius ſilere adiudicauimus, cum res ſatis dubia, & à nemine cumulatè fuit explicata: Difficultas quoque eſt non parua cū enim Plato admonuiſſet x. de Rep. vnius ſcilicèt ſpeciei vnicam eſſe idęam, at formę in ſpecie conſideratę duplices ſunt vel ex putri materia genitę, vt vermes, & id genus reliqua vel non ex putri, ſed ex ſemine, quęritur vtrum genitis ex putri detur idęa? Reſpondent nōnulli, quòd propriè, & verè primò, & per ſe, quę ex putri fiunt, non eſt idęa, nec illis idęa conuenit, niſi dicamus ſecundum quandam conſecutionē, & modo quodam ex euentu: gratis igitur Plato ab Auer. quoq; incuſatur in 12. Meta. 18. quoniam genitorum ex putri Plato nō poſuit idęas: ſi verò de viuentibus loquimur, quę ex ſemine fiūt, adhuc ſunt in duplici differentia, vel fiunt à ſimili, vt homo ab homine, equus ab equo, Leo à Leone, horumq; eſt idęa ꝓpria, quia ſecundum intentionem agentis pręcipuè facta ſint, Lupus enim Lupum generare intendit: Vel oriuntur ex nexu, & coniunctione animalium diuerſę ſpeciei, vt mulus, & Lyciſca; horum minimè ſunt ideę, cum ex pręcipua agentis intētione non fiant, idem dicendum arbitror dę plantis, quę inſeruntur de partibus quoq; non eſſe idęas dicimus, quia in idęa totius indiuiduę continentur: Demúm neq; mali, neq; priuationum, neq; ſecundarum intentionum eſt idęa, quia idęa eſt forma, & verè forma, at malum, priuationes, ſecundę intentiones ſunt non entia, quòd ſi quid veri, & firmi includunt, ex primis habent: Ad quęſitum verò illud quartum, an Platonem cū Ariſt. conciliare poſſumus? difficile videtur; licèt doctiſſimi viri celebreſq; etiam ętate noſtra aſſerant non diſſentire niſi in verbis, & Ariſtotelem ſolum contra Plebeorum ſententiā diſputaſſe, non autem contra Platonē, ſed durus eſt hic ſermo, quia & ex eius diſputatione, quàm accuratiùs contra Platonem at-

tulit,ponendi modum idæarum deſtruere conatur, & inutiles eſſe putauit,& ſeorſum à mente ſubſiſtentes, nec eas in altiſſima mente locatas exiſtimauit, ob id nullo pacto ponendi nec propter ſcientiam,nec propter generationem, vel reminiſcẽtiam,prouidentiam,aut aliud ponẽdæ ſunt apud Ariſt. Philoſophia autem noſtra veritati conſona Platoni, & Theologis priuſquàm mundi ſapientibus idæas veneratur,& illud profectò vos, qui montem, & templum Muſarum conſcendere petitis,quod Gen.legimus,hic eſt,inquit, liber generationis Cęli,& terræ quando creata ſunt die, quo fecit Deus Cęlũ, & terram,& omne virgultum agri antequam oriretur in terra,omneq; herbam agri priuſquàm germinaret,ponderemus,obſeruemuſq; legiſlatoris Moyſæ verba,hic eſt,inquit,liber generationis, non generationum dixit, quia vnica fuit totius mundi genitura,veluti ſcriptum eſt, qui viuit in æternũ, creauit omnia ſimul,non igitur dies naturales, vel artificiales, ſed vnico actu ob id aſſerit,in die,in qua,non dixit,in diebus, vel in quibus:ponderemus ſecundò ly virgultum omne agri, & illud germina terræ,& ſic idæas liquidò habebimus,quæ omnia Philon Hębręus cõfirmauit,& Lucidius aperuit his verbis;fecit Deus hominem ad imaginem ſuam, nõ enim ait, fecit hominẽ imaginem,ſed ad imaginem ſuam, quia primo eſt Deus, ſecundo hominis idęa tanquàm imago Dei,itáq; ly imaginem,refertur ad idæam hominis dicit Philon.

Contemnit quoq; Laicus Philoſophus Mundum Angelicum, & illum ignitum mundum libertatis, multiplicatum, & millenarium. Cap. XV.

TAnta eſt mundi illius Angelici præſtantia, atq; dignitas, vt ne dũ Philoſophia noſtra religioſa, verùm,& Theologi omnes mundum vocitant miniſtrantium,mundum libertatis, mundum dominij, mundum pulchritudinis, pacis, & quietis, appellant deniq; mundum IGNITVM, ET MILLENARIVM, & iure ignitum cum Paolo aſſerente, qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam vrentem, & ignientem, & meritò etiam hoc cognomine mundus ille gau-

det, primò propter ignis ſubſtantiam, ſecundò propter ignis eminentiam, tertiò propter ignis potentiam, quartò propter ignis refulgentiam, eſt enim primò ignis ſubſtantia ſubſtantiarum omniũ ſubtiliſſima, quæ de Angelis tria apprimè oſtẽdit, & primò immaterialitatem, in Angelis enim minimum eſt de materia, de forma verò plurimùm: Nihil autem ait P. Dionyſius, apparet in Angelis de materia, plurimùm verò de forma, & ob id Angelus eſt vita indeficiens, totiuſq; expers corruptionis: paucitas autem de materia eſt potentia illa, cum non ſint puri actus, vt ſuperius dicebamus: meritò verò Theologi aſſerunt Angelum eſſe conflatum ex eo, quod eſt, & ex eo, quod non eſt, Rurſus & ſi ignis corporeus eſt, videtur tamẽ quaſi incorporeus propter eius nimiam ſubſtantię ſubtilitatem, ita vt ſi alteri corpori puta ferro, vel lapidi addatur, non propterea ferrum illud, vel lapis ille ignitus, aut ignitum apparebit, nec alium occupare locum præter corpus illud ignitum: eſt quoq; ignis adeo tenuis, & ſubtilis, vt non poſſit propter eius ſubtilitatem adeò nimiam claudi, neque teneri in penetrando, ait Dionyſius cap. xv. Cœl. Hierar. Quæ omnia Angelis cõueniũt, non enim corpora augent, queq; ſint, ſi penetrent, vel ingrediantur, adeò immateriales intelliguntur, iure ergo ſpiritus vocitantur Dei miniſtri, & flãmæ vrentes, ſpiritus eſt Deus, ignis quoq; conſumens, hoc eſt fouens, conſumens quidẽ delicta, & peccatorum iniquitates, fouens bonum, & ob id tales eligit ſibi miniſtros, ſubſtantia eſt igitur incorporea, propterea non poteſt Angelus dici corpus, nec alicuius corporis forma, aſſumunt tamen ad tempus corpora, vt ſacra eloquia referunt hominibus apparentia, vt Aug. etiam de Ciuit. diui. cap. xv. teſtatur; aſſumptis .n. inquit, corporibus apparuerunt Angeli Abrahæ, quæ non ſunt eis naturali vnita, etiam ſi in quacunq; appareant figura, ſed formant illa ſibi, cum placuerint ex aere: Nec corpora aſſumunt propter ſe, ſed propter nos, vt familiariter nobiſcum agendo, ceu cõuerſando, intelligibilem hominibus oſtendant ſocietatem, quã homines expectant cum ijs habẽdam, & inde illa appetant in Ciuitate diuina ceu futura vita, verùm illud ignorare non licet, quòd ſi Angelos corpora quãdoq; in lege veteri aſſumpſiſſe legimus, quodam fuiſſe figuralis: verbum æternum, carnem ſcilicet aſſumpturũ: Omnes Angelorum

gelorum apparitiones in hominum formas ad verbi incarnationem referebantur, filium Dei humanam carnem veſtiturũ: Subtiliores autem Theologi aliam nobis oſtendunt rationẽ, quare ſcilicèt Angeli quandoq; nobis ſenſibiliter apparent, vt eorum apparitione ſimiliter rerum intelligibilium proprietates ſub ſimilitudine rerum ſenſibilium deſcribantur: Corpora ergo, quæ ab Angelis quandoq; diuina virtute aſſumuntur ad repræſentandum, et Angelorum, & intelligibilium omnium proprietates: Quod etiam D. Dionyſius confirmat, oſtẽdit poſtremò ipſorum Angelorum ſubtilitatem, ignis ſubtilitas, ceu inuiſibilitas, eſt enim ignis quodãmodo incontemplabilis oculis noſtris ait Dionyſius, tanta eſt eius ſubſtantiæ ſubtilitas, vt non niſi in materia ſpiſſa videri poteſt, & non immeritò, quoniam cum Angeli ſint incorporei, idcircò inuiſibiles etiam, ſi nobis viſibiles appareant. Illud quoq; eſt hoc loco adnotandũ Theologos meritò Angelos flammas vrentes, & ignitas ſubſtantias appellitare, quoniã ſicut ignis in concauo Orbis Lunæ poſito, & locato virtute ſolis ad nos deſcendit ad mixtionem ſcilicèt corporum, ita Angeli virtute ſolis intelligibilis ad nos deſcendunt, vt ſint noſtræ ſalutis miniſtratores, & flãmæ vrentes, vt etiam D. Paulus affirmat ad Hæbreos cap. 1. *Omnes enim inquit, in miniſterium miſſi ſunt* propter eos, qui hęreditatem capiunt ſalutis, hanc Pauli ſententiam ita Dionyſius aperit, & ſi omnes ait, Paulus dicat, tamen non omnes ſimpliciter, & omninò, de tribus enim omne quoq; dicimus ex Ariſt. 1. de Cęl. cap. 1. Sed omnes, ideſt de Choro virtutum, vel Angelorum, vel Archangelorum, ij verò, qui de ſuperiori ſunt ordine, puta Throni Dominationes, Cherubini, atque Seraphini nunquàm ad miniſterium hominum mittuntur, quia aſſiſtunt ſemper, & ſi quandoq; Dominationes mittuntur, non tamen miniſtrant, vt cęteri, ſed imperant, & mãdant veluti Architectores in ædificijs, qui non ædificant, ſed iubent, & ſupereminent, cęteris præcipientes quid ſint facturi, neq; propterea q̃a cæteri, qui mittuntur, & à ſede, & à loco ſibi proprio empireo exeunt, & ad hoc deſcẽdunt, eorum dignitati derogatur, quoniam ſicut Reges quandoq; à ſuis ſedibus recedunt, non ideò ſuis derogant dignitatibus, ſimiliter, & de Angelis aſſerimus, licèt aliquando actu non ſint in Cęlo illo eminentiſſimo, ſed

miniſterium propter eos, qui hæreditatem capturi ſunt, exercent, eorum tamen puritati, & internę intelligentiæ, ſeu meditationi aliquid impedit, aut derogat, quia duarum operationum, quibus funguntur, vna eſt alterius regula ait Dionyſius, & vna aliam non impedit, ſed potius coadiuuat: Si enim Angelorum ſedem, & locum ita eminentiſſimum conſiderabimus, verè locus igneus eſt, illud enim eſt nobis in Philoſophia verſantibus notiſſimum, ignem ſcilicèt à nemine lædi poſſe, dum in plaga eius, & ſede propria reſidet, neq; à turpiſſimis, atquę noxijs paſſionibus peſſundari, ſicuti cętera elemēta aqua, aer, terra, quæ frequenter à ſordibus, pollutionibus, & munditijs fœdantur plurimis, & polluntur, hinc prouerbium illud; *Solus* ignis inter elementa non eſt pedeſtris, quia nullã recipit ignominiam, aut ignominioſum aliquid, cum in ſublimi reſideat; Terra enim à bobus, & cæteris immundis beſtijs ſuppeditatur, & calcatur, ita vt exemplum ſit patientiæ, & humilitatis apud Rhetores aqua etiam omnium pollutionum ſordicium eſt munditia, & lauacrum: Aer infectionum, & corruptionum; ſolus ignis ijs non ſubijcitur noxijs. Similiter & Angeli aliquam recipere non valēt ſordiciem, cum ſint im materiales, hinc Theologi, & ſacra eloquia de Chriſto illud prædicāt: Minui iſti eum paulominus, quoniam humanis paſſionibus ſubijciebatur, Angeli verò minimè: Rurſus, à Theologis etiam non recedentes, Philoſophia.n. noſtra religioſa eſt, Chriſtum ignē prædicant in terram miſſum à patre, voluit tamē præter naturæ ignis curſum ab omnibus peſſundari, à Iudæis conculcari, & nocte illa pijſſima ſuæ immolationis ita clamabat: Miſerere me *Deus, quia conculcauit me homo*, deſcendere etiam voluit à ſede ſibi propria ſphæra illa intelligibili, & cum eſſet purè actiuus ignis, factus eſt paſſiuus ſub Pontio Pilato, ſed obiter hæc diximus, cum ad delectationem ſcribebamus.

Oſtendit iterum ignis Angelorum ſubtilitatem hoc eſt intellectualem illam eorũ notitiã ait Dionyſius, reperitur enim ignis quandoq; extra eius plagam, ceu ſphæram, ad quam ſuapte natura redire conatur, vt exemplo candelæ accenſæ videri clarisſimè poteſt, ita vt ſi quis accenſam cãdelam deorſum inclinabit, reflectatur ſurſum, oportet, vt ſua ipſius expoſcit natura; ita & Angelicæ mentes ſuaptè ſurſum natura efferuntur,

acci-

accipiendo tamen motum nõ ſecundum eſt actus imperfecti, hoc eſt actu exiſtentis, intelligendo enim mouetur, & quæcũq; intelligunt, ad Deum referunt omnium cẽtrum vt ſupra dicebamus: & vt abundè D. Aug. in Gen. & de Ciui. diui. meminit: diſtribuens primum Angelorum cognitionem in matutinam, & Veſpertinam, in matutinã quatenus res in verbo agnoſcũt iuxtà eorum ideale, ſeu primordialem principalẽ, qua cognitione ſurſum aſcendunt, qui verè motus eſt, licèt animarũs actus perfecti, veluti ipſæ animæ ſunt, & æternę mentes, quibus alia motionis ſpecies non congruit, puta corporea: Cognitione quoq; veſpertina aſcendunt, prout res agnoſcunt iuxtà eorum naturas proprias quatenus à verbo per creationem effluxerunt, & vt Platonici omnes aſſerunt; ex mente, hac etiã cognitione omnia ad Deum referre debent, nõ enim illis cognitis in eis permanent, aut mentem effingunt, ſed omnia ad Dei laudem referunt: poſtremò ſi laicis Philoſophis etiam credẽdum eſt, ignis in concauo orbis Lunæ poſitus circulo fertur, & non ſurſum, vt eius natura expoſcit, quæ cũ ſit ſimpliciter Leuis, ſurſum ferri debet, orbiculariter tamẽ fertur, nec propterea violenter voluitur, vt ſuo loco abundè dicemus: cũ de mũdo corporeo inquiremus, & ſempiterno, ita & Angelus ad peragenda Dei myſteria ad nutum, quem vocant etiam motionẽ diuinæ voluntatis feruntur, vt ſacræ litteræ teſtantur: dicẽtes, Benedicite omnes Angeli, eius, Miniſtri eius, qui facitis volũtatem verbi eius: à Dei ergo eſt prouidentia, vt ſint ita ſemper mouentes, & ſempiterna latione mouere debeant, vt octauo de Phyſico auditu Laicus Philoſophus admonet: ſemper igitur moti ſunt, quia cum ſint Dei Miniſtri, & flãmæ ignitæ, quæ à diuina voluntate imperantur, exequuntur; Tertiò, & præcipuè ignis potentia, Angelorum potentiã, & vim apprimè oſtẽdit, quoniam vt Dionyſius aſſerit, ſolus ignis eſt inter omnia elementa incommenſurabilis, nec ad vnum veluti cætera, terminatur, ſed ad infinitum, cum ſit vnum de inſatiabilibus ait Eccleſiaſtes, & nunquam dicit, ſufficit, appoſito illi combuſtibile ad omnia etiam genita, & generabilia ſe habet, & non ad vnum, coarctatur effectum, quæ omnia Angelorum vim, & potentiam oſtendunt, licèt enim finitæ ſint eſſentiæ, & limitatæ virtutis reſpectu, tamen inferiorum eorum natura nõ videtur

limi-

limitata,ſeu coarctata, ſed quodammodo, infinita, & incōmēſurabilis,in quantum ſcilicèt non eſt virtus Angelica terminata ad vnum præciſè effectum, ita vt non poſſit circa aliū operari,quod approbat P. Aug.lib.93.quæſt.V naq; inquit, res viſibilis in hoc mundo ſenſibili Angelicam habet poteſtatē ſibi præpoſitam,quia tamē Angeli virtus eſt ſimpliciter finita,atq; terminata,opus eſt,vt dum applicatur ad vnum,tunc ad aliud non applicetur inde fit,vt dicere Angelum eſſe in loco non eſt diſſonum per applicationem ſcilicèt virtutis, non autē in pluribus locis ſimul, ſed tantùm in vno determinatè, demùm vt in compendio hoc tertium adnotandum de Angelica virtute perſtringamus,in palpabilis, & in comprahenſibilis eſt ignis, ideſt, qui tactu cōprēdi non poteſt propter eius vehementē calorem excedentem ſenſum,ſimiliter,& Angelus in tangibilis,quia nec palpari,neq; tangi poteſt:in alterabilis eſt quodāmodo etiam ignis hoc pacto,nā nequit infrigidari, ſicut aqua calefieri,quod negliget fortaſſis Laicus,qui elementa intēdit, atq; remittit,ita & Angelus ait Dionyſius, tranſmutationem de bonitate in malitiam tranſmutari non poterit,licèt hoc nō ex ſua natura,quam à ſuo principio accepit,ſed ex gratia cum fuerit in libertate arbitrij creatus: Quartò, & vltimò eſt ignis inter elementa ſplendore,& candore nitidiſſimus nobis tamē occultus,ob id Platonici noſtri Cęlum ex igne conflant, & ob id ita lucidum dicunt, & luminoſum ita,vt ſuo lumine mundū ſenſibilem foueat, & calefaciat: Angeli etiam lucidiſſimi ſua ſunt natura,cum ſint igniti, & flammæ vrentes formæ ſeparatæ actu,intelligibiles mentes.

Sed age ad ſecundam huius aſſertionis partem deſcēdamus declarandam,quæ aſſerit Mundum Angelicum, ne dum ignitum,& flammeum,ſed mundum quoq; libertatis, & dominij à Choro illo dominationum ſic vocitatum, vbi nullus dominādi appetitus viget, nec tyrannidis: Similitudo autem aliquid mali obiectum,ſi tamen à Rege totius, & dominio dominantium imperantur; Dominari eſt,& regnare, vt ſacra teſtantur eloquia, *Deoq; ſeruire,regnare eſt*, igitur dum ſeruiunt,imperāt, regnant,& dominantur,hinc quoq; Regnum appellitatur fortitudinis,Regnum inexpugnabile,& vndique formidabile per virtutes Angelicas cuſtoditum velut imperij illius militia etiā

& ſi

& ſi Regnum ſit quietis, pacis, & pulchritudinis, vndiq; quietũ pacificum, feliciſſimum, & triumphans ait Eſaias, *Tabernac illũ fiduciæ, & requies opulenta*: Propterea inualidum eſt eorum argumentum aduerſus aſſertionem hanc, quod afferre ſolent: Si intelligibile Regnum pacificum eſt, & tabernaculum fiduciæ, igitur ſuperflua erit Angelorum cuſtodia, & militia; quoniam non propter illius Regnũ, ſed iſtius militantis Eccleſiæ mi: tia illa refertur; Fortiores ẽt reddit militia illa militiam noſtram militantem pro Chriſti Eccleſia, confidenter igitur pugnant, cum Dei ſint virtutes, & in eis quodammodo militibus noſtris virtus Dei reſidet, ſicuti Dei amor in Seraphicis mentibus, & ſcientia in Cherubicis, ita & virtus vincendi, & ſuperandi per virtutes expreſſius viget: obſerua igitur heus tu, illud de martyribus huius Regni militantis militibus, neminem præliari poſſe, niſi virtus Angelorum præſit, & ab alto Angelorũ Choro virtutem ſecundum militantem, & fauentem receperit: Valeant igitur Aſtronomi, qui MARTI ignito præliandi virtutem tribuere conãtur, virtutiq; ſolari, & Herculeo vigori, niſi hoc ſub ænigmate illud adnotent, hoc eſt igneo ſpiritui, id eſt Dei adiutorio inflammante, & igniente, ſpiritu enim diuino afflati, & ignito Dei milites inclyti facti ſunt in bello, & fortes vicerunt Regna, adepti ſunt promiſſiones, obturauerunt ora Leonum, extinxerunt impetum ignis, gladij aciem effugarũt; Sicuti igitur reſidet Dei amor in Seraphicis mentibus, & ſciẽtia in Cherubicis, ita in virtutibus virtus vincendi illa, ac prę liandi fortitudo, & poteſtas: Neq; vos conturbet illud quoq; argumentum. Si adſunt virtutes, igitur ſuperfluus eſt poteſtatum Chorus: Reſpondemus quòd Poteſtates nobis dantur pro reſiſtentibus Spiritui Sancto, aſſiſtũt etiam Poteſtates pro reſiſtentibus, immò non nobis, ſed Spiritui Sancto: Aſſiſtũt quoque Poteſtates Angelicæ, vt aduerſarij à prælio deſiſtant, fiant humiles, vt victi ſuis victoribus, quod quidẽ apprimè aperuit Dominus noſter: Data eſt mihi inquit, omnis poteſtas in Cœlo, & in terra, quam tradidit Apoſtolis præliaturis, Poteſtatẽ ait, dedi vobis, hoc eſt Angelicam communicaui, & diffudi calcandi, atq; humiliandi poteſtatem, ſcio enim vos Mundũ oppugnaturum.

Tertia huiuſce aſſertionis pars eſt de mũdo Angelico multipli-

tiplicato aduerſus Laicorum Philoſophorum turbam ab vtero errantium dum de Angelicis mentibus blaſphæmias profert multas,& has duas præcipuè, eſſe ſcilicèt ſua natura æternas,impeccabiles,& determinati generis,quæ duo aperta mēdacia ſunt,& à Religioſa Philoſophia noſtra diſſona,& Platoni noſtro in Thim. primùm aduerſantur Philoſopho quidem Religioſo ita Deum cum Angelis, & ſupremis mentibus alloquenti.Dij inquit,quorum Opiſex,& pater ego ſum,hæc attēdite,quæ à me facta ſunt, ita me volente diſſolubilia exiſtimātur. Si igitur generati eſtis, igitur indiſſolubiles non eſtis, & immortales,à me tamē nunquàm diſſoluemini,nec mortis fatum ſubibitis,nam voluntas mea manus præſtantiſq; vobis eſt vinculum ad veſtri cuſtodiam,quam nexus illi,quibus eſtis tūc cum gignebamini: Aduerſantur ſecundò veritati, & Theologis,qui admonent gratuitè,& nō natura æternas fore,ſed ſummi Opificis ſplendore in æternitate conſeruare,vt de ſe,& eorum natura poſſunt non eſſe,vt ſcriptum eſt. Auferes ſpiritum eorum,& deficient,diſſonum eſt illud quoque, & pernicioſum aſſerere ſua natura impeccabiles, quia ad Dei bonitatē eſt referenda. Illud ſecundo intolerabile eſt, & à Philoſophia Religioſa alienum, aſſerere Regnum Angelorum determinati eſſe generis,non multiplicatum,immò millenariū ait Daniel, Milia milium miniſtrabant, & decies centena milies aſſiſtebāt illi,immò neq; hoc numero conſumantur,breuis enim eſſet Angelorum numerus reſpectu mortaliū, quibus multò plura milia fuiſſe comprobatur; Arbitramur ergo Danielem nō vt numerum determinatum, numerum illum Angelorum aſſignaſſe, ſed vt oſtenderet Miniſtros Angelici mundi per millenarium numerum diuinum ſcilicèt diſtributos, multiplicatum vt Io. Apoc. & Ezechiel abundè ſcribunt. Placuit tamen quibuſdam ex noſtris Angelorū numerum certis legionibus concludi; Sed cum variè, & diuerſimodè legio à doctioribus accipiatur,per arduum eſt, Angelorum numerum indagari: Sūt enim,qui legionem ex ſex milibus ſexcentis ſexaginta ſex militibus conſtituunt, quod Diuo Hieronymo tribuunt ſuper Mathem. Alij verò legionem ex tribus milibus conficiunt: Alij ex decem cohortibus deſcribunt; Eſt & cohors minima ex mile,& centum ex quinque peditibus,& æquitibus verò loricatis

ficatis centum quadraginta duobus, & huiuſmodi cohors mil lenaria dicitur, ſed hæ ſatis.

Deſpiciunt filij ſenſus corporei Mundi genituram, & in Platonem rationis filium temerè inuehunt. Cap. XVI.

IN minimis habent ſenſus filij corporei Mundi genituã, & in Platonem rationis filium diuino numine afflatum temerè inuehunt dicentes, *Solus* Plato Mundum generat, ſed de falsò criminatur ab eis, quoniam veteres omnes Philoſophãtes Mercurius, Orpheus, Empedocles, & omnes ferè ſui tẽporis comphiloſophi mundum genuerũt, quos iure Philoſophia noſtra rationis filios vocitat, tùm quia rationi cõſentiũt, tùm quoq; quia intellectus verarum rerum eſt, & fons, quo omnes inter ſe vniformes, & conſentientes ſunt: Sẽſus verò, & perturbatæ mentis filij à ratione diſſentiunt, ait Proclus de Dæmonibus. Propterea ne dum contemnunt, ſed Cynicorum Philoſophorum conſuetudine latrant, lacerant, & acutiſſimis morſibus mordent: Quæ nam inquiunt, fuere vectes quæ ferramẽta, quæ machinæ, quibus mũdus iſte corporeus factus eſt? quæ nam huius immenſæ machinæ Miniſtri, & Architectores? nunquid ante huius ſeculi ędificium ocioſi, & dormiẽtes ſteterũt? & nemo eos conduxit? Mordent rurſus: Nunquid Deus ante huius mundanæ ſcenæ ædificiũ in anguſto habitabat erga ſtulto? an coagentem expectabat ille, qui omni tempore eſt agẽs? an ad delectationem illum ſtruxit? an ad hominum commoditatem? Sed quorum hominum? ſtultorum, an ſapientũ? non primùm, quia inſani præmio carere debent, non ſecũdò, quia paucus eſt ſapientum numerus: Mordent tertio ſi mundũ hũc ſenſibilem genuit ille, qui omni tempore eſt agẽs, igitur à cõtemplatione propria cecidit, & ad actionem ſevertit, & ad regimen; igitur ambitioſus cum ad imperandum ſe contulit, & imperandi cauſa fuit iſte mundus corporeus effectus: ò hominum dementia, & impiorum blaſphæmia; nunquid à ſua bonitate cadere poteſt ille, qui bonitatis eſt finis indeficiẽs? de quo Moyſes diuinus ille Vates ſcripſit: Vidit Deus cuncta, quæ fe-

terat, & erant valde bona: Verè ſenſus filij, & mali Dæmonis eſtis, cur non eius aſſignaſtis naturalem fœcunditatem, & voluntatis ſuæ bonitatem? mirabilem ſuæ deitatis poteſtatē, ordinemq; mirificum, & rerum creatarum ſapientiam, vſumque rerum varietatem? Nunquid à contemplatione propria cadere poteſt ille, qui ipſamet eſt contemplatio? at rerum diuinarū eſſentia? Apprimè ignoratis, quid Philoſophi ſint, & quid Philoſophia, & in thalamo Philoſophorum vos poſuiſtis? non ne Philoſophia eſt nôſſe diuina, & gubernare humana, vaticiniū, & Deorum munus, ait Plato in Memnone, à Deo, & eius prouidentia infuſum, ac Dæmonum hoc eſt ſpirituum bonorū medio impetrandum: Miſereor ſuper vos, quia Philocalij, & non Philoſophi eſtis, qui Dei amici facti ſunt, vos verò inimici: Nō igitur Dei amici, quoniam à pollutis hominibus Deus longè diſtat, ait Plato noſter, non igitur mundum generauimus vectibus, aut machinis, vt falsò effingitis, ſed architectura illa pſtantiſſima, quam ſimplicem vocamus emanationem, nō laica veſtra per motum, & tranſmutationem, & rectè quidē Sacerdotia noſtra Philoſophia ita mundum corporeū generat, quia creatio eſt opus eminentiæ, & virtutis infinitæ, igitur ſolius Dei eſt creare: nec illud veſtrum præualet argumentum, quòd è fontibus Algazelis, & Auicennæ emanatis, ab vno non niſi vnum, quo infertis; igitur à mentibus illis ſupernis cętera tùm corporalia, tum ſpiritualia affluuntur; Propterea ſemel atque iterum compatior vos, quoniam adhuc illud veriſſimū ignoratis, Deum non agere nobiſcum per modum naturę, & neceſſitatis, quoniam per hunc agendi modum, vt aſſeritis: ab vno non niſi vnum, ſed ab eo, qui per modum ſapientiæ, & libertatis eſt agens, non vnum, ſed omnia, nobis ſuffragatur Plato, dū illud ſparſim de bono monuerat: *Bonum* conſiſtit in vno, quod ita aperitur, intromittendo, non autem extra mittēdo (vt alias declarauimus) mētis igitur morbus eſt illud aſſerere, quod aſſeritis, Deum per mentes participatas, ceu Angelicas cæteras produxiſſe creaturas, niſi dicamus per communicationis modū, vt cumulatè Mag. ſent. in quarto diſt. quinta monuit: ſunt enim participatæ mentes Dei ſpiritus adminiſtratores, creare etiam vox eſt ambigua, quæ ſi diffuſius accipiatur, idē denotat quod communicare Dei ſcilicèt bonitatēm, ac propriè creare
eſt

eſt ex nihilo aliquid facere, vt P. Aug. 3. de Trin. & D. Thom. diſputatione quarta diſputationum de mundi creatione exactiſſimè, explicuere: Nec illud præualet argumentũ qđ ex 8. Phyſ. ab eis cõſarcinatur, poſita cauſa æterna in actu, ponitur effectus æternus in actu, at Deus cauſa ęterna eſt, in actu igitur mundus corporeus effectus eſt æternus in actu, cauillus enim iſte de cauſa Phyſica agẽte præualidus exiſtimatur, & Phyſica actione, non autem de agente libero, & agẽte per modum ſapientiæ, & intellectus; Et ſi rurſus inſtabunt, vt eorum eſt deprauata conſuetudo: Deus perfectiori modo agit, quo agere poteſt, & quo illi decet; ſed agere neceſſariò, & per modũ naturæ, eſt agere perfectiſſimo modo, probant, quia omnẽ perfectionem ſimpliciter debemus illi tribuere, quę eſt melius ipſum, quàm non ipſum: Et Ariſt. volens oſtendere demonſtrationem eſſe omni ſyllogiſmo perfectiorẽ, hac ratione probabat, quia ſyllogiſmus epiſtemonic' fit ex neceſſarijs, ideo omni alio ſyllogiſmo perfectior, ex quibus pſyllogizant ita, actio neceſſaria eſt perfectior actione contingẽti, ergo Deus neceſſariò agit, & per modum naturę. Reſpondemus, quòd hęc omnia veriſſima ſunt de actione ad intra, non autem ad extra, ad intra enim naturaliter agere eſt perfectiſſimo modo agere, & iſte agendi modus ei iure conuenit, at nõ ad extra: hac ratione Ioannes Scotus diſt. 6. pr. ſent. probabat verbum patri coeternum, quia agens naturale non impeditum verbum ſibi generat æquale, at ad hoc autẽ quòd productio ſit naturalis, tria requiruntur, primò quod agens ſit determinatum ad vnũ: ſecundo vt illud agens ſit aſſimilatiuum, quia natura eſt uis inſita rebus ex ſimilibus ſimilia procreans: tertiò, vt illud agens in ſua operatione non requirat intellectum dirigentẽ in operando, ſed ex ſeipſo exeat in operationem, quæ omnia in memoria patris ſunt: Eſt enim principium determinatiuũ ad vnũ verbum, eſt aſſimilatiuum, & tertiò non impeditum ab extrinſeco dirigente: Ad extra igitur perfectior eſt actio contingẽs, quàm neceſſaria, & per modum naturæ: huic reſponſioni conſonãs eſt Plato noſter de leg. qui duas animæ mundi totius ſtabilitat functiones, contemplatiuam ſcilicèt, & actiuã, ſeu gubernatiuam, perindè ac I A N V S eſt duplici facie ornatus inferiorum, & ſuperiorum typus, actio neceſſaria, & contingens,

ad intra,& ad extrà: Non igitur idem erit agendi modus, cõtemplatio, & gubernatio: Et ſi ipſi Platonem noſtrum irridebunt, irridebimus, & nos eorum Principem Ariſtotelẽ, & eius farinam ſectantes: Neq; illud tertium præualebit argumentũ, quod putant inſolubile, & neceſſarium: Ex nihilo nihil fit: Nũquid Ideæ, & rerum ſimulachra nihil ſunt? & mundus ille idealis, ad cuius exemplar mundus iſte corporeus factus eſt? perlegant ſenſus filij Platonis Thim. & inuenient mundum non ex nihilo factum: quoniam ſapientiſſimè triplici cauſa illũ generat, efficiente, finali, & exemplari; nũquid exemplar nihil erit? immò verè eſt, & vita ait Ioan. cui omninò credendũ, & magis credendum, quàm garrulis ſenſus filijs; ſed accipiant laici aliã reſponſionem, & illud obſeruent triuiale, quòd ſcilicèt triplex eſt agens, Phyſicum: artificiale, & diuinum: Damus quòd agẽs Phyſicum, & artificiale materiam ſibi ſubijciant, & ex nihilo nihil faciant, ſed non agens illud eminẽtiſſimum, quod ita ꝓbamus: Si agens Phyſicum in agendo ſibi materiam, quæ eſt propè nihil, ſubijcit, & quaſi non ens, vt Ariſt. & veteres omnes faſſi ſunt cum Platone in Parmenide, quid mirum, ſi agens illud eminentisſimum agens per modum ſapientiæ, & eminentiæ purè nihil, & propè nihil ſibi ſupponatur. Eſt.n. regula Logica, ſicut ſe habet magis ad magis, ita maximè ad maximè, & ſimpliciter ad ſimpliciter: Eſt rurſus Deus noſter agens, purus actus, cui nulla eſt admixta potentia, vt cętera agentia, agens enim naturale agit, mouendo ob id materiam in agendo ſibi expoſcit, quæ eſt ſubiectum mutationis, vel motus, propterea non poteſt aliquid ex nihilo facere, at ſolus Deus agens eſt ſimpliciter, & actus purus, ideò in ſua operatione ait D. Tho. producit totum ens ſubſiſtens; Ad illud verò, quod attulerunt ab initio Cœlum caret contrario, igitur incorruptibile, igitur ingenerabile, dicimus cum Sacerdotibus noſtris verisſimum eſſe, ſed ita incorruptibile, quia in melius eſt mutabile in præmium laborum ſuorum (ſi ita licet) ſed de hoc non valuit filius ſenſus percipere ob id negligit: Voluntate igitur diuina in melius mutabitur, & incolumis ſeruabitur: Negat quoque Philoſophia noſtra Religioſa Cœlum non habere contrarium intrinſecum, cum vna, & eadem eſt materia inferiorum, & ſuperiorum, quam materiam vocamus contradictionis etiam cũ

Laicis: Inſurgit iterum Laicus,& ita replicat: Mentes illæ ſupernę à motu vnquàm ceſſabunt,nec ceſſare nequeunt, quia ſine labore mouent,& fatigatione; Igitur neq; eorum ſedes, in qua reſident, huic cauillo ita facimus ſatis, quòd à motu vtiq; ceſſabunt mentes ille cœleſtes,& requieſcent;at non ceſſabūt, tamē propter laborem,& fatigationem, quia in labore hominum non ſunt, nec labore ſubijciuntur, ſed ceſſabunt à mo u quoniam conſummatum eſt opus illud mouendi, ad quod tēdebat motus earum,quia etiam motus ille ad aliud opus, tendebat ad motionem illam intelligibilem, in qua beantur, quē vocitamus etiam cum laicis finem amatum,& deſideratū: laica quoq; Philoſophia hoc non negabit,ꝙ motus omnis ad quietem tendit,igitur in ſummo bono quieſcere habent, vt earum centrum:huic noſtræ Philoſophiæ conſonus eſt Plotinus noſter in his,quæ de Cęlo: Et ſi inquit,ceſſabunt mentes ſupernę, non cęſſabunt tamen vniuerſo vitam præſtare, ſed ſemper idē efficient,nobis ſuffragatur illud quoq; Theologicum: Nō ceſſauit Deus vitam præſtare vniuerſo, ſi tamen requieuit die ſeptimo ab opere,quod patrarat,vt ſcriptum eſt: pater meus vſque modò operatur: ſemper igitur agentes erunt, quia ab illa contemplatione non ceſſabunt, quæ eſt propria actio eorum.

Inuehunt iterum. Si Deus de nouo mundum corporeū genuit,mutatus eſt ergo,& noua relatio in eo inſurrexit,& de nō Creatore factus Creator, rńdetur ꝙ nō eſt realis,ſed rationis, ait Sacerdos,& Religioſus Philoſophus Ioānes Scotus,& ideò friuola eorū eſt cauillatio;Sed admittatur,quòd ſit realis relatio,non eſt,ꝑpterea noua,ſed antiqua,immò æterna,quia æterna eſt eius voluntas ad mundi genituram, & ad cauſam illam exemplarem eſt relatio illa referēda, & cum ſit agens per modum ſapientiæ,diſtulit ad illum generandū quouſq; ſibi placuit, cum ſit liberè agens,& ſummè bonus, bonitatem ſuā ita communicare voluit,hinc exactiſſimè Mag. ſent. cui magis credēdum eſt,quàm laicis omnibus,illud Moyſis aperiens:in principio creauit Deus Cœlum,& terram, ita explicat, in principio hoc eſt in idæa,vel principio hoc eſt in verbo æterno, quo omnia facta ſunt,& ſine ipſo nihil,vel tertiò,in principio, hoc eſt in tempore beneplacito illi,qui eſt agens per modum ſapientię, & omnia pondere,numero,& menſura ſtabilicat:Negligūt tamen

men filij ſenſus hæc omnia,& contenimentes petũt,quid igitur operabatur Deus ante huiuſce mundi corporei ſtructionē? O hominũ craſſa Minerua,quadrat hoc loco profectò Diui Aug. reſponſio, quod ligna ad eos comburendum in viridario ſuæ æternitatis ſcindebat,vt eos veluti temerarios,& blaſphemos combureret;ſed illud Pauli ad Hæbr. aduertemus, vt eorũ cõuincatur pertinacia, figuram videlicèt conſubſtantialem pingebat,non igitur dormiebat,vt polluti homines,& inſipientes prædicant,non inſtrumentis eget,qui ſummus eſt artifex, ait Eſaias,qui dixit,& facta ſunt,cui elementa,& omnia obediunt ei,non in domicilio habitabat anguſto,cui ſol eſt ſedes,cui domus eſt vbiq;, qui totius eſt centrũ: Sed illud modo auget difficultatem,& quæſitũ reddit obſcurius,an Plato poſuerit mũdum hunc corporeum genitum in principio temporis, an ab æterno? & ſi ab æterno,an ex parte antea,an verò ex parte poſteà an in verbis ab Ariſto. diſſentiat,an in ſententia etiam,vt nonnulli ex doctioribus monuerunt? ardua eſt profectò quæſtio,& non ita de facili eſt enodanda ſententia; dimittã igitur ea,quæ Iamblicus Sirianus, Plotinus, Proculus dixerunt cum Simplicio in his,quę de Cœlo ſcribuntur commentarijs,& per cõcluſiones quid nos ſentimus, explicabimus:ſit igitur prima concluſio,non ſolus Plato mundum generat, vt Ariſt. illi tribuit,ſed veteres omnes ſui temporis comphiloſophi,quod ita probant: Quod enim cernitur,tangitur, quod corporeum eſt quod ſub ſenſu cadit,quod ſenſus mouet,genitũ eſt ſed mũdus cernitur ſub ſenſu cadit igitur gñat⁹ ē quicquid verò gignitur ab aliqua cauſa,neceſſario gignitur,ait Plato in Thim. Secũda concluſio, mundus apud Platonem eſt æternus à parte antea; quod ita Platonicè probamus ex his,q̃ ipſe admonet in Thim: bonus erat opifex,& nulla vnquam de re tangitur inuidia, igitur omnia,quantùm fieri poteſt,ſimilia ſibi fieri voluit,at non eſſet mundus Deo ſimilis,ſi non eſſet æternus, ergo ab ęterno, & non in principio temporis: probatur eadem concluſio hac ratione,duo ſunt,quæ tempus explicant,æuum,& coæuũ: Aeuum mundi intelligibilis eſt conditio, coæuum vero.i. imago æui,mundi ſenſibilis eſt conditio, igitur tempus vnà cum Cęlo factum eſt, cum mundus iſte intelligibilis mundi ſit imago, ſi ergo æuum eſt æternum,igitur & coæuum: Tertia concluſio

Pla-

Platonica tamen,ſed nõ Peripatetica,vt doctiſſimi in Ariſtotelem voluerunt: Mundus corporeus & ſi æternus à parte antea, & ab æterno genitus eſt, non tamen generatione Phyſica ſed generatione illa, quam vocamus originationem, & originationem iure vocamus,qua generans pręcedit origine genitum,& non tempore:Nec pręualebit quorundam Peripateticorum argumentũ illud. Aut hæc ſimplex emanatio eſt actio tranſiens,vel immanens,non immanens,igitur tranſiens; hæc verò ſubiectum requirit ex Ariſtotele nono ſuæ meta: quoniã non omnis actio tranſiens Hile,& ſubiectum ſibi ſubijcit, ſed ea tantum,quæ fiunt Phyſicè,& per tranſmutationem:Quarta concluſio Platonica,& ſi mundus æternus eſt à parte antea,q̃a mundo intelligibili eſt ſimilis,eſt tamen mortalis ex parte poſteà,& ſi incolumis ſeruatur, voluntate Dei eſt, ita eo volente, eſt ſecundò in melius mutabilis. Quinta concluſio Mũdus iſte corporeus cauſam habet efficientem veram, non autem æquiuocam, & vt dicunt conſeruantem. Sexta concluſio cõciliate Platonem cum Ariſt. non ſolùm difficile, ſed duriſſimũ eſt, cũ à principio diſſentiunt, nec valet quorundam Peripateticorũ illud aſſerere, Platonem ita mundum generaſſe, ideſt à Deo dependere, at dependentia generatio quædam eſt aut ſermo de generatione partium totum generantium,quia hæc omnia à Platone longè diſtant, qui hoc quæſitum ſub dubio vertit, Ariſtoteles verò ſe certum reddit.

Floccipendit Laicorum Schola mundum cæleſtem ex quatuor conſtare elementis, vt cætera naturalia corpora, nos ex ipſis elementis omninò cõtendimus, igneumq; ſtatuimus, nec propterea corpus quintum ab elementis diſiunctum. Cap. XVII.

PHyſicis rationibus licèt probabilibus Olympia noſtra Philoſophia oſtendit cœleſte corpus ex quatuor conſtare elementis,& illud non quintum corpus, vt Peripateticus patefacere conatur, ſed quatuor tãtùm eſſe corpora ſed illud eſt hoc in loco primùm commemorãdum,quod alias abundè monuimus,

mus, varium ſcilicèt fuiſſe ab initio Philoſophandi genus: Ariſtoteles enim, cui tot' ferè orbis aſtipulatur, via, motus, & ſenſus ad illum, ſummum, pulcrum conſcēdere tentat: Pytagoras verò, & ſectatores, via numerorum, & menſurarum: Plato, & Platonici omnes, via idæarum, & intelligibilium formarum; veluti exemplo manifeſtiſſimo de elemētorum indagine hoc oſtēdere poſſumus: Ariſt. enim numero quatuor qualitatum, & quatuor lationum numerum elementorum adinuenit; Pythagoras verò ex elementorum proprietatibus quatuor probabat, & non plura. ſ. ſolido, continuo, perſpicuo, & lucido; per ſolidum, terræ elementum venatus eſt, per continuum, verò aquā, p perſpicuum, aerem, & per lucidum, ignem; quatuor ergo cum ſint elementorum proprietates, ſolidum, continuum, perſpicuum, & lucidum: igitur quatuor numerus eſt elemētorum Platonici verò parum ab eis ſe elōgantes, per quaternarium intelligibilem, quo omnia plena ſunt, iurantes, quatuor adinuenere elementa, quibus etiam intelligibilis mundus cōſtabat abſq; aliqua illius compoſitione, quem quatuor literis quoq; iureiurando teſtabantur. Non nulli verò de accademicis reſolutorū via reſolutionis quatuor inuenere elementa, vt per quatuor anni tempora, per quatuor humani corporis humores: quibus ſic ſtantibus ita nos percontamur. Omnia corpora Phyſica ex quatuor conſtant elementis, ſed cęleſte corpus Phyſicum eſt, igitur ex quatuor conſtat elementis: Rurſus vna, & eadem eſt materia rerum inferiorum, & ſuperiorū, mortalium, & immortalium, igitur cęleſtis mundus ex eadem conſtat materia, aliter non eſſet maximè vnum, & complicatum: Natura quoq; abhorret à ſuperfluitate, nec tamē deficit in neceſſarijs, ſunt etiam in vno quoq; corpore mundano, & cęleſti eadem accidentia, puta, quantitas, perſpicuitas, & cœtera, igitur omnia ex quatuor conſtant elementis. Verùm hoc animaduertat aduerſarius noſter, qui hanc negligit Philoſophiam, quòd ſi nos Cęlum ex quatuor elementis conflamus, non tamen abſolutè ſed hac conditione nobiliori, tamē nota ſunt in corpore cęleſti, quàm in mūdano hoc corpore, ex ſummitatibus igitur elementorum Cœlum cōflamus, & ex purioribus eius portionibus, ita vt quæ apud nos ſunt elementa, feces ſunt illarum ſummitatum, quarum igneam naturā ſcilicèt

 ſpiri-

ſpirituoſam cum Plotino vocamus; Non ęſt igitur Cęlũ quintum corpus, & quinta eſſentia ab elementis diſiunctum, quòd ſi elementum dixeritis, prout etiam hoc nomen elemẽtum in materiam quoq; diffunditur ex Ariſt. 5. Meth. damus; ſed non concedimus eſſe quintum elementum à natura quatuor elementorum diſiunctum.

Negligit autem Laicus Philoſophus quæ aſſerimus hac ratione, quia operatio diuerſa arguit naturam diuerſam, at Cęli motus diuerſus eſt à natura quatuor elementorum; igitur diuerſa ſunt: Cęli enim motus eſt orbicularis, elementorũ verò latio eſt recta: Inſuper motus in orbem eſt nobilior motu recto, & præſtantior, igitur natura nobilior iure ab elemẽtis diſiunctum. Arguit ſecundò, & fortiús: Si Cęlum conſtans eſt ex elementis; igitur mortale, & caducum, ſicut & cętera ex elemẽtis conflata: Poſtremò ita arguit: Si materia Cęli eſt ignea, igitur omnia combureret, & adhuc omnia conſumpſiſſet, in ſuiq; naturam vertiſſet; hiſce omnibus ſic ſatisfacere arbitramur: Non enim Philoſophia noſtra aſſerit, cęleſte corpus ex elemẽtis conſtare abſolutè, ſed ex ſummitatibus eorum, vt ſuperius dicebamus: quas Plotinus vocat portiones ſpirituoſas; igitur ſola puritate Cęlum ab elementis diſtinguimus, & non ſimpliciter elementare quodam purum; quod Platonicè vocitamus igneum, hoc eſt ſpirituoſum, nec tamen ſimpliciter igneũ, hoc eſt ſpirituoſum, nec tamen ſimpliciter igneum, hoc eſt igneum, quia tùnc cauillus conſtans eſſet laicorum: Sed igneũ dicimus, hoc eſt ab omni mundana fece, & ſorditie purgatum, quaſi in vaſe fuſorio, ita vt omnes elementorum puritates in naturam ignis conuerſæ ſunt, non tamen ignis incinerans, vrens, & conſumens, ſed blandus, & conſeruans, quia calidum, lucidum, nitidum, & fulgens: Igneum quoq; dicimus Cęlum ratione prædominantis, quia cęteræ elementorum qualitates, & proprietates in naturam quaſi igneam ſunt eleuatæ, & redactæ: Hinc bonus Platonicus negabit dari in hoc mũdo corporeo elemẽta pura, quia ſi elementorum puritates, & ſummitates in corporeo cęleſti vniuntur, & Cęlum ex his conflatum eſt, conſtans veritas remanet, non reperiri in hoc elemẽtari, & ſenſibili mũdo elementa pura, ſed hæc, quæ elementa à vulgaribus appellitantur, feces, labes, atq; ſordities ſunt illorum, ſecùs dicere de-

bet Peripateticus, qui elementa pura collocat in proprijs eorum Sphæris, iudicet igitur bonus iudex non modò ſecúdum dicta hæc, & citata, ſed ſecundum (vt dicitur) cónſcientiá, cum Philoſophia Sacerdotia materiam collocat in corpore cęleſti, nó diuerſam à materia inferiorum, & inter Peripateticos adhuc pendet lis, arbitrandum eſt Platonem non poſuiſſe cęleſte corpus ſimpliciter igneum, niſi à prędominio, ſciant quoq; huius diſputationis noſtræ compromiſſarij, q non fuit Platonis figmentum, nec inuentum, aſſerere Cęlum eſſe igneum, quia & ante Platonem Diogenes ex veteribus poſuit Cęlum aereum, id eſt aerem puriorem: Alij etiam ex Stoicorum Emporio Cęlum ardorem mobilem dixerunt, Heteraclytus igneum, Pytagoras flammam non vrentem, vt carbonis flá ma, ſed ignis flámæ, quem opinamur Platonem imitatum eſſe in Thim. aſſeré tem ſtellas eſſe igneas, hoc eſt ignes non vrentes, & Cęlú ex natura ignea cóſtare: Sed diceris, poſſent ne isti præclariſſimi viri in hac diſputatione cóciliari? Simplicius arbitratur eos cóciliare in commentationibus de Cęlo diſputatione ſexta, legite vos digreſſionem illam elegantiſſimá: Nos adiudicamus hos famatos viros Ariſt. & Platonem eſſe maximè arduú conciliari poſſe, Plato in Thim. poſuit materiam inferiorú, & ſuperiorem non differre, Ariſtoteles verò non eadem: Præterea Ariſt. poſuit Cęlum quintum corpus ab elementis diſiunctum neſcio igitur quomodo inter ſe concilientur; concilient eos Mirandolani Viri præclariſſimi: Surgat de monuméto Archytas, qui Cęlum ex quatuor elementis primus ſeiunxit, & illud quintam appellauit eſſentiam: Verum arbitror ego Platonem ab Archyta nó diſſentiſſe, ſed per quintam eſſentiam illud intelligebat, hoc eſt ex ſummitatibus elementorum: Ad eorum tamen rationes validiores, quas putant neceſſarias, & inſolubiles, & ad illam prius de motu Cęli reſpondemus, quòd licèt Cęlum ſit ex elementis conflatum, motus tamen eius non eſt rectus, vt elementorum putant naturam, ſed orbicularis, quoniam ab anima Cęli eſt, vt circularis fiat ille motus, & non rectus, conditio ergo animæ cæleſtis corporis vt moueat præſtátiori motu, quo mouere poteſt, & illi conuenit, at cum orbicularis motus, & præſtantior, & nobilior, propterea circulo fertur, & nó recto ſcilicèt ſurſum: Addatis vos, quòd procliuè eſt

cor-

corpus cęleſte ad motum illum orbicularem; cum ſit Sphæricum, ita vt lationem inſequitur eius propriæ figuræ rotundæ, nec illud inferri poteſt, igitur Cęli motus eſt violentus, cũ non ſit rectus, vt elementorum natura exquirit: quia motus violētus fit ex extrinſeca natura, modò motus in orbem non ab extraneo eſt agēte, & motore; nec illi huiuſmodi motus accidit, ſed ab eius propria ex delenthia, & forma intrinſeca, quæ eſt anima eius, qua Cęlum verè eſt anima, & verè animatum, motus cum Cęlum ex eius Sphærica figura procliue eſt ad lationem orbicularem, motus contra natura vocitari non poteſt. Sciãt quoq; partes aduerſæ, & Philoſophiæ noſtrę emulatores, quòd etiam elementa cum animata ſint, ab ipſarum anima propria circulo ferri debere, tũ quia figuræ ſunt rotundę tùm quia anima præſtantiori motu mouet, & ita animæ elementorum propriæ, & primo mouere ita debeant, & ſi motu recto mouentur ſecundario, iſte motus eis conuenit ab eorum principio paſſiuo: Vnde verum eſt dicere, natura eſt principium motus, ſed principium motus elemētorum eſt anima, igitur circulo mouere propriè, & primo debet; Itaque à paſſiuo eſt principio, quod recto moueatur motu.

Ad ſecundum eorum argumentum, quod putãt etiã neceſſarium, ſi Cęlum eſt ex quatuor elementis conſtans, igitur caducum, cum habeat elementorum qualitates ſibi contrarias. Reſp. quòd licet cęleſte corpus ex quatuor conſtet elementis, nulla eſt in eo tamen reſolutio, neq; mors; quia ex ſummitatibus eorum conſtat, qualitates verò in eorum fecibus remanēt, nec præualebit inſtantia igitur ab eorum conditione, & proprietate priuata remanent elemēta, quia in naturam igneam redactæ ſunt, & cum in ignis naturam ſint conuerſæ, nequibũt putreſcere, omnia enim putreſcunt, ait quoq; Ariſt. 4. Meteo. excepto igne, ratio eſt, quia non datur agens fortius eo, ita vt ab eo lædatur; Vlterius, tanta eſt corporis cæleſtis præſtantia, vt qualitates illæ quieſcant in eo, veluti quoq; de materia Cęli nonnullis ex Peripateticis monuerunt: quæ vna, & eadē cum ipſis inferioribus, omnis etiam motus ad quietem tēdere debebit; quieſcit igitur elementorum in corpore cęleſti contrarius ille motus ad corruptionem, & nec altera vt corrũpunt.

Vel Platonicè etiam reſpondentes à voluntate diuina id

euenire, vt à contrario corpus cęleſte nõ lędatur, nõ repugnat igitur Cęlo interitus, ſicut non repugnat illi generatio, poſſibile fuit Cęlo generatio, igitur poſſibile corruptio, ſed voluntate diuina ſeruatur incolume.

Ad illud verò de igne, in quo adeo cõfidit Laicus Philoſophus ex ijs, quæ diximus, patet reſp. cum dicunt, & illatiõnē illam adducunt, ſi Cęlum eſt igneum, igitur totus orbis adhuc conſumptus eſſet, non ſequitur illatio, quia ignis eſt blandus, fouens, viuificans, & conſeruans, non autem incinerãs, vrens, & conſumens; inſuper ita cœleſte corpus igneum eſt, vt cętera elementa in eius naturam ſunt adeò conuerſa, vt iure ignis vitalis dicatur, & ſaluber; & vt Plotinus noſter explicat, poſito inquit, ꝙ Cęlum ſit tangibile, hoc eſt, quod poſſet tangi; ſentiremus in eo tamen calorem blandum, & calorem fouentem, vt gallina oua fouens, & pullos; ita & Cęlum nos ſuo calore igneo fouet, & conſeruat; neq; hoc paruipendere oportet Peripateticum Philoſophum, quoniam Sol vt Sacerdotes noſtri admonent Aſtrorũ eſt Gallus, qui ſemine ſuo Solari grauida, & fœcunda reddit, ergo veluti gallina, pullos, nos Cęlum fouere, nõ eſt irridendum. Sed hic illud quærere conſueuerunt, an Plato, & Ariſtot. conciliari poſſint? Simpl. in com. 6. pr. de Cęl. aſſerit, Platonem ab Ariſt. non diſſentire, ſed tantùm in verbis differre, quod ita oſtendit, Plato, inquit, quinq; poſuit in Thi. corporũ gña, terrea, aquea, aerea, ætherea, & ignea, ergo quinque ſunt corporum genera, & principia puta quatuor elementa, & Cęlum; idē & Ariſt. ergo eſt Ariſt. cõſonus, aut à ſe ipſo diſſentit; Prætereà arguit Simplicius in Thim. Plato dixit Cęlũ eſſe igneum, hoc eſt lucidum Moyſi cognatus, qui ſcribit, fiat lux, ideſt ignis, non tamen ignis vrens, ſed lucens, at Ariſtot. non negabit, cęleſte corpus eſſe lucidum, igitur idem ſentit, nõ negabit etiam, ait Simpl. lucem eſſe ignis ſpeciem, & ita igneum hoc, & luminoſum, ergo in verbis diſſonant, non autem in ſententia, quæ conciliatio, & ſi hominis præſtãtiſſimi, & ingenioſi ſit, non videtur tamen, neq; Platoni, neq; Ariſt. cognata, non Platoni, quia in Thim. poſuit eandem materiam inferiorum, & ſuperiorum, in eodem Thim. poſuit quatuor corporum genera, & non quinquè, ignem, & terram, primo, & duo, vt intermedia, & eorum vinculum, nec illud nobis obſtat, poſuiſſe

in Thim. quinq; corporum genera, quoniam aerem diſtribuebat in partem puriorem, & impuriorem, quam nũcupat ęthęream, ex qua Metheorologica fiunt, & hyppocaumata in concauo Orbis Lunæ, quod Plato in Epimonide confirmabat, & ea, quæ incenſiones nos vocamus, ipſe æthereas narrat, & nominat hac occaſione fortaſſis, quia Dęmones hoc loco collocat (vt ſuo dicemus loco de mundo ſubterraneo:) Ad ea verò, quæ Simpl. affert, Philoponus contra Proclum quæſt. 18. reſp. quòd ſi Plato poſuit figuram quintam à figura elementorum diſiunctam, per hanc quintam figuram, duodecim facierum figuram intellexerũt, hoc eſt duodecim illa ſigna cęleſtia in Zodiaco, quas duodecim vltrices vocat Mercurius, à quibus felicitas, & infelicitas ad nos deſcendit, hac enim figura vſus eſt ſummus ille Opifex vt figura extranea, & impropria, non autẽ vt figura totius quæ eſt vniuerſi rotunditas.

Paruipendit aduerſarius ea, quæ Aſtronomi de elementis in mundo cœleſti aſſerunt, negligit quoq; Lunæ frigiditatem, & cæterarum ſtellarum influxum, noſtra verò Seniorum Philoſophia Palladis, & Neptuni prouidentia cauillos eorum diſſoluit Cap. XVIII.

SVperioribus capitibus aſſertioni noſtrę, etiamq; Aſtronomorum ſchola ſuffragari, & adminiculari monuimus, cęleſte corpus ſcilicèt ex quatuor conſtare elementis à ſignis eorum quibuſdam terreis, aqueis, aereis, & igneis, Lunam quoq; aqueam, frigidam, & humidam, Mercurium partim humidum partim ſiccum, Saturnum terreum, & ita de ſingulis quibuſuis ſtellis: Peripateticus tamen hæc Aſtronomorum ſigna negligit, & veluti figmenta irridet: Nulla enim inquit, eſt in cęleſtibus ſtella, quæ non calefaciat, etenim hoc prædicatum eſt omnibus ſtellis proprium, puta calefactio, & licèt ſoli per prius, & prærogatiua quadam cõueniat, quia velociùs fertur, Luna verò tardiùs, non ob id illud inferri poteſt, ergo Luna frigida, & ità de Venere, Mercurio, & cæteris; omnium igitur Stellarum

eſt

eſt calefacere proprium, & à velociori, & tardiori latione eſt calefaciendi diuerſitas, fauet Peripateticis, Plotinus ſecundo Enneades cap. ſex. Cęlum, inquit, cum ſit maximè viuificū per ſe primò calefacit, & licèt frigeſceret, & humectaret nō per ſe primò, quoniam frigeſcere, & exiccare ſunt duo vitia contraria, frigidum, & ſiccum, mortifera, humidi, & calidi priuationes, frigiditas ergo ex accidenti prouenit, puta à Cęli diſtantia, & luminis cęleſtis priuatione contingit, Cęlum enim totū calidum eſt, quia totum igneū ſpirituoſum, quod oſtendit eius mobilitas, calor, & lumen; Temerè ergo fingitur frigidum, & ſiccum in corpore cęleſti. Sed Peripatetico, & Plotino aduerſatur experientia rerum omnium magiſtra (vt dicitur) experimento enim patet, corpora noſtra lumine lunari lædi, & mirificè pati, Luna quoq; creſcente, & decreſcēte, animalia quædam craſſantur, & pingueſcunt, fluxum quoq;, & refluxum maris reſpicimus, igitur non omnes ſtellas calefacere probamus. Ioannes Grammaticus in his, quę de ortu, & interitu ſcribuntur lib. 2. de Cęli calefactione ex eius latione vt hęc, quę adduximus, aufugeret: Reſpondet & veriſſimum etiā affirmat, omnes ſtellas calefacere, ſed non inferiora, inquit, ſed ſuperiora tantum, tanti tamen viri pace, non eſt is Peripateticis conſonus, qui omnes per reflexionē quoq; inferiora calefacere monuerunt, magis ergo cōſona eſt Plotini ſatisfactio, ꝙ ſilicet à diſtantia luminis illius eſt frigefactio, igitur ex accidēti, & nō per ſe, quia lumen Lunę meatus corpora noſtrorum aperiens, in cauſa eſt, vt aer nocturnus, q frigidus, & venenoſus, ita ſubtilis factus per patefactos aditus liberiùs intrat, & hoc pacto Luna frigeſcit, hoc ex accidenti, non autem per ſe primò calefcit, experientiæ verò ſ. ad Lunæ motionem corpora noſtra lędi, & frigefieri, & id genus reliqua perſpicaciſſimi viri ita aſſerere ſoliti ſunt, & doctiſſimè quidē, ſed peripateticè; Illud primum ſupponentes tanquàm hypotheſis, & huius difficultatis baſis, quod ſ. Cęlum cauſa eſt vniuerſalis omnium, quæ ſunt in hoc mundo corporeo, & ideo vniuerſaliter agere conſueuit, quibus ſuffragatur Plato noſter in Epimonide, qui Celum poſuit omnium bonorum, & malorū cauſam, cauſa verò vniuerſalis non agit abſq; cauſa particulari ad effectum quēlibet pducendum, quare à Cęlo non eſt expectanda diuerſitas, ſed tantummodo

tummodo rei exiſtentia, diuerſitas ergo effectuum, & ſpecierum à cauſa eſt particulari, quod exemplo patet, Cęlum cum ſit cauſa vniuerſalis non generat Leonem, ſed ſimul cum Leone, qui eſt cauſa partialis, Leonem generat, à Cęlo igitur non eſt Leoneq; à Sole, ita & de homine aſſerimus, Sol, Deus, & homo; ait Ariſt. generat hominem, ſed à Cęlo, neq; à Sole eſt expectãdus homo, niſi ab homine, qui cauſa eſt partialis, ita etiã dicimus à Cœlo non eſt expectanda frigiditas, quia eſt cauſa vniuerſalis, ſed à Cęlo, & aqueo elemẽto frigiditas, aqua enim cauſa eſt partialis frigiditatis, Cęlum quoq; cum igne ſiccitatem emittit, non ergo à Luna eſt frigiditas expectanda neq; à quauis Stella, vel Saturnia, vel Venerea, vel ex qualibet alia, ſed ab elementis, & Cęlo ſimul, Cęlum capitur vt cauſa vniuerſalis; elementa verò vt cauſę partiales, & ita ad experientiã de Luna, quæ frigeſcit, iam clareſcit reſponſio iſtorum ſubtiliũ, ſed ſi hæc exactè, & doctiſſimè examinata, & ad Lunæ frigiditatem mirificè aperta fuere, quid de quibuſdã dicemus animalibus, quæ ad Lunę motionem pinguiora, & craſſiora fiunt? quid de ijs, quę de fluxu, & refluxu maris referuntur? per arduã profectò reddunt difficultatem inter Aſtronomos, & Peripateticos, placuit nobis aliquando illud etiam, quod legimus apud Sueſſanum præclariſſimum virum, hæc omnia à geminato lumine euenire; puta à lumine eſſentiali, & accidentali, quod è Cœlo ad nos deſcendit, eſt enim in Cœlo, inquiunt, geminatũ lumen, eſſentialę alterum, & illud perpetuum; ſemper idem, & impermutabile, ſemperq; Cœlo adhærens, eſt alterum, quod vocitant accidentale; quod fit aliquando magis, aliquãdo minus, & ex hoc accidentali lumine prouenire, quòd animalia quędam, vel craſſiora, vel pinguiora redderentur. Nunc verò quia Sacerdotiũ eſt noſtrum Philoſophandi genus, ad Neptunũ recurrimus prouidentiæ naturalis Symbolum, & generationis typum: Eſt quoq; Neptunus, vt noſtri ſub ænigmate effingunt, aquarum numen, ergo à naturali prouidentia eſt, & Neptuno aquarum Præſide, vt quædã animalia in mari pinguia ad Lunæ motionem reddantur, & mare quoq; fluat, & refluat, quod fortaſſis innuere voluit Ariſto. 1. Metheor. in exordio, neceſſe eſt, inquit, mundum hunc inferiorem lationibus ſuperioribus eſſe contiguum, vt omnis virtus inde gubernetur: A prouidẽ-

 tia

tia eſt quoq; Palladia, vt Platonici referunt: quæ eſt diuina prouidentia, & ſapientiæ numen, quod & ſi Platonicum eſt, veritati, & fidei tamen eſt cognatum, Plato enim de legibus illud teſtatum reliquit dictum verè Theologale: Nunquam à Deo neglexeris, nec ita vt paruus ſis vt Terræ profundum ingrediaris, quoniam ſi cuncta creare nō eſt indignatus, cur ergo vilia contemnet? erubeſcant igitur ideas negligentes, & irridentes, quoniam Palladiam prouidentiam negligunt, & irrident, quod non irriſerunt veteres Theologi, quid enim eſt prouidentia, niſi diſtinctarum rerum etiam vilium curandarum cognitio? Diuinæ ergo prouidentiæ omnia ſubijciūtur: Hinc Plato in Epimonide poſuit Cœlum omnium bonorum cauſam, nec à fontibus ſuperioribus iniquas ſordes emanari, ait etiam Criſippus carmine illo.

Quàm falsò accuſant ſuperos, ſtultiq; queruntur,
Mortales etenim noſtrorum cauſa malorum
Nos ſumus, & ſua quæq; magis vecordia lædit.

Cauſam reddit Plato, quia Sedes Dei Cęlum eſt, bonus igitur erit Cęlorum influxus, ac virtus Cęlorum omnium, vt etiā Iamblicus de Myſterijs Aegyptiorum animaduertit, & eo referente in columnis Mercurij ſcriptum erat, omnes aſtrorum influxus optimos eſſe, ſi verò malum indè ſequatur à ſubiecto malè diſpoſito eſt, & non ſyderibus aſcribi debet.

Iure ex his, quæ monuimus, illud inſurgit quæſitum diſputandum, an motus cœleſtis corporis ſit naturalis, an voluntarius, an neuter. Cap. XIX.

ARdua profectò quæſtio proponitur diſcutienda, an Cœli motus ſit naturalis, quoniam ſi ex elementis eſt cōſtans, iure latione elementorum ferri deberet aut ſurſum, aut deorſum, at cū ex Platonica doctrina diximus eſſe præcipuè igneū, igitur ſurſum ferri neceſſe eſt, non autem in orbem, perauget difficultatem controuerſia inter Ariſtotelem, & Platonē: Plato enim non ponit in vniuerſo ſurſum, neq; deorſum, ſed dum-

taxat dextrum, & ſiniſtrum, medium, & circumferētiam, Ari-
ſtoteles verò elemēta ſurſum, & deorſum ferri voluit, adauget
quoq; nodum varia doctiſſimorum virorum ſentētia, Albertus
negat Cęli motum eſſe naturalem, quoniam naturalis motus
velocior eſt in fine, quàm in initio, at motus Cęli eſt informis,
igitur non naturalis: Arguit ſecundò, quia motus cęleſtis cor-
poris eſt inceſſabilis, ęternus, & infinitus, at hęc non ſunt natu-
ræ affectiones, vt fiat motus æternus, igitur à cauſa æterna, ſi
ab æterno mouente, ergo diuinus, & ſupra naturalis; Motus ēt
naturalis fit ab intrinſeca natura, ſed cæleſtis motus ab extrin
ſeca fit natura, ſeu forma, puta intelligentia, igitur diuinus, vo-
luntarius, & ſupra naturalis motus; Sed aduerſus Albertum, ac
ſectatores, Virum ita doctiſſimum, ac in naturalibus præſtan-
tiſſimum ita arguere conati ſunt neoterici, Ariſt. inquiunt, in
ijs, quæ de Cęlo à commentu nono vſq; ad 16. nil aliud oſtende-
re coactus eſt, niſi duo, primum motum Cęli eſſe motum in or-
bem, ſecundo eſſe motum naturalē hoc præcipuo iacto funda-
mento corpus cęleſto ex diuerſa eſſe natura conflatū, & ab ele-
mentis ſeiunctum hac ratione, quia vnius corporis ſimplicis
vnus eſt motus, ſimplex ſecundum naturam, ac Cęlum corpus
eſt ſimplex, igitur motus illi competit ſimplex ſecundū natu-
ram, qui orbicularis dicitur; Præterea aut corpori cęleſti com-
petit motus in orbem præter naturam, aut ſecundum naturā,
aut igitur ſurſum, aut deorſum, ſed neutrum iſtorum, quoniā
aut ignis, aut aliquid aliorum elementorum, & ita nō erit di-
uerſum ab elementis, ergo motus in orbem competit Cęlo ſe-
cundum naturam, & vt cumulatim omnia dicamus ex eodem
Ariſtot. 1. Cęli decimo quarto, motus inquit, qui competit ali-
cui ſecundum naturam, alteri præter naturam cōpetit, ſed ele-
mentis motus in orbem competit pręter naturam, ergo & cō-
petit alteri corpori ſecundum naturam.

Propterea ac maiorem augerent alij difficultatem huic di-
ſputationi finem imponere credentes, ita ſoliti ſunt reſpōde-
re, motum Cęli duabus contemplari poſſe conſiderationibus,
vel propriè, vel ſecundum Analogiam, ſeu ſimilitudinē, propriè
non eſt naturalis, cum ſit ab ipſa intelligentia, quæ non eſt na-
tura ſecundum verò ſimilitudinem vtiq; hoc modo: Sicuti na-
tura ex Ariſt. 2. Phyſ. eſt principium motus, vel quietis, ita cœ-

leſtis forma eſt principium mouendi, & ſic poteſt dici naturalis ſecundum ſimilitudinem: Quoniam & ſi intelligētia nō eſt natura, induit tamen modum naturę. Alij verò acutiùs, fortaſſe, & ingenioſius ita reſpondere conſueuerunt, Motū Cęli ſcilicèt bifariam cōtemplari poſſe, vel ex parte principij paſſiui, puta mobilis, vel ex parte principij actiui, non eſt, inquiūt, naturalis ex parte principij actiui, quia eſt ab intelligentia mouente, quæ non eſt natura, ſed ex parte principij paſſiui, quoniam cęleſte corpus eſt naturale, cui naturalis cōpetit motus in orbem: Sed alij aliam tradunt reſpōſionem perſpicaciorē, ſubtiles ſcilicèt Scotus, & Auic. Scot. in 4. ſent. diſt. 48. Auic. 9. ſuæ Meth. cap. 2. motum Cęli non eſſe naturalem, neq; ex parte principij actiui, neq; ex parte principij paſſiui, neque ex parte mouentis, neq; ex parte mobilis, non ex parte mouentis intelligentia ſcilicèt, quoniam ipſa non eſt natura, nec debet vllo pacto dici natura ex Ariſt. 2. Phyſ. contex. 12. quo in loco declarat, de qua inquit forma, natura dicatur: Reſpondet naturā dici de forma materiei coniunctam, & à materia inſeparabilē ſecundum eſſe, quæ tamen cogitatione, & ratione ſeparabilis eſt. Idem confirmat in contex. quartodecimo vbi ea rememorare videtur, quę de partibus animalium primò monuerat, inquiens, non omnem animam naturam eſſe, ſed aliquam, puta, quæ eſt materiæ concreta: Abſtractam verò, & æternam naturam quidem non eſſe, probat ſecundum ſuæ probationis particulam, quoniam mobile propenſionem, & procliuitatem nō habet ad huiuſmodi motum, eo forſan arbitror ego principio Platonica imbutus, quòd cæleſte corpus ex quatuor ſit elemētis conflatum, vt ſuperius nos probauimus, & ideò potius motu rectò, quàm orbiculari moueri debere: Inſtabit fortaſſis q. dam aduerſus perſpicaciſſimos Viros; Si igitur neq; ex parte mobilis eſt motus Cęli naturalis, quia non eſt procliue ad illum motum, ergo motus eius erit violentus, & præter naturā: Reſpondebunt huic calumniæ, quòd neq; ob id violentus, ſed dicetur motus neuter, eo quia Cęlum eſt in potētia neutra ad recipiendum quamlibet lationem, veluti ſuperficies in potentia eſt ad recipiendum colorem quemlibet.

Recentiores in ſuis dilucidarijs ita huic quęſito reſpondere, & me Herclè Doctiſſimè, quos habuimus in honorem, vt con-

condiſcipulos,ac in Patauino Gymnaſio coætaneos: Verùm ità primùm diſtribuunt,quòd ſi motus naturalis hoc loco accipitur contra violentum,& vt motu violento opponitur, abſque dubio inquiunt,motus Cęli eſt naturalis,eſt enim perpetuũ,& nullum violentum perpetuum,& hoc tàm ex parte mouentis, quàm ex parte mobilis, ex parte quidem mouentis, quia licèt natura non ſit, eſt tamen anima motionis fons, & perfectiori motioni mouere debet,qua mouere poteſt, propẽſionẽ quoq; habet ad motionem huiuſmodi ex parte etiam mobilis, cum ſit naturale corpus,proculdubio naturalis eſt motus, quia corpus Phyſicum.Si verò accipitur motus naturalis prout diſtinguitur contra voluntarium:Reſpondent quòd motus Cęli nõ eſt naturalis,ſed neuter,hoc eſt neq; naturalis,neq; violentus, ſed voluntarius,cum à Cœli agente proficiſcatur, qui eſt agẽs ſupra naturam, & ita intelligunt Auerroem aſſerentem ſecũdo Cęli com. tertio Motum Cęli eſſe naturalem ſicut elementorum motus.

Sacerdotes noſtri huic dubitationi Platonizantes ita reſpõdent Cęli lationẽ à triplicibus motoribus oriri,primùm à mẽte illa eminentiſſima, qua omnia voluuntur, vel ſecundùm ab anima Cęli ſuo orbi aſsiſtenti, vel tertio à natura omnibus rebus,corporibuſq; inſita: Si primò motus cęleſtis diuinis eſt, & voluntarius, omnia enim, quæ à mente prima dependent, ait Plato, in ijs, quæ de Reg. diuina ſunt, etiam Cęli motus ſibi conſimilis,æternus ſcilicet,vtrũm cauſam huiuſmodi, cauſam vocitant dirigentem,& remotam:ob id argumentum Alberti validum abundè probabat,dum illud aſſerebat, Cęli motũ eſſe diuinũ,æternum,& infinitum,igitur non naturalẽ: ſed hac diſtributione ſoluitur,quòd motus Cęli ſi æternus eſt, à mente prouenit, quæ cauſa æterna eſt dirigens, & ſi tandem remota eſt,motus etiam Cęli ab anima ſecundò prouenit, & tunc iure motus animarius vocatur, quem nõ negabit bonus Peripateticus: Tertio prouenit à natura omnibus rebus inſita,& dicitur matrix propinquiſſima ſicut ab anima propinqua, quæ eſt talis naturæ,vt in girum,& in orbẽ moueat,veluti corpus præſtantiſsimum, prẹſtantiſsimo motu mouere debet: Verùm ne nobis ipſis aduerſari videamur, cum ſuperiùs in Cęlo non eſſe naturam diximus,ſubiũgimus, quòd vtiq; eſt in Cęlo natura,

ſed nobiliori modo, quàm in inferioribus corporibus, quælibet enim procliuitas, atq; propenſio natura dici poteſt, at cũ in corpore cęleſti illa adeſt procliuitas, & propenſio ad motũ in orbem, eſt quoq; in Cęlo natura: Quare & ſi tres motionũ genera, à mente, ab anima, à natura, tendunt tamẽ ad motum vnum. qui naturalis dicitur, quia procliues omnes ſunt ad mouendum in orbem.

Aliam quoq; tradimus reſponſionem, motũ ſcilicèt eſſe naturalem omninò, Peripateticis conſonam, & noſtris, & primò ex parte mobilis, ſecundo ex parte mouentis, & ita ab vtroq; principio actiuo, & paſſiuo, & non tamen ſecundum ſimilitudinem, vt doctiſſimi quidã monuerũt: ex præceptoribus, quoniam tunc facilis eſſet reſpondeo, ſed propriè naturalis, & primo à principio mouente hic labor eſt, quoniam formæ eſt, vt omnes Peripatetici confeſſi ſunt, naturaliter agere, ſed in Cęlo eſt forma, igitur illius eſt agere naturaliter: Dicetis fortaſſis: Vera eſt Peripateticorum ſententia, & famoſa eſt propoſitio, formæ eſt naturaliter agere, formæ. ſ. in materia, modò Cęli forma non eſt forma in materia, ergo ſi ita reſpondebũt, apta eſt profectò calumnia, quoniam & ſi forma abſtracta ſit, tamen vt forma eſt, illi naturaliter agere competit, nunquid vt forma erit ocioſa? vt forma igitur eſt, competit illi actio: Quęrunt etiam Doctiores quomodo forma in cæleſtibus mouet? an pedibus, an manibus, aut alijs quibuſuis, vel vectib⁹, vel inſtrumentis? Reſpondent, nullo iſtorum, ſed mouet, quia formę eſt naturaliter agere, iure propterea arguitur Ariſt. à noſtris, qui Platoni noſtro aſcribit ſecundo Cęli dixiſſe, ſtellas nõ moueri à propria eius anima, ſed motu ſui orbis, & ita in Platonẽ inuehit, & ita arguit, non mouent pedibus, igitur ad motũ ſui orbis: Dicimus nos, quòd mouent, eò quia formæ ſunt, quibus conuenit naturaliter agere præſertim ad motum in orbẽ: Pręterea ita arguo, ſi motus Cęli non eſt naturalis ex parte mouẽtis, igitur huius motionis contemplatio non ſpectabit ad naturalem Philoſophum, quod negare, erit riſibile, omnes enim fatentur, motum ad naturalem pertinere, vt in his, quæ tertiò de Phyſica auſcultatione liquidò conſtat, vt affectio corporis naturalis, quòd ſi Methaphyſicus quandoq; conſiderat, nõ vt eſt corporis naturalis affectio, ſed vt ens tantummodo traditur

tur ſpeculationi: Ex parte quoq; mobilis, nulli eſt dubiũ, quia corpus eſt Phyſicum.

Arguo poſtremò, & illud pro fundamento accipio, quod Ariſt. in prohemio explicat primi Metheor. quo ſuos libros ita reſidet, ſeu collocat: De principijs inquit, & primis naturæ cauſis, & de vocatis aſtris, & de omni motu naturali iam dictũ eſt, nũc autem de his, quę fiunt, in ſublimi dicamus, tunc ita arguitur 8. Phyſ. de motu orbis egit, quem vocat motum æternũ, & naturalem, & addit, & de omni motu, puta corporum in materia exiſtentium, & corporis cæleſtis, cuius motꝰ nõ eſt in materia; ſed quia eſt forma, cui cõpetit naturaliter actio ait, & de omni motu naturali, ideo non eſt rationi conſonum illud, quod ex Alberto Magno Viro præclariſſimo afferri ſolet, motus naturalis non eſt æternus, cur igitur Ariſt. æternum vocat, & naturalem? Quærũt deinde doctiores, & Philoſophiæ peritiſſimi, an primus motor ſit de cõtemplatione naturalis Philoſophi, & naturalis ſcientiæ: Reſpondet, & vniformes ſunt in hac cõmuni omnium reſponſione nõ ſimpliciter, hoc eſt, nõ quo quid eſt, ſed tãtúm quo ad quia eſt, inquit Auer. 8. Phyſ. com. 1. Quò verò ad quid eſt, Methaphyſici eſt munus, ſed magis conſona eſt illorum doctiſſimorum virorum reſpondeo, non ſimpliciter, hoc ęſt non quoad omnia prædicata eius, puta vt eſt infinitus, æternus, ſummè ſimplex, & id genera prædicamentorum, & attributorum; ſed quoad quid tale hoc eſt, vt eſt principiũ motus, ergo quatenùs eſt principium mouendi, ad naturalem ſpectabit, quoad quid eſt tale, ideſt, vt eſt forma, vt ſupra tetigimus: cui competit naturaliter actio: igitur ex parte formæ agẽtis erit motus Cœli naturalis, & omninò, ſi à Phyſico quoad illud tale quid contemplari habet, ſed hoc percipere adhuc noluernnt, aut non noluerunt tenebrarum filij, & philocallj.

Arguunt tamen doctiſſimi, & in Phyſicis conſummatiſſimi aduerſus hanc aſſertionem, & illud adducunt cum Alb. argumentum Motus ab extraneo mouẽte nõ eſt naturalis, ſed anima, ſeu forma Cęli extranea eſt illi igitur, poſſemus ſic reſpondere quòd falſo fundamentum hoc argumentum innituntur à Intelligentiam. ſ. aſſiſtere, & non informare, ſed eſto, quod non informet, ſed aſſiſtat, non ob id naturalis non eſt ille motus, quoniam intelligentia ab orbe, neq; ſubiecto, neq; loco ſeiũcta eſt, & ab

eo nunquàm recedit,& ita ad motum procliuem, vt ſi eſſet illi intrinſeca,quod exemplo,& experiẽtia patet in magnetæ,quę ab extrinſeco ferrum attrahit, tamẽ motus ille eſt naturalis,& non violentus,vt ictus, rotatio, vertex, & huiuſmodi propter illam connaturalitatem,& ſympatiam,quę cadit inter mouẽs, & mobile,inter ferrum,& magnetem, nõ ne quoq; aqua à ſpõgia naturaliter fertur? à proportione actiui, & paſſiui id prouenire arbitratur,quæ inter mobile,& mouens cadit,qua proportione nulla maior,nulla delectabilior, & efficacior: Terra quoq; ſi ab aliquo proijcitur deorſum, at quoniam lapis procliuis eſt ad motum huiuſmodi Dearum,licet ſit ab extrinſeco mouente,non propterea eſt præter naturam motus vt Ariſto. declarauit apertius 8.Phyſicæ auſcultisſimis contex. vig.ſept. facta prius diſtributione in ea,quæ mouentur ab extraneo,aut ſecundum naturam,vel præter naturam: ſed ne à noſtra Sacerdotia etiam Philoſophia recedamus,dicimus poſtremũ,motũ Cęli eſſe purè naturalem à forma,quæ eſt anima ſentiẽs, & hæc eſt illa anima,qua Cęlum eſt verè animal, & verè animatum,vt in difficultate monuimus de diffinitione animæ, an corpori cęleſti quoq; conueniat,& in ſequenti quęſito commemorabimus: Ad illud verò,quod adducitur, motum ſcilicèt naturalẽ eſſe in fine velociorem, verisſimum eſt de motu recto, non autem de motu in orbem.

Alia quoq; inſurgit quæſtio, dum cœleſti mundo immoramur,an Cælum animatum ſit? & qua anima animatur? an calore viuat? vt veteres dixerunt? an vegetali,an ſentiẽte,vt Platonici, an intellectu, vt Peripatetici. Cap. XX.

COelum viuere omnium ferè eſt ſentẽtia, de qua anima viuat, diſſentio eſt inter Philoſophos, & Philodoxos; propterea nos à noſtris non recedentes Sacerdotibus, veterũ ſententias referemus,& in Ariſt.quandoq; oblectabimur, cum nõ ad obſtentationem ſcribamus, ſed ad oblectationem, ne ſomno, vel otio, veluti ingurgite ſubmergamur: Veteres ergo vt ab

ab ipſis ſumatur exordium; cæleſte corpus vtiq; eſſe animatū confeſſi ſunt, vt 2. de an. 40. & 41. Ariſt. refert, verum ab anima viuit, quæ dicitur calor innatus, aſſerebant enim calorē innatum, non animę miniſtrum fore, ſed ipſammet animam omnium animalium, & naturalium functionum cauſam, tamdiù viuentes, quamdiu iſte calor adeſt, eo enim ablato aufertur etiā vita, igitur calor innatus anima iure dici debet, ita quoque Alexander percontabatur de formis ſubſtantialibus elementorū ad probandum fore ſubſtantias, id quo poſito ponitur, & quo ablato aufertur, eſt de eius ſubſtantia, ſed poſito igne ponitur caliditas, & eo ablato aufertur, ergo ſubſtantia eſt calor; Eodē præcepto idem Alexander in Paraphraſi de anima cap. 10. putauerunt, inquit, nonnulli ex veteribus calorem Vitæ operum principem cauſam eſſe cum abdicata, & ſoluta vi caloris nihil ali, augeriq; poſſe conſpicerent, nullum igitur ponunt diſcrimen inter calorem, ſpiritum, & naturam, quorum ſententiam refellit Ariſt. 2. de an. 41. oſtenditq; calorem innatum non eſſe animam, & functionū cauſam, ſed miniſtrum potius, ratio eſt promptiſsima, quia præcipua incrementi cauſa non eſt, neque nutrimenti; expedit igitur ponere prius calorem hunc innatum, virtutem quandam eminentiorem, cui primum hęc opera referantur, quæ anima eſt, & viuentium endelenchia, quod ita probat; Si calor, inquit, cauſa eſt præcipua incrementi, tūc viuentia augerentur in infinitū, quod eſt falſum, viuentia etenim omnia terminos habent propriè magnitudinis, & augumenti, quare à calore non augentur, & ideo calor innatus non eſt forma, & eſſentia viuentium, ſequentia ita deducitur, quia igni appoſito combuſtibili auget in infinitum, ſed cum iſte calor igneus eſt, igitur appoſito illi alimento in infinitum abibit, atq; adaugebitur: Sed hæc Ariſtotelis argumentatio à quibuſdam noſtrorum temporum ſubtilibus non ita valida, & robuſta videtur, quoniam, & ſi veriſsimum ſit illud, quòd appoſito igne combuſtibile in infinitum augetur, ignis tamē bifariam perpendi poteſt, velut in ſe, vel vt eſt in viuente, in ſeipſo veriſsimum eſt illud, ſcilicèt appoſito cōbuſtibili infinita erit augumētatio, quoniam ex nouo combuſtibili fit, & renouatur ignis, ſed in viuente non ita ſe habet, quoniam in viuente potius diminuitur calor ille igneus, quàm augetur, cum ſemper

eundem

eundem gradum nõ ſernet,& eaſdem vires,quas ab initio generationis adeptus,ſed potius admittit,venit etiam in viuente depræſſus: & ob id eoſdem gradus, & vires ſeruare nequit: Propterea non ſequitur actio in infinitum ex alimẽto illo appoſito quotidiano, quod quidem exemplo declarari poteſt ex ipſomet Ariſt.1.de generat.41.de generoſo vino, cui ſi ſemel, atq; iterum aqua ſuperfundatur, vſq; adeo vires admittit, vt amplius vini opus exercere non valeat, ita in viuente aſſerere poſſumus, cui & ſi continuo alimento apponitur, langueſcet tandem, & amplius augere non poteſt, fauet huic argumento ſubtilium hominum ſubtilisſimus Scotus, dum de Chriſto diſputat morituro in ſecundo ſent.an ſi morte violenta nõ fuiſſet mortuus,morte tandem naturali interiret, reſpõdet quòd moreretur,quia tanto non eſſet appoſito ex alimento acquiſitio,quanta caloris foret deperditio:Sed licet mihi dicere huic ſubtili,& ingenioſo viro,in Ariſtotelẽ inuehere, cui totus orbis in rebus ſenſibilibus fides præſtat, mox illud non obſeruauit vir iſte Ariſtotelem ſcilicèt ſæpè rationibus quibuſdã topicis in ſuis diſputationibus cõcluſiones probaſſe,& diſputaſſe,ſi tamen prius demonſtrationibus diſceptauerat, veluti in eodem ſecundo de anima 14. cont. manifeſtè patet aduerſus eoſdem veteres,actio,inquit, quæ fit ſecundum loca cõtraria, à calore innato non proficiſcuntur, neq; ab aliqua elementari virtute,nam calor ad vnam tantùm loci differentiam,puta ad ſurſum,quia leuis,calor enim leuitatis eſt Origo, ſicut frigiditas deorſus tradit,& grauitatis eſt cauſa, & motionis deorſũ, quapropter verum eſt dicere, calorem non agere ſecundũ loca contraria,ſed ad vnum dumtaxat,puta ad ſurſum, deorſum verò non:Animantia verò vt oculis perſpicimus,modò ſurſũ, modò deorſum mouentur,mòdò creſcere, modò diminuere, igitur iſtæ functiones à calore non proficiſcuntur, ſed ab anima,& endelenchia viuẽtis. Quare conſtantisſimum remanet, calorem non eſſe animam,ſed animæ inſtrumentum, quo anima ſuas excitat operationes,quod quoq; Ar.2.de animal.cap. 7.explanauit,vt aſſerit importunè quidem ſtatuere nõnullos, animam eſſe ignem,ſed dicetis pro veteribus:Vnde igitur totus calor à Cælo, Ariſt.à motu, & lumine: noſtra Philoſophia quoq; reſpondebit, quia Cęlum igneum eſt, & luminoſum, &

ob id calorem ad nos demittit, à ſtellis etiam deſcendere aſſerimus, veluti cæleſtis ignis radij emicantes: Hinc arbitramur veteres ignem tanta reuerentia veneratos eſſe, vt Cæli animã, eo, prædicabant, viuimus, eo fouemur, eo conſeruamur, nemo igitur ſit, qui ignem extinguere audeat, aut illi vim aliquã inferre, quia qui ignem lædit, animã Cęli, & Cęlum ipſum ſimul lædit, hinc quoq; fabula orta eſt illorum, quibus fabuloſè etiã reſpondere oportet, interrogantibus enim illis, quo pacto calor iſte innatus in Cęlo foueatur? Reſpondebunt cum Heſiodo, aut cæteris fabuloſis Poetis, à vaporibus terræ, & maris tanquã humoribus à ſole ſurſum aſcendẽtibus, & ita ab Oceano nectare nutririd iuino cibo, ſunt deinde corpora cęleſtia incorruptibilia, & virtute cibi illius æterna, quod verè fabuloſum eſt, cum ex vaporibus huiuſmodi in ſublimi, & in cõcauo Orbis Lunæ aſcendentibus impreſſiones fiant, & in Metheorologicas actiones vertãtur, quod cõfirmauit Plato in Thim. cęleſtia, inquit, corpora non aluntur, nec illis opus fuit, vt nouum alimentum, aut aliquid decocti alimenti ſuſcipere, vt excrementa mitterent: Ex quibus omnibus illud elicimus, Cęlũ vegetali anima non viuere cum alimento, nutrimẽto, & miniſtro calore non indigeat.

Confeſſi ſunt nonnulli ex doctioribus ad mentem Auic. Cęlũm viuere, & ſi non vita vegetali, ſenſibili tamen, & iure non vegetali, quia Cęlũ non eſt nutribile, & vt diximus, fabuloſum enim eſt id, quod Poetæ effingunt de vaporibus aſcendẽtibus, quibus putant Cęlum Veſci, de ſenſibili verò probant ex Ariſt. 3. de anima 61. qui aſſerit, omne animal habere ſenſum ſiue generabile, ſiue ingenerabile, additq; Auer. in com. ſiue ſimplex, ſiue compoſitum, ſed cum non detur aliud animal ſimplex, niſi cęleſte corpus, igitur Cęlũ vita quoq; viuit ſenſibili, huius ſententiæ aſſerunt fuiſſe Auicennam, ponentes in Cęleſti corpore motum deſiderij, ſeu vt dicunt cognoſcentis, probantq; ſecũdo ſectatores hac ratione, quam nos ſuperius attulimus. Prouidentia eſt à Cęlo, quæ eſt ſingularium, ſed ſingularia ab anima intelligente non cognoſcuntur, igitur ab anima ſentiente percipi debent, qua Cęlum eſt verè animal, & principium, quo orbis operatur, eſt ergo Auicennæ fundamentum, intelligentiam non informare orbẽ, ſed illi aſſiſtere, & ratione finis mo-

P uere,

uere,& non vt efficiens,ſed nos iam in quæſito de diffinitione animæ omnia hæc aperuimus,ſed hæc Auicennæ opinio,ac ſectatorum ab Auer.12. diuinorũ 36.& de ſubſtantia orbis cap. 2.refellitur,veluti ab Ariſt.aliena hac ratione,quoniam ſenſus ad ſalutem traditi ſunt,Cęlum verò de ſalute nõ timet igitur, ad argumentum vero fundatum in Ariſt.3.de an.61.reſpõdet Alex.Bon.Acchilinus,qui ex falſa illius tex.intelligentia videtur Ariſt. illud aſſerere ſcilicet anima ſenſibili informari, immo totum oppoſitum velle,eo in loco Ariſt. oſtendere aſſerit, & illam intendit dubitationem ſoluere,an cæleſte animal ſenſum habeat? an intellectu viuat,ſenſum nõ habens?& quo pręcepto conſeruari poſſe,& ſoluendo cõcluſionem, ſtatuit negatiuam: poſtremò reſpondit de geminato animali corruptibili,& incorruptibili,corruptibile abſq; ſenſu viuere non poteſt, ſi enim inquit,interrogabis, quare cæleſte animal ſenſu nõ viuit? Reſpondet,aut enim animæ melius,aut corpori,nunc autem neutrum eſt, non propter melius animæ, inquit Auer. in com. quoniam anima ſenſibilis impedit potius intelligentem animam,ideo recurrendum eſt ſtatim ad illud ſept. phyſi, 20. ſedendo,& quieſcendo anima fit ſciens,id eſt quieſcens ab affectionibus animę,ſeu ſcientis,& concupiſcentis, quæ ſæpè vigent,ergo nõ propter melius animæ,neq; propter melius corporis,quàm ſenſus dantur propter ſalutem, at de Cęlo non eſt timendum,ne ſaluetur,ait Auer.qui etiam arguit 3. de anima 60.ſi Cęlum ſenſum habebit, ergo natura aliquid ocioſè egiſſet in eo,quoniam cum ſenſus dentur propter ſalutem, Cęlum verò à ſalute nõ timet,ergo fruſtra illi datur ſenſus,& hoc fundamentum accipit Laicorum Philoſophia ad probandũ contra Auicennam cum Auerroe 2.Cęli com.37.ponentẽ in Cælo Phantaſiam,& ſenſum, quoniam cum ſenſus dẽtur propter ſalutem,poſſent accidere occaſiones nociuæ, à quibus liberabile eſſet per ſenſum: Tota igitur vis omnium in hoc cõſiſtit, quia ſenſus non dantur,niſi propter ſalutem, & cum Auerr. 2. de an.15.com corpora cęleſtia,inquit, manifeſtè videntur intelligere,& moueri,non autem augeri,neq; ſentire,igitur nec augibile, nec ſenſibile, ſed nos iam ad hæc omnia reſpondeamus, quòd ſenſus cęleſti corpori tribuũtur propter cognitionem,& ita non propter melius animæ,neq; corporis, oportet

enim

enim cęleſte corpus habere virtutem cognitiuam particularium, modò intellectus non eſt particularium, ſed vniuerſaliũ. Laica igitur Philoſophia negat Cęlum viuere vita ſenſibili, & omninò ſententias Platonizantium refellit, ꝙ ſi quoque illud aduerſus eorum opiniones afferrent Auerroiſticum cũ primo Cœli com. 5. ſcilicèt Cęlum eſt ſenſibile igitur ſenſu nõ caret, Reſpondent Auerroem per ſenſibile, hoc eſt naturale intellexiſſe in prol. com. 1. phyſ. Auerroes monuerat res ſenſibiles fore Scopum huius Philoſophicæ artis, non autem ſenſibile hoc eſt anima ſentiente præditum, aut per ſenſibile intelligant idest viſibile, per ſtellas etenim vtiq; Cęlum ſenſibile viſibile eſt: Sed abundè hoc aperuit Auer. 2. Cęli 41. Cęlum inquit ratione compræhenditur ex ſtellarum compræhenſione, & exiſtimatione, at ſenſibile ſecus non eſt. Remanet ergo apud Peripateticos, quòd tantum anima intelligibili animatum eſt cœleſte corpus, & ea feliciter viuit, quod ita facilè probãt ex prius deductis non vegetali anima animatur, non ſenſibili, ergo intellectiua anima animatur; Probant ſecundo ratione, quoniam omne, quod mouetur deſiderio intellectuali, eſt anima tũ anima intelligibili, Cęlum eſt huiuſmodi igitur, maior eſt manifeſta, quia abſq; cauſa formali effectus formalis eſſe nõ poteſt, minor probata olim fuit ab Ariſt. 12. diui. trigeſimoſexto, quo oſtenderat Deum mouere Cęlum in ratione amati, & deſiderati, quo textu Doctiſſimè Auerroes illud abſtrahit, & colligit: Ex hoc, inquit, apparet, & liquidò conſtat corpora cęleſtia nõ habere niſi intellectum, & appetitum mouendi in locũ, quam Auerrois ſectatores demonſtrationem vocitant dantem cauſam, & eſſe, quia cauſam reddit, propter quã animatũ ſit; Probatur tertio ex ijs, quæ ſecundo Cęli Ariſto. 13. monuit, omne ait, habens principium motus, & ſex differentias poſitionis eſt animatum, ſed Cœlum eſt huiuſmodi, ergo. Prætereà omne, quod eſt principium tam animatorum, quàm inanimatorũ eſt animatum, poſtremam pręter tot rationes, quas adducere cõſueuerunt, illam adducũt rationem, omne, quod à ſe ipſo mouetur, animatum eſt, corpus cœleſte à ſeipſo mouetur, igitur animatum eſt, maior eſt Ariſt. 8. Phyſ. 29. & Platonis x. de leg. minor etiam eſt ipſius Ariſt. 8. Phyſ. non anima vegetante, neque ſentiẽte, igitur intelligente, ſed ſalua ſemper Doctiſſimo-

rum virorum laude cum Auic. & Ioan. Gram. & Simplicio aſſerere arbitramur nondum intelligente anima Cęlū animari, ſed ſentiente, anima enim intelligens dat tantùm Cęleſti corpori eſſe nobile,& nobiliſſimum ſentiēs verò eſſe formale,quo verè viuit,& verè eſt animal: Sed quoniā multa ſunt,quæ huic ſentiæ aduerſantur,habeatis recurſum ad ea,quę de diffinitione animæ monuimus,interim illas nos diluam⁹ dubitationes, quas afferre ſolent, & primum illam ſoluamus: Si Cęlum eſſet anima ſenſibili animatum,igitur mortale eſſet, rurſum anima vegetabili,quoniam vegetabili à ſenſitiuo non ſeiungitur: Eſſet 3. Ariſt.mancus, cum nullibi mentionem fecerit de huiuſmodi anima ſentiente corporis cęleſtis,ad primam eorum rationem dicimus,quòd illud non ſequitur,ergo Cęlum eſſet caducum,nam in corpore caduco id verum eſt,& in animali corruptibili de cæleſti verò non ſequitur,quoniam non ſunt cęleſti animali traditi ſenſus propter ſalutem,ſequeretur vtique ſi propter ſalutem tribuerentur: Sed cum tradantur illi propter cognitionem,non ſequitur ergo caducum:Ad ſecundam eorū rationem ita reſpondere putauimus, quòd in animali caduco non ſeparatur ſenſitiuum à vegetatiuo, in cœleſti verò ſeiūgitur.Ad tertium illud,quod afferunt,ergo Ar.mancus,& diminutus,reſpōdemus quòd cum Ari.de diffinitione animæ in cōmuni diſſeruiſſet corporis caduci, iam de hac, quæ Cęlo côuenit, diſſeruit quoq; adeo vt ſuperfluū videbatur, rurſus ea repetere,quæ tunc monuerat.

Sed quoniam difficultas propoſita de ſenſibus in cęleſtibus adeo delectabat, idcircò iure illud quoque breui differemus eloquio de ſenſibus in quibuſdam huius mundi corporei animalibus:Aſſerit enim Ar. 2. de anima 20. Si autē ſenſum phātaſiam,& appetitum vbi illud aſſerere videtur,ꝙ vbi ſenſus,ibi delectatio,triſtitia,& ex neceſſitate deſiderium, igitur in omnibus animantibus eſt phantaſia,quia vbi ſenſus, ibi phantaſia, negat deinde ſecundo de anima 156. in formicis, apibus, & vermibus; ſed ſoluit Doctiſſimus Zimara in contrad. ſecūdo de anima de perfecta,& imperfecta phantaſia videas,& ſoluas; ſed nunquid de animali ſempiterno illud verificatur, vbi ſenſus eſt,ibi & delectatio, mæſtitia, & id genus reliquæ animi perturbationes?facilis eſt ſolutio ex ijs,quæ monuimus, quod

non ſunt animali ſempiterno traditi ſenſus propter ſalutem, & delectationem, ſed propter cognitionem, ob id nulla oblectatio nec mæſtitia.

Subſannat Laicorum turba cœleſtis mundi Harmoniā, quia fœdatum habet animæ vehiculum, & tonitruū iam putat audire, aures habet, ſed non audiet.

Cap. XXI.

PArui, aut nihil æſtimat Laicus Philoſophus mundi cęleſtis muſicam, irridetq́; ea, quæ Philoſophia noſtra admonet, ſed ò vtinam eorum irriſio eſſet vt riſus ſolis ſenſibilis, quem quoq́; negligit, tam praua eſt conſuetudine imbutus, & tamen verum eſt, ſolem etiam ridere, dum cœleſtia, & ſublunaria irradiat, & vt Orpheus noſter Sacerdos aſſerit, ſplendore exultat, ſicut terra ab eius remotiſſimis radijs, remotiſſima quandoque luget, ſed iam eorum riſus aggrediamur: Deſpiciunt primo ſic, vbi non eſt aer, ibi non eſt muſica, quia muſica aerea eſt, aereque profertur, ſed in cęleſtibus non eſt aer, ergo nec aeris repercuſſio: Irrident ſecundò, dicentes, quis vnquam huius cęlorum concentū audiuit accedant, & cręedemus eis irrident tertiò. Si mundus cæleſtis reſonans eſt, & harmonicus, ergo organicum, & ita animæ diffinitio ab Ariſt. tradita cœleſti corpori etiam conueniet, quod eſt difficile aſſerere, ſed compatiendi ſunt, quia aures habent, & nō audiunt, nos enim de numerali muſica loquimur, quę dicitur harmonica proportionis, non autem de vocali, quæ aere proferri creditur, vt ipſi falsò effingunt; noſtræ Philoſophiæ ſuffragatur Religioſus illæ Iob 39. capite, quis, inquit, narrabit cęlorum concentum? qui nos ita obdormire facit, quod quidem (vt opinor) de prædicatoribus quoq́; intelligi debet, qui veluti orbes conſoni, vt Muſici conſona prædicant; nā ſi aliquando malo Dęmone impellente diſſona prædicabunt, lectio Euangelica ipſa turbabitur, potius quàm ob ſtrepent, quàm canent: Sint igitur Prędicatores vniformes, & conſoni veluti huius mundanæ, & vocalis harmoniæ cantores, vt corpora cęleſtia vniformi motu

ad

adinuicem ſe mouentia in hoc quoq; cęleſtia corpora ab elementis differunt, quoniam elementa recta latione mouentur, & velocius in fine, quàm in principio: Orbes verò & ſi circulo ferantur, vniformiter tamen mouentur, vt lōga ratione Ariſt. 2. de cęl. mōſtrauit: Sint igitur Prædicatores Muſici, hoc eſt in proclamando conſoni, quod apprimè Apoſtolus obſeruauit, cum à debilioribus in fide adhuc in ſublimitate ſermonis fidentibus, vt à cęteris coapoſtolis diſſentiat, & altiori quodā tono, ac ſublimiori ſermone intonet: Rñdit: *Nos talē cōſuetudinem non habemus, nos prædicamus Chriſtū Crucifixum*, Euangelium eius, Dei virtutem Iudæis ſcandalum, & gentibus ſtultitiam, Chriſtum Symbolum noſtrum verè exiſtimamus, vexillum, & ſignum muſicæ noſtræ, ad Chriſtum tendit harmonia noſtra, nos Cęli ſumus, vt ſcriptum eſt: *Cœli enarrant gloriam Dei*, igitur cōſoni, veh ſi obſtrepem⁹. Huic noſtræ Religioſæ Philoſophiæ fauet quoq; diuinus Plato in Phed. Tria, inquit, nos perducūt ad finem, & ad illud verè vnum, abs quo diſcedimus, A M O R, M V S I C A, *& Philoſophia*, quod clariùs explicat Plot. de triplici redditu animæ ad Deum: Triplici via, ait, poſſumus ad felicitatem illam faciliús conſcendere, per MERCVRIVM, per VENEREM, & per SOLEM, per Mercurium, hoc eſt per Arithmeticam numerorum, & rerum conſonantiam, & ligaturam, ita vt ait Orpheus Senior noſter elementa à Typhone non timent, eſt enim Typhon ex terra, & Titane natus, hoc eſt à ſole, & adeo inter ſe elementa ligata ſunt, vt non metuāt: eſt quoq, Chriſti Domini noſtri Eccleſia ita Symbola conſona, & ligata viminibus, vt à TYPHONE, ideſt à malo Dæmone eius aduerſario non timeat, à Sole enim intelligibili, ęterno, Titane creatus eſt *confrigante manu*, ait Iob cap. 26. & cap. 1: Coluber tortuoſus ad homines probādos, hinc arbitramur Philoſophos noſtros non abſq; ratione virgam Mercurij virgam ſoporiferam vocitaſſe, quoniam homines ad ſe euehit ad acutam ſcilicèt diuinarum cōtemplationem, quo ſopore animus langueſcit, per Mercurium igitur, hoc eſt per Mathematicam, & Arithmeticam, ideſt veram conſonantiam ad Deum cōnſcendimus: idem monuit Plato in Epimonide, & lōgo ſermone oſtendit, ꝙ neq; ars, neq; regimen, nec vlla quæuis doctrina abſq; numeris ſtare poteſt, nullumq; Philoſophū abſq;

ſcientia

ſcientia numerorum poſſe rectè Philoſophari, ſed potius delirari: Eſt quoq; Deus numerorum radix: Per Venerem ſecūdò ad Deum conſcendimus, hoc eſt per delectationē illam, quam de rerum creatarum delectatione, & pulchritudine ſentimus, ita factarum, vt Deitatis imagines, quam Philoſophia noſtra LEPOREM vocitat, pulchritudinem ſcilicèt illam rerum factarum, ab illa Dei pulcritudine abſtrahendo, hanc deinde rerum mundanarum fœtidā, & ſordidam exiſtimat: Quæ omnia B. Pater Aug; ita explanat, Deus, inquit, per viam boni à nobis contemplatur hoc pacto: tolle hoc, tolle illud, & conſidera bonum ſi potes. PER SOLEM tertiò ad Deum conſcendimus, ait Plato, & Plotinus, & ad Deū per SOLEM anima reddit, quoniam imago eſt ſolis ipſius Dei lucidiſſima, Dei ſtatua in hoc templo mundano ab eo poſita intuentibus præ cæteris admiranda: Hinc veteres (vt Plato refert) Iamblicus quoq; & Macrobius, SOLEM vt Deum venerabātur, licèt nō adorandum, vt Socratis aduerſarij Socratem criminati ſunt: Falſa igitur fuit aduerſus Socratem accuſatio illa, quoniam Solem viſibilem non adorauit, ſed intelligibilem, & ſupra mūdanum, hunc verò vt imaginem illius venerabatur: Fides etiā noſtra Deum Solem appellitat, & patrem vocat luminum cū Iacobo, apud *quem non eſt tranſmutatio, neq; luminis obumbratio*, vocitant Platonici hunc animę reditum regenerationē, generatur enim anima apud eos, & regeneratur, generatur quidē, cum ad corpus generatum deſcendit, non autem ex ſemine educta, ſed quia commertium habet cum re genita, regeneratur, cum ad ingenita redit, & ad ęterna reuertitur, ita explicat Plato de Reg. fauore tamen Saturni contemplationis numinis: Propterea addimus nos viam quartam, ſcilicet per viam SATVRNI, apud Sacerdotes noſtros Philoſophos eſt & contemplationis typus Saturnus, ita vt ex hoc mundo ſenſibili ad intelligibilem conſcendimus, vt Saturni filij curru illo æthereo, ſplendido, & tenui, quem *animæ currum* appellant: Falsò ergo à garrulis, & vulgaribus criminatur Saturnus: quia filios generet gemebundos, lucri cupidos, maniacos, atrabilioſos, quos inde deuorat, vt eſcam panis, vulgaribus ſuffragantur Philodoxi, & Philocaliæ filij, ſed quid nobis cum Plebeis Philoſophis? Si enim Saturnus filios generat gemebūdos, de eis

ſcriptum eſt, *beati, qui lugent, quoniam conſolabuntur*, ſi atrabilioſos procreat, & frigidos; patientes generat, igitur charitatis filij ſunt, de quibus legimus: *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras* ſi frigidos quoq; procreat filios, laudandus venit Saturnus, quoniam ſolitarios generat vitam ſolitariā degentes, vt præſtantiorem circa vnum ſemper verſantes per intelligentiam, iure igitur dictum eſt Mariæ: *Porrò vnum eſt neceſſarium, & optimam partem tibi elegiſti*; Martha è cōtrario rerum multitudinis typus, rerum creatarum, & inferiorū Symbolum, rationem turbat, propterea illi dicitur, *ſollicita es, & turbaris plurimùm*: ô quàm per bellè apud veteres contemplātium ſocietas Saturni religio dicebatur, puta ſupramundani, ô felix Saturnorum hominum cōſociatio in Saturno illo ſummo quieſcentium, nec vacat myſterio hæc gentium, & Seniorū Theologia, cum ſit noſtræ cognata, quæ ita explicat. *Quieuit Deus die ſeptima*. Sabbathum enim requiem denotat contemplantium: Si deniq; filios generat, vt aiunt: lucricupidos, verè lucri cupidi ſunt, quia theſauros in Cęlo congregant: congregare igitur Theſauros in Cęlo, Saturnorum eſt, & eorum præceptum *theſaurizate vobis theſauros in Cælo vbi nec tinea, nec erugo demolitur*: Saturni etiam filijs dictum eſt, *facite vobis amicos de Mammona iniquitatis*, vt cū defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula: Si poſtremò Saturnus (vt lacerantes Plebei Philoſophi aſſerunt) filios procreat, Maniacos hos generat, de quibus ſcriptū eſt, *nos autem inſenſati arbitrabamur eorum vitam inſaniam*, ipſi verò ad tyrannos, *nos ſtulti propter Chriſtum ſpectaculum* facti ſumus Mundo, aptè igitur, immò aptiſſimè veteres ſapientes initio ſuo librorum, quos interpretandos ſuſceperant. Saturnum implorabant, hoc eſt lumen illud ſupra naturale, & auream ſub Saturno ætatem decantabant, vt Maronianum eſt illud.

Iam redit, & Virgo, redeunt Saturnia Regna.

Det nobis igitur Deus, quod iubet, ait Auguſtinus, vt Muſarum illud cæleſte templum in Cacumine Montis poſitum, in quo beneplacitum eſt Deo habitare, conſcendere valeamus, his quatuor vijs ita orando, *Vias tuas Domine, demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me*: Sed id obſeruetis, obſecro, heus vos Lectores,

ctores, nonne hæc omnia, & ſi Theologia gentium eſt, noſtræ eſt cognata? quæ per viſibilia primùm ad inuiſibilia nos manuducit, vt Paul. ad Rom. teſtatur. Quam Seniores viam Mercurij vocitant, de qua Plot. ſæpè meminit, *inuiſibilia enim Dei per ea, quæ facta ſunt, conſpiciuntur.* Nonne etiam via, quam dicunt *Veneris*, via eſt ſcripturarum? quam Religioſa Philoſophia noſtra viam leporam vocat, hoc eſt via delectabilis, qua ad Deû anima reuertitur, ob id veritatis Oraculû illud aſſerebat: *Scrutamini ſcripturas, quoniã ille teſtimonium perhibet de me*; in ea enim ſpiritus noſter ita oblectatur, vt præ dulcedine langueſcit, & cû Regina Sabeorum illud Salomoni canit, *amore langueo*: Nõ ne quoq; ipſa Regina præ languore nõ habebat vltra ſpiritũ? vt 3. Reg. cap. 10. Legimus: O quam perpulcrè, & illud cecinit David. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo.* Venerea eſt igitur, hoc eſt delectabilis, & ſuauis ſcripturarum via, vt anima ad Deum redeat. Quod ſi profundius hoc, quod explicauimus, & Theologicè aperiemus, illudque inueniemus, theſaurum abſconditum: Legem primò ex Arabia deſcẽdiſſe: Regina enim Sabeorum legis eſt Symbolum, quæ ad Salomonem venit, hoc eſt ad Chriſtum, ad eius euangelium, ad veram ſapientiam: Tota autem lex ad euangelium tendit, vt non vltra viuat, & non erat ei vltra ſpiritus, non enim vltra viuit lex: in Euangelio enim omnis lex, omniſq; cultus, & Religio clauditur, vel dicamus, & altius: Sabeorum Reginam huius Regni ſenſibilis fuiſſe typum, & ſapientiam, quæ ad Salomonẽ venit, Chriſtû, vt ſcriptum eſt: *Et ecce plusquam Salomon hic*, quid enim Chriſtus eſt, niſi ſapientiæ fons: iure ergo ad intuitum Chriſti cadit Regina, & præ languore & dulcedine nõ eſt illi vltra ſpiritus: Quoniam ſcriptum eſt; *Perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentum reprobabo*: ſtultam enim fecit Deus huius mundi ſapientiam, in ſapientia Euangelij, in quo huius mundanæ Scenæ Philoſophi cæcutiunt, & delirant: Cû earum Regina rerum naturalium ſcilicèt Philoſophia, Tertiò per viam *Solis* animam ad Deum reuertere admonuimus cû veteribus: Idem admonet Theologia noſtra fidelium, qui ſol Chriſtus eſt radians, & illuminans omnem hominem, lux vera eſt Chriſtus ait Ioannes, quoniam omnis lux quæuis illa fuerit, lux vera nõ eſt, ſolus Chriſtus eſt vera lux, oculi enim noſtri ab ipſis inchoã-

tes,cum tempore noctis videre non valent,lux falſa apparens eſt: Ratio quoq; humana lux eſt, & naturali quodā lumine intuetur,videt,& iudicat, ſed tandem cum non verè iudicat, nō vera lux,ſola enim ſenſibilia videt,& de eis iudicare debet,nō autem quæ vera, & intelligibilia ait Plato in Parmenide.Sol quoq; iſte mundanus Dei Vicarius,non verè lux,quia illos ſolum illuminat, qui ipſos non habet oculos, & eos qui Oftalmico morbo non patiuntur. Apoſtoli; vt de omni ſit præpoſitio,lux ſunt,vt eis dixit in illo tempore Dominus:*Vos eſtis lux mundi*, at cum ab intelligibili Sole illuminantur, verè lux non ſunt,& huic noſtræ Theologiæ conſonus eſt Plato in Phed.de tribus animæ certaminibus:Aſcendit,inquit,animus ad Deū, cum rectè fuerit Philoſophatus, & inferiores animæ vires intelligentiæ ſubdit: Aſcendit ſecundò cum ſapientiam diuinā fuerit aſſecutus.Tertiò aſcendit cum alis illis geminis reaſsūptis ad Cælum euolauerit: Rurſus aſcendet primò, cùm à pulcritudine corporea ad immortalem animæ ſpeciem ſe cōuertit: Aſcendet ſecundò, ſi ad animæ immortalitatem conſcenderit: Aſcendet tertiò,cum ab hac ad illam intelligibilē,conuertatur,quo in idem conincidunt.Scrutantes tamen ea, quæ Plato,ac ſectatores de animæ ad Cælum reditu ſcribunt, quia tā adinuenere viam excellentiorem, quàm differendi artē vocant: In tribus enim ait Alcinous Platonis diſcipulus, verſatur Philoſophus Religioſus,in rerum contēplatione,in actione virtutum,& in differendi arte, Ars autem differendi, ideſt Dialecticæ rationis: Per Dialecticam verò, non illam Ariſtotelis intelligas,quę ſuppoſitionibus eſt ſubiecta,ſed intelligas apud Platonem Metaphyſicam ab omni ſuppoſitione liberā, nec illam intelligere debeamus Metaphyſicam Peripateticā, ſed per Dialecticam illam appræhendamus,quæ ad prima nos manuducit initia,ideſt ad idæas, ad idearūq; cognitionē ſublimi quadam indagine,quæ vera eſt ſapientia.

Sed age modò cauillos aduerſariorū noſtrorum diſſoluamus,quos putant neceſſarios,& inſolubiles, & ad primum, dū ita arguūt; Vbi nō eſt aer, non eſt aeris repercuſſio,in cæleſtibus non eſt aer,igitur nec aeris repercuſſio,neq; ſonus, qui nō eſt,niſi aeris repercuſſio: Ad hoc ex ijs,quæ dicta ſunt,reſponſum eſt; Noſtra loqui Philoſophia de Harmonia,& Muſica proportio-

portionis,& numerali intendit,non autem de vocali,quæ aere profertur,& aerem primò exquirit; Hoc igitur Muſicæ genus iure à Platone Muſica dicitur ꝓportionis,& medietatis,quoniam omnia proportione,numero,& menſura facta ſunt,propterea de Republica optime inſtituenda,vt ſit Muſica,& Diapeſonica monuit Geometrica,& Arithmetica;At quia ad oblectationem ſcribebamus,vt diximus,& non ad oſtentationē, idcircò hoc in loco quærere voluimus peripateticè tamen, an in aere tantùm eſt ſonus? an quoq; in aqua?ex verbis Ariſtot. 2.de an.cont.29. Proprius inquit aeris,neq; aquæ,quibus verbis innuere videtur,quod ſub ratione communi,& in vtroque recipiatur,licet magis ī aere.Huic dubitationi Ioānes Gram. 2.de anima præcitato in loco ita reſpondet, quòd realiter eſt in aere,in aqua verò ſecundum ſpeciem; quam reſponſionem ſic approbat,ſonus,ait ille,ad hoc vt recipiatur, & reſonet,requiritur motus, velocitas,quam ſequitur fractio,at motus velocitas nō fit niſi in aere,in aqua verò minimè,quòd ſi in aqua quoq; fit ſecundum ſpeciem fiet,& ſpecies ſoni erit,ſed verè,& realiter in aere eſt ſonus; Hanc Ioandis Gram. reſponſionem confirmant alij hoc ſigno, quia vento flante ad eius motionē fertur ad nos ſonus,& interius vox percipitur,& ſi à parte oppoſita fit,non ita continget; Probant etiam alio ſigno, quia ſi fieri debet ſonus in fundo aquæ, neceſſe eſt ſuper natare aerē, & apparere ſuper aquam ampullas quaſdam: Probant tertio hoc etiā ſigno,quia ſi piſces velociter natantes in fundo aquę, aut in medio brancas percutientes,ſonum, vel ſtrepitum non generant,ſed vtiq; in ſuperficie aquę, vbi eſt aer.

Themiſtius verò ſecundo de an.& Auic.6.nat. in aere, & in aqua fieri voluerunt hac ratione,quia conditiones, quæ ad ſonitum requiruntur,& in aere,& in aqua quoq; reperiūtur,puta,vt ſit primo corpus fluuidum, vt ſecūdo ſit molle, tertio reſtringibile,ſed horum ſententia cum Themiſt. deficit, quoniā præſtantiorem relinquunt conditionem, ſcilicèt motus velocitatem,vt inde fractura ſequatur.At in aqua huiuſmodi motus velocitas non eſt,igitur nō in aqua erit realiter ſonus,niſi vt Gram.ait ſecundum ſpeciem,facilis eſt tamen inter eos cōciliatio,ſi ea,quæ Alb.adnotat,obſeruabimus,ita enim Alber. conciliaret,quòd ſubiectiuè eſt aere,per concomitantiam ve-

tes, cum tempore noctis videre non valent, lux falſa apparens eſt: Ratio quoq; humana lux eſt, & naturali quodã lumine intuetur, videt, & iudicat, ſed tandem cum non verè iudicat, nõ vera lux, ſola enim ſenſibilia videt, & de eis iudicare debet, nõ autem quæ vera, & intelligibilia ait Plato in Parmenide: Sol quoq; iſte mundanus Dei Vicarius, non verè lux, quia illos ſolum illuminat, qui lippos non habet oculos, & eos qui Ottalmico morbo non patiuntur. Apoſtoli, vt de omni ſit præpoſitio, lux ſunt, vt eis dixit in illo tempore Dominus: *Vos eſtis lux mundi*, at cum ab intelligibili Sole illuminantur, verè lux non ſunt, & huic noſtræ Theologiæ conſonus eſt Plato in Phed. de tribus animæ certaminibus: Aſcendit, inquit, animus ad Deũ, cum rectè fuerit Philoſophatus, & inferiores animæ vires intelligentiæ ſubdit: Aſcendit ſecundò cum ſapientiam diuinã fuerit aſſecutus. Tertiò aſcendit cum alis illis geminis reaſſũptis ad Cęlum euolauerit: Rurſus aſcendet primò, cum à pulcritudine corporea ad immortalem animæ ſpeciem ſe cõuertit: Aſcendet ſecundò, ſi ad animæ immortalitatem conſcenderit: Aſcendet tertiò, cum ab hac ad illam intelligibilẽ conuertatur, quo in idem conincidunt. Scrutantes tamen ea, quæ Plato, ac ſectatores de animæ ad Cęlum reditu ſcribunt, quia tã adinuenere viam excellentiorem, quàm diſſerendi artẽ vocant: In tribus enim ait Alcinous Platonis diſcipulus, verſatur Philoſophus Religioſus, in rerum contẽplatione, in actione virtutum, & in diſſerendi arte, Ars autem diſſerendi, ideſt Dialecticæ rationis: Per Dialecticam verò, non illam Ariſtotelis intelligas, quę ſuppoſitionibus eſt ſubiecta, ſed intelligas apud Platonem Metaphyſicam ab omni ſuppoſitione liberã, nec illam intelligere debeamus Metaphyſicam Peripateticã, ſed per Dialecticam illam apprehendamus, quæ ad prima nos manuducit initia, ideſt ad idæas, ad idearũq; cognitionẽ ſublimi quadam indagine, quæ vera eſt ſapientia.

Sed age modo cauillos aduerſariorũ noſtrorum diſſoluamus, quos putant neceſſarios, & inſolubiles, & ad primum, dũ ita arguũt; Vbi nõ eſt aer, non eſt aeris repercuſſio, in cœleſtibus non eſt aer, igitur nec aeris repercuſſio, neq; ſonus, qui nõ eſt, niſi aeris repercuſſio: Ad hoc ex ijs, quæ dicta ſunt, reſponſum eſt; Noſtra loqui Philoſophia de Harmonia, & Muſica proportio-

portio-

portionis,& numerali intendit,non autem de vocali,quæ aere profertur,& aerem primò exquirit; Hoc igitur Muſicæ genus iure à Platone Muſica dicitur ꝓportionis,& medietatis,quoniam omnia proportione,numero,& menſura facta ſunt,propterea de Republica optimè inſtituenda,vt ſit Muſica,& Diapeſonica monuit Geometrica,& Arithmetica;At quia ad oblectationem ſcribebamus,vt diximus,& non ad oſtentationē, idcircò hoc in loco quærere voluimus peripateticè tamen, an in aere tantùm eſt ſonus? an quoq; in aqua?ex verbis Ariſtot. 2.de an.cont.29. Proprius inquit aeris,neq; aquæ,quibus verbis innuere videtur,quod ſub ratione communi,& in vtroque recipiatur,licet magis ī aere.Huic dubitationi Ioānes Gram. 2.de anima præcitato in loco ita reſpondet, quòd realiter eſt in aere,in aqua verò ſecundum ſpeciem; quam reſponſionem ſic approbat,ſonus,ait ille,ad hoc vt recipiatur, & reſonet, requiritur motus, velocitas,quam ſequitur fractio,at motus velocitas nō fit niſi in aere,in aqua verò minimè,quòd ſi in aqua quoq; fit ſecundum ſpeciem fiet,& ſpecies ſoni erit,ſed verè,& realiter in aere eſt ſonus; Hanc Ioandis Gram. reſponſionem confirmant alij hoc ſigno, quia vento flante ad eius motionē fertur ad nos ſonus,& intētius vox percipitur,& ſi à parte oppoſita fit,non ita continget; Probant etiam alio ſigno, quia ſi fieri debet ſonus in fundo aquæ, neceſſe eſt ſuper natare aerē, & apparere ſuper aquam ampullas quaſdam: Probant tertio hoc etiā ſigno,quia ſi piſces velociter natantes in fundo aquę, aut in medio brancas percutientes,ſonum, vel ſtrepitum non generant,ſed vtiq; in ſuperficie aquę, vbi eſt aer.

Themiſtius verò ſecundo de an.& Auic.6.nat. in aere, & in aqua fieri voluerunt hac ratione,quia conditiones, quæ ad ſonitum requiruntur,& in aere,& in aqua quoq; reperiūtur,puta,vt ſit primo corpus fluuidum, vt ſecūdo ſit molle, tertio reſtringibile,ſed horum ſententia cum Themiſt. deficit, quoniā præſtantiorem relinquunt conditionem, ſcilicèt motus velocitatem,vt inde fractura ſequatur. At in aqua huiuſmodi motus velocitas non eſt,igitur nō in aqua erit realiter ſonus,niſi vt Gram.ait ſecundum ſpeciem,facilis eſt tamen inter eos cōciliatio,ſi ea,quæ Alb.adnotat,obſerbabimus,ita enim Alber. conciliaret,quòd ſubiectiuè eſt aere,per concomitantiam ve-

rò eſt in aqua, ſunt adeò elementa in viminibus ligata, vt ea ratione, qua contigua ſunt, fiat ſonus in aqua realiter etiã, ſed per concomitantiam: Nos verò ita conciliare conſueuimus, quod in aere fit ſonus realiter, ſenſibilius tamen, in aqua verò in ſenſibiliùs; Verùm quoniã naturalis Philoſophus circa quę ſenſibilia ſunt, verſatur, ait Auer. in Prol. magno Phyloſophiæ auſcultationis, & res ſenſibiles ſunt ſubiectum Phyſici, primũ in aere erit ſonus, minus verò in aqua, realiter tamẽ; Hæc autem obiter dicta ſunt, occaſione ducti aduerſarum argumẽto ita arguentium, vbi non eſt aer, non eſt ſonus, iam reſponſum fuit, nos de ſono, & Muſica proportionis, & numeri intendimus, non de ea, quæ aere profertur; Negabit etiam Philoſophia noſtra Sacerdotia illud, in Cęlo non eſt aer, quoniã aeré, & cætera elementa in cœleſtibus collocauimus, vt ſuo loco aperuimus.

Ad ſecundum verò argumentum, quod adducere ſolent, dũ negligentes, & irridentes arguunt, quis nam huiuſmodi Muſicam, & ſonitum audiuit? accedat, & credemus ei. Reſpõ. quod ſolus ille à purgatis auribus ſolùm percipitur per virtutes purgatrices, neglecto hoc mortali, & craſſiori corpore, non percipitur, tamen ab his, qui ſedatum habent animæ vehiculum, de quibus ſcriptum eſt, *aures habent, ſed non audiunt*, de quibus etiam idem Ioannes cap. 12. *Venit vox de Cælo, & dixit: Clarificaui, & iterum clarificabo*; polluti verò putabant tonitrum audire: de immundis etiam, & pollutis hominibus ſcriptum etiã reperimus: *Vbi sui, & venuiſtis, obturauerunt aures ſuas, ne intelligerent*; Huic noſtræ ſolutioni fauet Plotinus cap. nono de pulcro: oculum quidem habent omnes, ſed per pauci eo vtuntur: Nobis quoq; fauet Mercurius ad Tatium: Sicut inquit, oculos habentes purgatos, mentem conſequũtur, ita & purgatas aures obtinentes, illam percipiũt harmoniam: Rogemus igitur nos pro aduerſarijs noſtris abſentib⁹, ne aſpides fiant, ſed cãtum hunc percipiant naturalem proportionis, & illud obſeruent Platonis documentum, quod de Rep. ſtatuit obſeruandũ inuiolabiliter, vt ſit primo *Muſica*, hoc eſt in idem tendẽs bonum, ſit harmonica maioribus maiorem, minoribus minorem tribuendo: Sit ſecundò Arithmetica, vt detur ſcilicet vnicuiq; ſecundum menſuram, vt inde pax in Rep. fruatur: Sit 3. Geo-

metrica.

metrica,æquando,colligendo, vnionem præſtando: Valeant igitur Platonis impoſtores: Virum adeo religioſum lacerãtes quia legem de communi vxore,& filijs ſtatuit obſeruandũ dialogo primo, quoniam non de communitate generationis vir ille ſapiens,neq; ad fortunæ bona intendebat, ſed de cõmuni æducatione ad virtutem: Igitur tendebat intentio, quia virtute Reſpublica ſeruatur in vnum, vt etiam ſacra eloquia teſtantur: *Ecce quam bonum, & quàm iocundum fratres habitare in vnum,* hanc legem de communi educatione inſtituit Moyſ. Exo. 23. vt res proximi curare debeamus, vt noſtras: Statuit igitur Plato de Rep. vt vnus quiſquam ſuam habeat vxorem, & vni viro tradatur cunctis tamen vt propria diligenda, igitur mutuam charitatem adhortatur veluti in exercitu milites omnes vigilare tenentur, ne quis ab hoſtibus lædatur, huc tẽdit illud, omnia amicorum communia, ob id Ariſt. 8. Eth. negat amicorum multitudinem; Nec valet Ariſtotelis 2. Polyt. defenſio, tunc Platonem delitaſſe, aut in ebrietatem incidiſſe, quoniam de Platone ita ſcribit Cicero, malo cum Platone errare, quàm cũ cœteris rectè ſentire, & ſi Iuppiter humana lingua loqui voluiſſet, non alia, quàm Platonicè locuturus: Habemus tandem D. Auguſtinum D. Hieronymum, Dionyſium, Areopagitam viros Religioſiſſimos: qui ſobrietatem Platonis, & eius Sãctimoniam apprimè ſcribunt: Ad Muſicam igitur, hoc eſt ad pacem, & vniformitatem lex Platonis tendebat, Noſtræ Philoſophiæ ſuffragatur illud Poetarum figmentum: Tres fœmellas in Ciuitate parturientes, quas Heſiodus vocat filias Themis, poſuit, IRENEM, DYCEN, & EVNOMIAM, Iren typus eſt Arithmeticæ, quæ pacem parit, Eunomia, Geometricam, vnionem adducens, Dycen verò Muſicam, ideſt, identitatem, communitatem, & Iuſtitiam diſtributiuam, quæ conſtans eſt;

Ad tertium verò argumentum in ſequenti capite reſpondens illud quærentes quæſitum, an Cęlum ſit Organicum? Ex quibus patebit reſponſio.

An anima diffinitio ab Ariſto. tradita ſecundo de ani. cœleſti quoq; animæ conueniat, diſputatio eſt Palladis filiorum, & non iurantium in verbis præceptorũ.

Cap. XXII.

COnfutauerat Ariſt. omnium Philoſophorũ veterũ de an. diffinitiones, confutauit præcipuè Pythagoreorũ noſtrorum non eſſe numernm ſeipſum mouentẽ, & excitantẽ, deniq; neq; ſeptenariam fore reiecerunt aſſeclæ eius; quæ omnia exactè aperiemus. Sed adhuc arduum, & per difficile præponitur diluendum quæſitum, an animę diffinitio ab ipſomet Ariſt. 2. de an. tradita actus ſit corporis Phyſici organici animæ cæleſti conueniens? Non defuerunt, temporibus noſtris Apollinei, vt ita dicam: homines & lucis filij, qui noua ſemper ex Philoſophiæ fontibus emanarunt, ad mentem Ariſt. hanc animæ diffinitionem allatam, cæleſti quoq; corpori cõuenire, quod profectò arduum eſt, & valde obſcurum, quoniam videntur omninò ab Ariſt. recedere, & ab omnibus ferè peripateticis: Nã illas aiunt animas ab Ariſt. contemplari debere, & diffiniri, quæ in materia ſunt, at anima cęleſtis corporis in materia non eſt, igitur anima dumtaxat animalis caduci ab Ariſtotile diffinitur: ſecundo ea animæ ab Ariſt. diffinitio in medium affertur, quæ ẽ inſeparabilis ab ea, cuius eſt actus, at anima cęleſtis corporis ſeparabilis eſt, immo ſeparata, igitur cęli anima ſub illa diffinitur non clauditur: Tertiò ea anima diffinitur, quæ eſt actus corporis Phyſici organici, at cæleſte corpus non eſt organicum, cum ſit corpus ſimplex, & ſenſibili, & vegetabili anima careat; illud enim eſt organicum corpus, quod habet diuerſitatem in partibus, vt ſtirpes diuerſas functiones à natura ſibi delegatas, vt frondes ad cooperiendum fructus, radices ad alliciendum alimentum à terra, at Cęlum nõ ita, nec tale eſt, quũ in omnibus partibus eſt conſimile, & homogeneum; igitur ſub hanc diffinitionem cadere non poteſt. Quartò, anima, quæ ab Ariſt. diffinitur, eſt quæ potentia vitam habet, ſed cœleſte corpus actu viuit, & ſemper actu eſt viuens. Quintò, & poſtremò ex progreſſu Ariſtotelis in his, quæ de anima, liquido apparet

nullam

nullam feciſſe mẽtionem de anima cęleſtis corporis præcipuè
in ſecundo de anima,vbi de ea erat indagandum,nam cum de
communi animæ diffinitione diſſeruiſſet,ſingulas animas ma-
nifeſtare eſt aggreſſus,conſtatq; eo libro vegetalem, ſenſibilẽ,
eiuſq; potentias,operationes,& obiecta contemplari,de ſenſu
communi,& fantaſia. Tertiò verò de an.lib. ſcrutatus eſt, qua
homo ad eius mentem intelligit, & ſapit, & quam habeat diſ-
ferentiam,quomodo quoq; fiat ipſum intelligere, denique de
intelligibili in ſe manente, mox de principio animalis moti-
uo, quod eſt appetitus, & ita libris de anima finem imponit,
nulla facta mentione de anima cæleſtis corporis,igitur anima
Verùm hæc omnia non videntur Ar. omninò conſona, ſed potius Philoſophia eſt Academica,quàm Peripatetica,& illud præcipuè,duas ponere in cęleſti corpore formas,ſcilicèt ſenſitiuam alteram,alteram intellectiuam,ſenſitiuam quidẽ vt cęlum ſit verè animal animatum,intellectiuam,vt ſit nobiliſſimũ corpus, quoniam rationi videtur horum ſententiæ aduerſari, dum aſſerunt animam hanc ſentientem eſſe formam mediam, quoniam inter ſeparatum,& non ſeparatum non datur mediũ quod eſt triuiale dictũ ab omnibus ferè Peripateticis: habuimus cum ipſis quandoq; diſputationem, & ad hoc ita reſpondebamus, inter ſeparatum ſimpliciter, & non ſeparatum non datur medium,ſed inter tale ſeparatum,& non inſeparatũ vtiq́ue dari poteſt medium: Eſt enim,(inquiũt,)hæc ſeparatio talis, quoniam anima hæc eſt quodammodo ſeparata, quia animabus ſeparatis omninò,& ſimpliciter aſſimilatur, eſt quodãmodo inſeparabilis, quia materiæ aſſimilatur conſtituens cęlum ineſſe,vt ſit animal,& propterea rurſus inſurgimus, quòd hæc non ſunt Peripatetica,ſed potius ad Philoſophiam noſtrã velatam,& ſacerdotiam ſpectãtia,& ab Auer.incipit,vt de ſubſtantia orbis legere eſt is, qui poſt diſputationem de materia cęli in actu,de forma, qua cęlum in eſſe conſtituitur, diſputationem quoq; aggreditur, & cum eo quàm plurimi Peripatetici aſſeruerunt, huiuſmodi formam cęlum in eſſe conſtituentem,eſſe intelligentiam hac ratione, quia aliqua formarũ elementorum eſſe nequit oſtenderat enim cum Ariſ.1.cęli,cęlum non eſſe aliquod elemẽtorum,neq; eorum mixturam eſſe, erit igitur forma eius anima,at vegetalis anima eſſe nequit,hæc.n. ſolis viuentibus, quæ morti ſubijciuntur, accommodata eſt, neq; ſenſibilis, quoniam hæc animali traditur propter ſalutẽ, cęlum verò perpetuum,& à Typhone(vt dicunt,)nõ timet,igitur intelligentia mẽs illa ſcilicèt ſola erit cęleſtis corporis forma,quæ cęlum in eſſe conſtituit,& illud vnum reddit,cõfirmat

hoc

hocmet Auerr. diſputatione tertia ſuarum diſputationũ , dubio vndecimo, vnum primum ſibi præſupponens, cęlum ſcilicèt moueri,& ita arguit,q̃ dat Cęlo motum, eſt eius forma, at intelligentia eſt, quæ dat cęlo lationem, igitur ipſa eſt forma eius,hanc rationem ab Ar.8.Phyſ.Auerr.accepiſſe nulli eſt dubium,monſtrauerat enim Ariſ.cęlum eſſe corpus ſeipſum mouens,igitur à principio eius intrinſeco,& in ſeipſo cum quodlibet mobile in partem mouentem, & motam diſtribuatur, & licèt alij Peripatetici præter intelligentiam aliam tribuũt cęlo formam ipſum cœlum in eſſe conſtituentem,conſentiũt tamen cęlum eſſe quodam conſtitutum, & conflatum ex materia in actu,& alia forma, quæ tamen nõ eſt ſenſitiua anima, quia cum cęleſte corpus diuiſibile eſt, ſexcluſa etiam intelligentia, ergo ex actu, & potentia eſt conflatum. Simplicius etiam cęlũ præter intelligentiam in eſſe conſtituit ex forma illa, quã vocat naturam,& naturalem formã: quod clariùs doctiſſimi Peripatetici hoc argumento aperiunt, aut cęlum ſecluſa intelligentia eſt actus,vel habens actum,non actus, quia eſſet forma tantùm,ergo eſt habẽs actum, igitur compoſitum ex materia, & forma,Peripatetica igitur non eſt Philoſophia,in cęlo ſenſitiuam animam ſtatuere liquidò etiam conſtat,horum ſententiam ab Ar. recedere 2.enim de anima cont. 128. numerũ ſenſuum ex numero organorum oſtendẽs ille ita arguit, ſi ſextus ſenſus reperiretur, alium organum reperiri neceſſe eſt, quoniam ſenſus abſq; organo conſiſtere nequit,ſed nõ adeſt aliud organum,ergo præter quinq; alius ſenſus nõ adinuenitur:Arguatur igitur ſic ab obiecto: Potentia abſq; obiecto eſſe non poteſt,quia fruſtrà eſſet,& ocioſa,ſed cęlum non indiget obiectis ſenſibilibus, igitur non eſt Peripatetica Philoſophia ponere animam ſenſitiuam in cęlo: Rurſus duas ponit Ariſ. formas,abſtractam,& in materia, ſi abſtracta eſt huiuſmodi forma,igitur eſt intellectus,ſi verò materialis, igitur cęlum corruptibile: non eſt igitur Peripatetica poſitio, nec rationi cõſona,huic aſſertioni aſtipulatur Themiſtius fidus Ariſt. interpres 3.de an.cap.3. ratione inquit, extremis mundi partibus ſenſus denegati ſunt,ideſt cęlo præcipuè,& plantis, cęlum quidem quia intellectum tantùm: ſtirpes verò vegetalem dumtaxat,nec valet illorum Peripateticorum reconciliatio, aſſerẽtium

ferrum attrahendum vtitur parte ſeptentrionali ait Achilinus Bononienſis, & ad expellendum parte vtitur meridionali; pars igitur cęli meridionalis, & ſeptetrionalis ſunt appropriatæ, & ſi non propriè cœli inſtrumenta, quibus, & organa materiæ cęleſtis congruũt hoc pacto venit etiam intelligendus Auerr. ſecundo cęli ſtellas ſcilicèt eſſe quaſi cœli organa, quibus operatur. Scimus vtiq; propriè organicum habere diuerſitatem in partibus puta denſum, & rarum; ſed iã diximus ſupra: ex Auer. quoq; laico homine ſtellas eſſe denſiores partes orbis: Ponit ſecundò Philoſophia Sacerdotia cęlum eſſe animatum, quod etiam ab Ariſt. pro confeſſo habetur 2. cęli cont. 13. nec valent illorum cauillationes, quæ afferri hunc in locum ſolent, cęlum organicum nõ eſt, igitur non animatum, quia iã in primo hoc quod poſuimus, probauimus, cęlum eſſe organicum, ſed cõceſſo eorum iacto fundamento, cęlum non eſſe organicum, nunquid cęlum ob id animatum non erit? Scimus. n. animatũ corpus nõ neceſſariũ ẽ eſſe organicũ, nec deſunt corpora, quę animata ſunt, & tamen organica non ſunt, ſicut eſt apud eos cęleſte corpus: Ponit. n. Philoſophia noſtra elemẽta quoq; animata, nedum anima animarum vita vitarum illa anima mundi, quia fœcunda ſunt, igitur ab anima fęcunditatem accipiunt, ſed propria vt in actione eorum liquidò conſtat, aiunt Platonici, & conſequenter animal magnum, & tamen organica non ſunt: Ponit tertiò Philoſophia noſtra cęlum viuere, non tamẽ materialem vitam, & vegetalem, cum non ſit nutribile calida, vel humida eſca, ſicut cætera corpora, quæ eodem alimẽto veſcuntur, ex quibus conſtantia ſunt, cum nõ ſit etiam augibile, diminuibile, alterabile, nec habens cõtrarium: Viuit igitur vitã rationabilem, optimam, & nobiliſſimam. Et vt quoq; laicus Auer. 12. diuin. com. 39 monuit vitam comprehenſiuam, viuit etiam vitam appetitiuam, viuitq; vitam motiuam, vniformem motu mouente, & regulante, viuitq; vt Platonici quoq; admonent, vitam vitalem, ſua fęcunditate omnia patientem, vitalẽque flatum ſpirantem, etiam ſenſibilem, ideſt de cuius beneficio omnia participant; quia omnibus eſt infuſa virtus, quod forſan eſt noſtræ fidei conſonum, quę ſcribit, Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas, ideſt aquis incumbebat, fouens materias ſcilicèt per ſe frigidas, quæ quandoque occultè calefaciunt, ex

quo patet vbique cœlum eſſe, quia omnia regit, fouet, & ca-
lefacit vitali lumine, quem vocant noſtri igneum vigorem. Po-
nit quartò, cęlum eſſe ſenſibile animal, i. animatum, ſentiente
anima, huic quarto à nobis poſito fauent Auic. Simplicius, &
Philoponus Plato in Thimeo, & Plotinus. Quod cęlũ ſit ani-
mal, non eſt difficile oſtendere etiam, & ipſe Ar. 4. Top. cap. 3.
animaliũ inquit, aliud mortale, aliud immortale, cęli vero ſo-
lum animalia immortalia ſunt. Porphyrius etiam in Iſag. ita
diſtribuit. Animalia, vel æterna, & rationabilia, vt cęleſtia, vel
rationabilia mortalia, tamen quod ſit ſenſibile, i. anima ſentiente
animatum, probatur rationibus validiſſimis, & primo. Quic-
quid dicit perfectionem ſimpliciter in inferioribus, nõ debet
à ſuperioribus remoueri, ſed in animalibus inferioribus, & ca-
ducis ſenſus perfectionem dicunt ſimpliciter, eò quia ſenſus
actus eſt & forma, igitur à ſuperioribus, cęleſtibuſq; remoueri
non debent. Secundò arguo cum Auic, ac illud primum ponã,
quod Ar. 1. Metheo. poſuit hunc mundum inferiorem, ſ. latio-
nibus ſuperioribus gubernari ab aliqua forma agente, & co-
gnoſcente, quæro quæ nam hæc eſt forma cognoſcens, & agens
cauſa? non enim mẽs ipſa, & intelligentia nobiliſſima, quę apud
Peripateticos hæc particularia non intelligit, ſed vilia reputat,
ergo ab aliqua alia cauſa agente cognoſcũtur, cuius ſit munus
particularia intelligere, regere, & prouidere, & iſta neceſſariò
erit anima ſentiens, qua cęlum dicimus animatum anima etiã
ſentiente. Intellectus enim, vt omnes fatentur, eſt vniuerſaliũ,
ſenſus verò particularium: & hæc fuit potiſſima cauſa vt Plato
in Thimeo illud ſcriberet, cęleſti corpori iure anima menti con-
iuncta eſt, per animam verò ſentientem intelligere debemus,
quæ menti. i. intelligentiæ iuncta eſt propter rerum particula-
rium cognitionem, vt omnis virtus inde gubernetur: Dicent
fortaſſe aduerſarij, forma, quæ eſt abſtracta, non indiget ſenſu
in ſuo intelligere, forma autẽ cęli nobiliſſima eſt, & abſtractiſ-
ſima, ergo ſenſitiua non indiget, nec ſenſu, quibus illicò illud
reflectam, ergo intellectus humanus cum ſit ſubſtãtia quodã-
modo, vt diximus diuina, & abſtracta, neq; ſenſibus indigebit
ad intelligendũ. & tamẽ 3. de an. Ar. ait, nihil eſſe in intellectu,
quod prius nõ fuerit in ſenſu, & rurſus oportet, inquit, intelligen-
tẽ ſenſibus, & phantaſmatibus ſpeculari, non igitur reſponſio

euacua-

euacuaret, licet doctiſſimorum virorum ſit, ſcio tamen illud ſibi ipſos perſuadere, intellectum diuinum non eſſe cognitiuũ ſenſibilium. Tertiò, & præcipuè argumẽtor ex Ari. quoq; tertio de an. 61. omne animal, inquit, habet ſẽſum, ſiue generabile ſit, ſiue ingenerabile, & Auer. in com. ſiue ſimplex ſit, ſiue cõpoſitum: Cum igitur apud eos nõ detur aliud animal ſimplex, niſi cęlum, igitur cęlũ animal eſt ſenſibile anima ſentiente præditum? Doctiſſimus Peripateticus Auguſt. Sueſſanus quem hodie Philoſophaſtri, & Philocalię filij in omnibus temerè refellere conantur, cõciliat Platonicos cum Peripateticis, vt videre eſt in his, quæ ſcribit de ſubſtantia orbis cap. 2. & tertio hac diſt. me hercle adnotanda, ſenſus ſcilicèt poſſe biſariã accipi, & contemplationi tradi, vel vt conſecuntur organicam miſturam, & hoc pacto aſſignatur animalibus caducis, vel vt conſecuntur perfectionem animalem, & ita tribuuntur cœlo animali ſempiterno: Eſt enim cęlum animal perfectiſſimũ, cui omnes perfectiones tribui debent: Senſus ergo vel eſt mixtionis, vel perfectionis: fuit quoque Sueſſani tanta in Simplicium beneuolentia, vt rurſus in eodẽ com. dicat, & inter ſenſus dicẽtes perfectionem connumeret auditum, viſum, & tactũ, Olphatum verò, & guſtum, quia nutrimento deſeruiunt, non poſuit, negat igitur Ar. in cęleſtibus ſenſus, quatenus mixtionis naturam ſequuntur, non negat tamẽ abſolutè, vt ſcilicet perfectionem dicunt in quolibet animalium genere: propterea inferendum puto, tex. Ar. 62. tertio de an. vtriq; parti fauere, dũ quæſtionem illam diſcutiendam proponit, an cęleſte corpus ſenſum habeat? habet quidem, vt ſenſus, qui forma eſt, & actus, & perfectionem dicit, perfectionemq; animalem conſequitur; non habet quatenus miſcellæ naturam inſequantur. Quadrat ni fallor igitur Sueſſani conciliatio, magiſq; conſona eſt veritati, & rationi eã, quam ſupra attulimus modernorum virtualiter ſcilicèt, cęlum ſenſibile eſſe, non autem formaliter omnino tamen Sacerdotibus noſtris aſſentio ita conciliantibus, cœlo ſenſus tributos fuiſſe propter cognitionem, animali verò caduco propter ſalutem, ſunt enim illi multa nocua, quæ ipſum lædere poſſunt, animali verò ſempiterno, vt ſingularia cognoſcat, regat, atq; gubernet, & res ita dirigat, vt optatum finem conſequi valeat: Quapropter illis conſentiendum eſſe

non arbitror aſſerentibus, animal æquiuocè dici de æterno, & caduco, quoniam ſi Auerr. credimus de ſubſtantia orbis quæcunq; de rebus æternis, & mortalibus affirmantur, neq; purè æquiuocè, neq; vniuocè, ſed ſecundum prius, & poſterius, igitur analogicè de cęleſti, & ſublunari animal dici debet.

Quintò, & vltimò ponit cęlum cognoſcere. i. prouidens, & de ſenſibilibus iudicium faciens, cognoſcere enim perfectionem dicit, igitur hæc perfectio non eſt à cœlo auferéda, & neganda. Propterea inquit Ar. 1. Metha. viſum diligimus, quia plures rerum differentias cognoſcere facit, rerum enim vt diximus gubernatio ſine cognitione fieri nequit: Si ergo cęlum cognoſcens eſt, & iudicans iure ſequitur id, quod Auice. monuit, qui ſenſus internos quoq; nedum externos, vt Simplic. & Gram. cælo collocauit, vtpotè imaginatiuam phantaſiam, & communem ſenſum, communi enim ſenſui aſcribitur, & eius eſt munus de ſenſibilibus iudicium facere, differentiamque & conuenientiam, quæ inter ſenſibilia cadit, non ignorare, omnes enim ſenſus ſubſtantia idem ſunt, & vna eſt potentia ſenſitiua ſecundum rem, ſecundum verò rationem multiplex eſt, quia ſecundum quod diuerſimodè eius potentia negotio attenditur, diuerſas accipit, ſortiturq; denominationes, ſi enim sēſibile, quod viſibile eſt, percipit, viſus dicitur, ſi verò ſenſibile quod eſt audibile, auditus, & ſic de cęteris: Quare eadē potentia, ſeu poteſtas ſecundum conuenientiam, & diſcrimen ſenſus communis nuncupatur, phantaſia verò quatenùs de ſenſibilibus in eorum abſentia iudicium facit. Et quoniam cęlo ſenſibilia ſemper præſentia ſunt, phantaſia tribuitur, non tamen vt in nobis, ſed vt ſingularia percipiat; Ponit ergo Auic. tres animas corpori cæleſti, poſuit primo cęlum eſſe quodam corpus conflatum in actu per ſuam formam, quæ vocat animā, ſed potius natura dici debet, cum natura 2. Phyſ. de materia dicatur & de forma; effinxit ſecundò aliam, qua cęlum eſt animal, & cęlo det eſſe formale, & hæc anima eſt, quæ informat cęleſte corpus: Poſuit tertiò animam nobiliſſimam, quę intelligentia eſt, dans cęlo eſſe nobile, quæ orbi aſſiſtit, & cœlum mouet vt finis, ſicuti ſecunda mouet, vt efficiens. Verùm voluit Auic. ſentiētem animam hanc habere exteriora, vt animalia caduca, ſed tantùm internos ſenſus, ſcilicèt phantaſiam, vt cęlum ſit inde

cogno-

cognoſcens, vt dictum eſt: Simplicius verò præter ſenſus interiores,& phantaſiam huiuſmodi,ponit ſenſus externos,licèt tres tantùm,tactum ſcilicèt, auditum, & viſum, vt legere eſt apud ſeipſum in fine commentarij quinti, & trigeſimi in 2. de cęlo,olphatum verò,& guſtum non ponit, quia nutriméto deſeruiunt,quo cęleſtia non egēt corpora, cum igitur omne animal inquit,ſit animal per ſenſum, ſenſibile quoque erit cęleſte corpus,tactum quidem habent, quia ſe inuicem tangunt, igitur & percipiunt,viſum quidem,vt hæc percipiant, & cognoſcant auditum,vt hominum preces, verùm vt dictum eſt, non propter ſalutem, ſed propter cognitionem quibus ita apertis rationes, & argumenta in contrarium facilè diſſoluuntur.

Ad illud primum,quod afferunt, ſi cęlū haberet ſenſum,igitur haberet & inſtrumenta. Reſpōdetur habet inſtrumēta appropriatè, ſi non propriè, ſtellæ enim ſunt veluti cęli organa; Ad illud verò cùm dicunt,cęlum à morte non timet,igitur nō indiget ſenſibus; Reſpondetur ꝙ cęlo non tribuuntur ſenſus propter ſalutem,vt cęteris caducis animalibus,ſed propter cognitionem particularium, quæ ab eo ſunt cognoſcenda ordinatione primæ cauſæ,quę ita prouidet. Ad illud, quod adducunt: cęlo ſcilicèt nihil melius accidit propter huiuſmodi ſenſuum poſitionem,ad hoc negatur antecedens, qm̄ non ſufficit cognitio illa vniuerſalis, qua oīa hæc intelliguntur,ſed requiritur, vt omnia optimè gubernentur, rerum particulariū cognitio, mox non miſcellæ ſequuntur naturam ſed perfectionē animalem,eadem ſunt argumenta,& eædem reſpōſiones, quæ à Io.Gram, 3. de an.com.61. diſputatur:Pro Peripateticis igitur arguit ille; Potentia ſenſibilis paſſionem indicat, ſed cœlum adhuc pati nequit,igitur:Reſpōdetur quòd in cęlo eſt ſenſus præter ſubiecti paſſionem, quia in cœlo tantùm perfectio indicatur animalis, non autem miſcella, vel non propter ſubiecti paſſionem, ſed propter cognitionem ponuntur; aer enim, & aqua ſine ſubiecti paſſione formas ſenſibilium ſuſcipiunt,& ſubminiſtrant,quanto magis cęleſte corpus? Secūdò arguit Peripateticus: Si cęlū haberet ſenſus, haberet præcipuè tactum,qui primus omnium ſenſuum eſt, ſed tactum nō habet igitur. Reſpondetur quòd in cęlo ob id non eſt tactus, quia tactus ſequitur ſenſuū miſcellam, at quia in cęlo nō adeſt

ſenſuum mixtura, propterea non eſt ibi neceſſe ponere tactū, Tertiò, ſenſus dantur exterioribus, ſed extra cęlum nihil eſt, igitur: Reſpondetur, ſenſus exterioribus dantur propter ſalutem, uel propter cognitionē omnia hac diſtribuit, ne uel propter ſalutem, uel propter cognitionem diſſoluentur, uel iſta Sueſſani Illuſtriſſimi uiri, & undiq; peritiſſimi, Dicant igitur quicquid uelint garruli, ac blaterones ſuis in Cathedris in ſapientiſſimum uirum inuehentes, Cynicorumq; Philoſophorum more mordentes, atq; oblatrantes: Laborauit ille, vos verò eius quotidie magis labores denigrare anxij eſtis, obliuioni mandantes illius eſcam, qua veſcebamini, proh hominū ſcelus, quid murmuratis?

Neglexit Plato de elementis huius ſenſibilis mundi diſſerere, ob idq; noluit terræ ambitum diffinire, homines ranas in paludibus coaxantes exiſtimat. Nos tamen fragmenta quædam de terra, & cæteris ex Thimeo, & Phed. diſſeremus.

Cap. XXIIII.

EX declaratis præcedentibus ſatis manifeſtè patet elementa eſſe quatuor ex numero eorum quatuor motionū ſimplicium, rectorum, & ex numero quoq; quatuor primarū qualitatum: Fuit etiam exactè declaratum, elementa, quæ in hoc ſenſibili mundo ſunt, non verè elementa, ſed feces elementorum, & eorum ſordicies, puritates enim, & eorum ſummitates in cęleſti corpore locauimus, propterea non poterant, niſi incommodiſſimè Plato, & Ar. conciliari, vt quidam credidere: de leuitate, & grauitate cęli: Ar. enim cœlum neq; graue, neq; leue ſtatuit, Plato verò ſecus exiſtimat, dum cęlum ex elementis conſtat: Iure igitur Alexander ſecundo ſuæ Met. corpora grauia, & leuia potius dixit, & non elementa, quoniam in continua ſunt admodum admixtione, & ab ipſa admixtione nunquam ſeparantur, ſed ſicuti materia, & forma ſe habent inſeparabilia: Hinc Philoſophia noſtra pollutorum hominum vitam vocitat elementarem, hoc eſt ſordidam, & pollutā, iu-

re

ſe igitur Plato neglexit de elemẽtis latè differere; & in Phedo renuit terræ ambitum diffinire; & nos crocitantes in paludibus ranas exiſtimauit, licèt fragmenta quędam de eis rettigerit, vt de brutorum animis fecerat: Palladis enim filij inquiunt noſtri rerum vmbras irridet in Parmenide, & in Sophiſta etiam Plato docet, cum verum eſſe non habeant, & eſſentiam primum ex quinq; rerum generibus principium ſcribant, ergo de rerum vmbris NEPTVNI filij ait Plato in Critiam, hoc eſt rerum gerendarum, & corruptarum Philoſophi: Hac etiã occatione idem Plato neglexit de metallis diſputare, quia vera metalla non ſunt, ſed metallorum effigies, vt Vates ille diuinus Ioannes in ſua Apocal. ſcribit de duodecim diuinæ illius Ciuitatis fundamentis, ab Aquilone etiam monuit Iob ille ſapientiſſimus, ab Aquilone inquit, ſcilicèt intelligibili, & ſupra mundano, non autem ab hoc inferiori, abs quo omne malum; quem locum appetit ita anxiè aquilonaris ille Lucifer, lapides igitur pretioſi, qui ſunt apud nos, illorum effigies, & vmbræ ſunt, ſed non verè Sapphiri Calcedonij, ſmeralgdi, Chyſoliti, & huiuſmodi ex radijs ſolaribus geniti in terræ penetralibus decoquẽtibus, & purgãtibus, uel ut alij exiſtimãt ab ignea fieri in montibus recluſo aquã condenſatã decoquentẽ uel ut Platonici admonent, à planetis, & ab eorum influſſibus: A Mercurio argentum uiuum, à Sole aurum, à Luna irradiante argentum, ab Ioue ſtannum, æs à Venere, à Saturno plumbum; Propterea nos admodum cum Platone de elementis diſputabimus, de terra verò quædam exactius, ut de ſitu eius, cũ ueteres eandem de eius ſitu habuerunt, ut ait Ariſt. 2. cęli opinionem: Nam qui mundum poſuere infinitum, non quærunt terræ poſitionem, nec illi locum tribuere conati ſunt, infinito enim aſſerebant principium, neq; medium, neq; finis eſt; Qui uerò mundum poſuere finitum, terram utiq; in medio poſuerunt, ut Anaximander, Empedocles; & Plato, ſed Plato ipſe in Thimeo terram uoluit cum Anaximandro: Pythagorici uerò & cum ijs Magnæ Græciæ, & Italia complhiloſophi ignẽ è contrario in medio collocant, uelut elementum pręcæteris præſtantiſsimum: cui iure præſtantiſſimus locus congruit, ſicut in paruo mundo ſe habet, ubi cor omnium membrorum præſtãtius in medio locamus, at probare non expedit ignem elemen-

tūm cæteris præſtantiorem, quia eſt præ cæteris ita maximè actiuus, vt nullo modo pedeſtris ſicut terra; quæ quoq; à brutis, beſtijſq; omnibus conculcatur, ſicut aqua ſordidarū omnium rerum lauacrum, aere etiam elementum, veneno, & putredine confectum, & noxium; Solus ergo ignis elementum, quia maximè actiuus, nec putredini, vt etiam teſtatus eſt Ariſ. 4. Mereo. ſubijcitur, nec ſordiciei, aut pollutioni alicui deditus, & procliuis; Conſarcinetur igitur ita argumentum. Quod eſt pretioſius, in medio locamus, & in medio cuſtodimus, vt Homerus etiam de naui Achillis refert, & à medio eius nobilitatem arguit, ſed ignis elementum nobilius, igitur in medio: Propterea etiam IOVIS arcem, & carcerem veteres ignem vocitabant, à Virginibus Veſtalibus optimè, & vigilanter cuſtoditum Poetæ effingunt, & VESTAM focorum Deam ita celebrant. Verùm ne Ariſtoteles temerè videatur veterū ſermones condemnare, non malitioſè, vel truncatè Pythagoreorum noſtrorum ſententias refert, ita 2. de cęlo 77. ſcribit; Terram verò vnum aſtrorum exiſtentem circulariter circa mediū noctem, & diem fecerunt, adhuc autem oppoſitam aliam huic aſtruunt terram, quam Antichtonam nomine appellant: Quod ita explicat Simplicius, circa verò medium aliam poſuere terram, quam vocant Antichtonam, hoc eſt illi contrapoſitam, quæ tamen à nobis videri non poteſt: propterea quia inſequitur in eius latione hanc, quam nos habitamus, excuſat tamen eos, & putat Pythagoreos methaphoricè eorum more fuiſſe locutos, & per ignem illam conditiuam, & calefactiuam virtutem intelligere, qua mundus contemperatur, & conſeruatur; quæ vſq; ad mundi medium pertingit ipſum alentem recreantem, eiuſq; frigiditatem ſicut gallina calore oua fouentē, hāc quoq; terram ob id Antichtonam vocabant, quia diei, & noctis cauſa erat per habitudinem ad ſolem, quam etiam habitudinem ſcilicèt, lunam appellitabant ob id, quia ſolari lumine obſiſtit, ſicut terra, quod eclypſis exemplo monſtrabant, vel quia terminus eſt cęleſtium corporum in nos verſus: Excuſat etiam Pythagoreos ipſemet Ar. quoniam mundi ornatum hæc putabant, & ad cauſam rationabilem reducere intēdebant, propterea ne gratis eos refelleret, gemino medio illorum ſoluit argumentum: Eſt enim medium inquit, vel ma-

gnitudinis,vel naturæ,& rei,ſed non idem animalis, atq; corporis eſt medium;magnitudinis medium illud eſt, quod æquè diſtat ab extremis magnitudinis, vt ī homine vmbilicus,aliud eſt naturæ medium,quod æqualiter influit, vt in homine cor, ita ſuperius de aſtris, vt Simplicius in com. diſſeruit de duplici medio in com.61.ſecundi de cęlo, medium uel ſitus eſt, vel nobilitatis,hic non ad medium nobilitatis, ſed ſitus reſpicimus:Ex æquiuocatione igitur medij ita apparēs eſt Pythagoreorum argumentum, collocabimus ergo ignem in extremo Orbis Lunæ concauo, vt continens, quia continētia nobiliora ſunt contentis, contentum enim rationem inuit materiæ, continens verò formæ; Ea verò,quæ Ariſ. refert in Pythagoreorum excuſationem ſanè placent,& conſona eis refert, hæc enim fuit ab initio Pythagoreorum Sacerdotum noſtrorum conſuetudo methaphoricè, & ſymbolicè ſcribere, vt ſacra indignis occultarentur propterea terræ elementum varijs nominibus effingebant,& Rheam aliquando vocitabāt,vt Plato in Crat.ſcribit ab eius montana,& lapidea virtute, quam etiā ob eandem virtutem dicebant Opim,ſicut quoq; Cererem ab eius planitie,aliquando Perſephonem à Seminaria eius virtute,Dionyſiam,vel Dionyſiacam ob eius promiſcuam herbarū naturam vtroq; ſexu combinatarum: Dicitur enim Dionyſiaca vt Plato explicat de recta nominum ratione quaſi Didus, & Inon,vini, & cæterorum fluctuum ſua ipſius ignea virtute, ſeu vulcanea,hoc eſt ſolari calefaciens,& maturans,quam virtutem veteres Aegyptij Theologi dicebant Irim, & Oxiriē, VESTAM quoq; terram nominabant ab eius terrea fœcunditate,& Veſtiam etiam vt Plato in Cratillo ideſt rerū eſſentiam,qua omnia veſtiuntur,quæ non generat, nec generatur,ſed vnum eſt ex quinq; generibus principium, vt in Parmenide explicauit:quod ſi generare videtur aliquando terra, non vt eſſentia, ſed ratione virtutis generatiuè exiſtentis in ea,cui reſpondet potentia paſſiua ingenito: Quæ verò de cæleſti igne etiam ad mundi ornatum in Cęli medio cōſoni ſunt Pythagorici Moyſi, qui ſit Lux, dixit,mundum ſublunarē calefaciens,fouens,& conſolidans,ſed aliud aggrediamur,illudque inueſtigemus de hac Terra,an mobilis,vt Ar. Platoni imponit,an immobilis,& ſi mobilis, an in girum, vel in rectum?

T Videmus

Videmus enim aliquando Platonem à ſemetipſo diſſentire, ſibiq; aduerſari, in Epim. enim dixit, Terram dici, & noctis eſſe effectricem, quo videtur Terram, vnà cum Cęlo circulo moueri, hæc enim Terra efficere non potuiſſet, niſi in Orbē moueretur: Idem vt diximus in Thimeo, vbi Ariſtoteles Platonem carpit, & 75. ſecundo de Cęlo ſcribit quidam ipſam iacentem in centro moueri, & volui circa eum, qui ſtatutus eſt polus, vt in Thimeo ſcriptum eſt. In Thimeo verò Terræ poſuit, & tribuit figuram cubam, hoc eſt figuram quatuor facierū, igitur eius ineptitudinem ad motum explicat, figura enim cuba cum ſit quadrangularis, immobilitatem arguit, ſicuti etiam ignis Pyramidalem figuram, vt ei tradiderat ab eius ignea ſubtilitate, & lenitate: Eſt enim ignis non modo ſubtilis, & leuis: ſed acutus, & penetrabilis, meritò ergo figuræ illi Pyramidalis congruit effigies, aeri etiam, & aquæ, quæ media ſunt elementa, imagines medias illis accommodauit, aquę imaginem iſcoſedram, hoc eſt viginti facierum, aeri verò octoſedram, vniuerſo duodedram ab illis duodecim faciebus, vel ſphærarum animis in Zodiaco, quas Mercurius vocat duodecim Cęli vltrices; falsò igitur criminatur Plato ab Ariſtotele. 2. Cęli 75. Plato inquit, Terram voluit circa medium: Plato etiam vt in Phed. legimus, Terram poſuit in Deorum ſede, ſola ait, Veſta in eius ſede permanet in Deorū æde: Omnes verò Dij ab alato curru illo excitantur, & agitantur; ita enim magnus ille Dux prouidè diſpoſuit Iunonem igitur aeris Symbolū, Thetyn aquæ typum, & phaneta ignis anima ad motū totius mouetur, at Veſta minimè: igitur Terram immobilē facit: Quid ergo dicemus? num Plato ſibi ipſi aduerſetur? & ſit inconſtās? non erit arbitror Platonem ab hac calumnia difficile liberare, & ab apparente contradictione: Verùm oportebit primū illud Platonicum ſtatuere, Platonem poſuiſſe Terram animatam à Veſta ceu Cerere anima eius, non tamen vt gentes Deā ſeu deitatem elementis tribuentes, ſed ex rationabili cauſa, quoniā anima, (vt inferius dicemus:) eſt numerus ſeipſum mouens, ſed liquidò conſtat Terrā moueri ab eius numero, quia generat, quia nutrit, & auget, & fęcunda parit, igitur genitali anima animatur, non enim ineſt generationis fœcunditas, vbi anima genitalis non eſt, ait Plotinus cap. 26. de an. duo enim

apparent

apparent in elemēto Terræ virtutes vegetales, ſeu genitales, fœminea, quia concipit, maſculea, quia vegetat, plantæ quoq; tamdiu viuunt, quamdiu radices eius Terræ adhærent; Plato etiam in Epim. in perſona propria ita loquitur; ideſt de ſeipſo: impoſſibile eſt, inquit, Terram, Cęlumq;, & Sphęras omnes ſtellas, & quæ ex ijs conſtant moles, tam exquiſita ratione, annis, menſibus, diebuſq; circumuolui abſq; anima nobis benefacere: Nec præualebit quorundam noſtrorum aduerſariorū reſponſio ab anima totius hæc omnia fieri, Terram ſcilicet innumerabiles generare, & parere plantas, velut alij dixerūt ab influxu cęleſtium animarum, quia cauſæ vniuerſales, vt eſt anima totius, & Sphærarum influxus nihil agunt, nec agere nequeunt abſq; particulari cauſa; Deus enim omnium cauſarum cauſa hominem nō producet abſq; homine, qui cauſa eſt particularis, neq; Leonem generat abſq; Leone, ab hoc etiā Ariſtoteles nō recedit 2. Phyſi. auſcultationis Deus, inquit, Sol, & homo, vt partialis cauſa generat hominem: Negat tamē motum participare, & ita tertio de anima 66. arguit, nullū corpus ſimplex eſt animatum, ſed terra ſimplex eſt, corpus igitur inanimatum: probat hoc ſigno, quia ea, quæ in animalibus ſunt, magis terrea ſunt oſſa, quàm quę inſenſibilia; ſi verò cęleſte corpus animatū eſt, & illud ſimplex, hoc euenit, quia illi nihil eſt contrariū, & contrarietati non ſubiacet, vt elementa; ſed falſo innititur fundamento, quia elementa hæc apud nos potius corpora grauia, & leuia dicuntur, & non elementa ſeu corpora ſimplicia, propterea ſicut cęleſte corpus animata ſunt: Verùm anima ignobilior animantur genitali, vegetaliq; ex his ſequitur. Si terra animata eſt, igitur mobilis, motu tamen generationis, nutritionis, & augmenti, ſi non localiter in cauſa eſt, quia talis motus ei non conuenit, natura enim mouet, ſicut expedit: cum ſit principium motus, vel quietis, non ne & plantæ animatæ ſunt? tamen localiter non mouentur: Nec præualebit aduerſariorū illatio illa, igitur ſuperfluū eſt terrę animā inhærere, dum ſuam non valet exercere operationem, quoniā licèt non moueatur locali motu, mouetur tamē ſecundū quod expedit, mouetur etiā localiter ſecundum partem. & ſi non ſecundum totum, quia ita moueri contingit propter hāc eandē cauſam ad motum totius moueri non contingit ſicut cætera

elementa, quæ ad totius motum voluuntur, ad motũ ſcilicèt in orbem: Sit igitur Platonica etiam aſſertio, ne dum Peripatetica, Terram eſſe immobilem, & falsò criminari ab Ariſt. 2. Cęli, qui ita ſcribit, Plato terram in medio voluit, quia centrũ eſt mundi huius ſenſibilis, & ſicut in mouentibus, & motis deueniendum eſt ad vnum immobilem motorem, ita in latitudine entium extrema, ſi datur omninò mobile, vt Cęlum, ita omnino inmobile terra, argumentum fuit Aver. Non eſſe timendum Cęlum quieſcere aſſerebat hac ratione, quia ita in entiũ latitudine cõtingit, Ariſt. etiam duodecimo diuin. ita monuit: Oportet eſſe aliquid ſummum, & aliquid infimũ, aliquid perpetuitatis cauſa, & aliquid trãſmutationis, & Plotinus in his, quæ de Cęlo ſcribit: Cęlum circa centrum ſe habet, vt maſculus: Terra verò vt fæmella, illud actiuè, hoc verò paſſiuè eſt immobiliter ad generationem, ſemen viri tantùm recipiens: Ad illud verò, quod Ariſto. affert ex Thimei uerbis, Platonem circa medium terrã voluere, ex mala eſt intelligentia, uel melius ex odio, & inimicitia, quæ cadit inter ſerpentem, & hominem: Non enim Plato terram circa polum uoluit, ſed alligat, alligare enim non eſt uoluere, ut Simplicius, & Proculus dixerunt, quò Platonem à calumnijs liberarent; Alligat igitur Plato, & infigit Terram polo per axem, & fuſum illum, quẽ dicunt ademantinum, ergo quieſcere debet, & non moueri, alligata eſt, & affixa polo, ſed non circa polum uoluitur, non eſt igitur Ariſt. textus ille Platoni conſonus.

Ad illud autem, quod tertio de anima 66. de oſſibus attulerunt ij, qui Terram inanimatam faciunt, quæ ſunt omniũ mẽbrorum terreſtriora, & tamen non ſentiunt: Reſpondemus, & negabimus oſſa ſentire, præcipuè dentes, experiẽtia enim aliter docet, quòd ſi dixerint uerũ id eſſe in maximis doloribus, ut Doctiores dixerunt quodcunq; fuerit, ſentiũt, immò in minimis etiam affectionibus patet ſigno euidentiſſimo in cõtactu dentis à ferro frigido, proptereà non à radicibus eorũ, & neruiculis, quia hoc repugnat Ariſt. in quo tot confidunt, in his enim, quæ de ſenſu ſcribit, tactum in ſuo obiecto occurſione iudicari, occurrit igitur illi ferrum, & partem duriorẽ, exterioremq; tangit, & ſtatim læditur, audiui tamen hac experientia hanc reſponſionem inter doctiores diſputantes, licèt

dentes

dentes quodammodo ſentiant, ut ſigno patet, non tamen cę-tera corporis oſſa, ſed experientia eis aduerſatur, dolores in oſſibus ita infigi, vt apoſtemarunt, putarem tamen aliquando oſſa non ita ſentire propter nimiam eorum terreſtrietatē euenire, & ita verum eſſe, quòd omnium membrorum partes ſunt terreſtriores, non tamen abſolutè inſenſibiles, ſed minus inſenſibiles: Sed tranſeamus ad illud de immobilitate terræ, cui figura cuba à Platone per ſimilitudinem tribuitur ad motũ inceptam, vnde ordinatio incepit, & illud inueſtigabimus breue dubium, quod quærunt, cur Terra hæc in vniuerſi medio ita quieſcit, vt non decidat, ruat, aut cadat in aliquam cęli plagã? Non deſunt qui ad mirabilia mundi concurrunt: quaſi vnũ de rebus mirabilibus, ſed facilis videtur ſatisfactio, cum animata ſit, & eius principium ſit quietis, & immobilitatis ad partē aliquam non cadere ab eius etiam naturali grauitate illud eſt, grauitas enim Terrę ait Auer. 2. Cœli cauſa eſt efficiens immobilitatis, vt ad nullam Cęli plagam ruat, ideo reprobat eos, qui à loco medio id euenire putabant, locus enim medius cauſa vtiq; eſt, at non per ſe, ſed accidẽtalis; placet etiam Mathematicorum reſponſio, quia ſcilicèt æquè à Cęlo diſtat, placebit, & melius Platonis in Thimeo, & Phed. quia Terra æquilibris, ſed reprobat Ariſt. hanc Platonis reſponſionem hac ratione, quia etiam cætera elementa æquilibria ſunt, & tamen ad aliquam Cęli plagam non cadunt, neq; ruunt, ſed non eſt eadem ratio, quia cętera elementa ab anima totius ita mouẽtur, agitàturq; vt non cadant, neq; ruant, Terra verò & quia æquilibris eſt, & ad motum totius non mouetur, Ariſto. etiam deorſum mouet elementa, & ſurſum, Plato verò ad medium: Vltimò à noſtris Religioſis Philoſophis non recedentes aſſerimus ita à ſummo Opifice omnium ſtatutum eſſe, quia omnia numero, pondere, ſapientia, & menſura fieri voluit, & nõ per modum naturę, aut neceſſitatis, ſed per modum ſapiẽtiæ produxit. Vmbra eſt etiã Terra hæc noſtra elementaris Terrę illius, intelligibilis orbis, quæ neq; huc, neq; illuc ruit, aut cadit, ſed æterno tempore à ſuo centro non diſcedit. At iterum inueſtigabitis, ſi Terra volueretur, qua nam in Orbem, vel in rectum volutione? à principijs religioſorum noſtrorum cum non recedamus, ſic reſpõdebimus ijs, quòd ſi moueretur, in girum volueretur ab eius

anima

anima circularis figuræ, ideò circulariter ſe mouere debebit, nobiliorum etiam motu ſe mouere neceſſe eſt, in orbē quoque ad motum totius Orbis. Laicus verò ab eius principe Ariſt. in rectum eam mouebit hoc fundamento, quia grauia, & leuia à ſua quaq; propenſione mouentur; Platonicus verò negabit in vniuerſo ſurſum, & deorſum, ſed dumtaxat medium, vel circa medium, ſurſum enim, & deorſum longitudinem reſpiciūt, ſicut ergo ſe habet figura, ita, & à motu eius, abhorret vniuerſi figura, ait Plato ſurſum, & deorſum, & cum ſit orbicularis, igitur in Orbem Terra mouetur, ſi moueretur, niſi dicamus impropriè, & ſimilitudine quadam, & illud ſurſum, quo mobile recedit, & deorſum, quo mobile tendit: adeò vt Terræ deorſū opponatur quod eſt deorſum in motu ignis, hūc in modū Plato dextrum, & ſiniſtrum in Epim. Orientem & Occidentē appellitat, ſed nō verè dextrum, neq; verè ſiniſtrum, ita & in elementis ſe habebit, ſicut etiam ſe habet in mundo paruo, ita & in magno, ſicut in animali caduco, ſic ſempiterno; in homine igitur non eſt, niſi dextrū, & ſiniſtrū, non autem ſurſum, neq; deorſum, niſi ab eius vmbilico erit menſura, quòd ſi Cœlo dextrum ſtatuimus, & ſiniſtrum ratione principij motus eſt: Diſſentire ergo debent in hoc quæſito Ariſt. & Plato, quia ſcilicèt motionis ſpecie Terra moueretur? ſi moueretur, in Orbem, vel in rectum? Ariſt. ad longitudinem vniuerſi corporis, & elementorum grauitatem reſpiciens, deorſum dicet, Plato verò ad vniuerſi figuram rotundam, & ad motum totius in Orbem mouebit, Ariſt. etiam poſuit dextrum, & ſiniſtrum, ſurſum, & deorſum Plato verò dextrum, & ſiniſtrum tantùm, impropriè tamē ratione principij motus: Verùm quia de dextro, & ſiniſtro mentio facta eſt in homine mundi totius effigies illud per pulcrum obiter quærendum putauimus; An dextrū, & ſiniſtrū re, & natura ſint idem, ideſt ab vno, & eodem principio? an diſiungantur? auget dubitationem, quia dextrum virtutem explicat, ſiniſtrum verò vitium, dextrum bonum, ſiniſtrum verò malum, propterea ambi dextros laudāt ſacra eloquia Arioth. & cęteros: Aſſentiebamus aliàs re, & natura non differre, cum idem ſit dexteræ, & ſiniſtræ principium motus, ſed ſiniſtrū aliquid dicebamus à deprauata cōſuetudine; ob id diuinus Plato 7. de legibus bonum reſpiciens Ciuitatis, ciues adhortabatur

tur ab aſſuetudine ambi dextros fieri, præſertim milites, quorum eſt patriam cuſtodire, & pro ea viriliter mori, & propterea mutilatos, & mancos excludebat à Republica, & illud etiã cõſulebat, Ciuitates deprauatas nutrices expellere, quia à nutricium imperitia eſt, non ambi dextros reddere per conuenientem naturam: Arbitratus ſum tandem re, & natura ſeiungi hoc argumẽto, quia natura principium eſt diſtinctarũ operationum, igitur ab aſſuetudine eſt, vt dextera robuſtior fiat; Sed hac etiam occaſione ducti, & ad delectum ſcribẽtes, illud inſurgit problema diſputandum, cur natura mater nobis geminatos tradidit ſenſus? puta duos oculos, duas aures, duas manus, duos pedes, an vt commodiùs laborare poſſemus, *cum ad laborem nati ſimus, veluti Aquilæ aduolandum?* an forſitã quia natura pulchritudini ſtudebat; an vt ſacra teſtantur eloquia, vel ſoli non habenti ſubleuantem ſe, an quia in duobus conſiſtat vis tota? propterea non tres manus, vel tres pedes, an vt melius eligendum, & peius reijciendum? vt etiam quæ amplectenda, & facienda, & quæ renuenda: hinc illud Salomonicum: Dextera eius amplexabitur me: Altiori tamen ſtilo Philoſophia noſtra religioſa cum Pythagoricis reſpondet, ita per pulcrè factũ ab Opifice fuiſſe, vt ea ſcilicet, quæ ſiniſtra ſunt, dexteræ coniungantur, vt ſenſibile, & intelligibile ex duobus geminibus ſenſibus, vt nos per ſiniſtra ſenſibilium typus ad dextera, hoc eſt ad intelligibilia conſcendamus, ita etiam Paulus Pythagoricis cõſonus, inuiſibilia, inquit, per ea, quæ facta sũt, intellecta, ideſt, dextera conſpiciuntur.

Sed tranſeamus ad illud, quod de ceteris elementis quoq; Peripatetici inter ſe, & Platonici differuerunt; an admixtum procliuiter, vel violenter veniant, & illud, à quo mouentur, cũ minuta quædam de eis meminerit in Thimeo, & Phed. Plato, & finem huic capiti imponamus. Ad dubitationes varij varia addiderunt, ad illud primum, an procliui quadam propenſione veniant, reſpondent, propenſione deſcendere, quia elemẽta ad mixtum ſe habent, vt materia, materia verò propenſione ad formam eius venit, cum ſit eius perfectio ex Ariſt. 61. primi Phyſ. ex oppoſito arguunt alij nullam ſpeciem ordinari poſſe ad aliam ſpeciem naturaliter, ſed cum alia ſit elementorũ ſpecies, & mixti, igitur violẽter, ſed eos inter ſe ita conciliare arbitramur,

bitramur,quoquomodo naturaliter,& quoquomodo violenter,ob id enim elementa ſtatuta ſunt, vt conſimilia ſibi in genere producant, non autem in ſpecie agẽdo ſcilicèt, vel patiẽdo:ineſt igitur elementis appetitus ille, vt agant, & producãt alterum quale ipſum ait Ariſt.2.de ortu,& interitu:ita vt ſi nõ ineſſet elementis agendi appetitus, nunquam ad mixtionẽ venirent;Violenter deinde veniunt,quia in eſſe libero non ſunt, mixtum enim produxerunt ; quòd producere nõ intendebãt, ſed alterum quale ipſum , cum poſſent igitur in mixto ſuã exercere operationem,violenter dicimus:quadrabit puto illud hoc loco de magnete,qui naturali quodam appetitu,& propẽſione ferrum attrahit: violenter,tamẽ quia aſtractio eſt ab extrinſeco motore,& ex 7.Phyſ.attractio, rotatio, vertigo violentiam declarant:Videmus quoq; lapidẽ ab aliquo deorſum demiſſum,quò magis terræ appropinquatur , eò fit natura velocior,duo enim ſunt hic,trahens;& attrahens:Vnum violenter,alterum naturaliter;Sed relinquatur problema Peripateticum:Minuta quędam de elementorum grauitate,leuitate,& admixtione Plato ſcripſit ; & à generante moueri aſſerere videtur,quem ſectatus eſt D.Thomas inter latinos;quod ſi à loco quandoq; moueri aſſerat,eſt deniq; verum,non autem effectiuè,niſi impropriè,quia locus finis eſt continentis,non enim habet locus rationem productiuam, ſed tantum cõſeruatiuã, cauſa eſt igitur,vt graue centrum petat conſeruatiua,ſed non propria effectiua,à propria igitur forma eorum effectiuè mouentur hæc leuia corpora,& grauia;dans etiam formã dat cõſequentia ad formam, aſſerunt communiter Peripatetici omnes:Platoni cõſonus eſt Simplicius de cęlo tertio, qui à generante initiatiuè grauia,& leuia mouet, cõtinuatiuè verò à virtute quadam leuibus , & grauibus occulta , conciliare tamen doctiores ita conſueuerunt,à generante vt principio remoto, à propria eorum forma,vt principio proximo : Diſputent verò illi de elementorum viribus: An ſcilicèt intendantur,& remittantur,an ad mixtum virtualiter,an formaliter, vel in eſſe eorum refracto , & ſimilia noſtra enim Philoſophia huiuſmodi quæſtiones negligit veluti garrulas.

De humanarum mentium mundo: Tanta eſt mentis humanæ præſtantia, ut veteres noſtri Sacerdotes adeo illi incubuerint, ut ipſos duntaxat fore contemplandum putarint quibus non eſt omnino conſentiendũ.

Cap. XXV.

CONſentientes ſunt inter ſe veteres noſtri Orpheus, Pythagoras, Mercurius numinibus fortaſſe ſpirantibus: Deum hominem genuiſſe, ut eius ſtatura omnibus pateficeret; quod ſi mortali corpore genuit, ex Terra, aqua, aere, & igne proportionibus quibuſdam à materia redeuntibus, & ad inuicem ſe ligantibus fecit, partem tamen illam animæ præſtantiorem in capite tanquam in arce collocauit: Cum igitur omnes ita hominem fabricauerũt membris ſcilicet corporeis, cute, oſſibus, neruis, cartilaginibus, animã poſtremò corpori coniunxerunt: eiq; ita vacarunt, amoreq; tanto affecti, ut ſeipſos ſolum contemplari poſſe putarint, & ſpeculari debere, cum ſcientia eius penitus diuina illis videretur, atq; religioſa; quorum ſententia non eſt profectò penitus reijcienda, neq; omnino fouenda; itaque ergo nos in hoc capite illam excitabimus difficultatẽ, quæ quoq; excitari ſolet inter laicos. Num ſcilicet animi contemplatio ad naturalem etiam Philoſophum, & Neptuni filios, ut noſtri dicunt, ſpectabit? etiam ſi à materia ſeiuncta eſt immortalis, & diuina; ſunt enim ingenia, quę rationibus Philoſophicis conquieſcunt, ita arguunt ad oſtendendum, etiam ijs contemplandam fore: Ea ſunt à naturali Philoſopho excogitanda, quæ in materia ſunt, at anima etſi immortalis eſt, & diuina, in materia eſt, & in materia exiſtit, cum ſit in corpore, ergo ad Neptuni filios quoq; ſpectabit: Præterea eiuſdem artificis eſt contemplari materiam, & formam, ut Ariſ. 2. de anima cap. 1. admonet: Sed cum hominis materiã naturalis Philoſophus conſideret, igitur & formam eius: Tertio ita arguũt, ſcientiæ à modo contemplandi diuerſificantur, ſed modus cõtemplãdi animam eſt in materia hoc eſt in corpore, igitur ſuis eſt conſiderationis. Maior eſt ipſius Ariſt. 18 ſecundi Phoſ. Auget quarto difficultatem quia primo poſter. Eiuſdem ſcientiæ

Methaphyſicis ea tantum contemplatur, quæ ſecundum eſſe ſeparata ſunt, & ſecundum operationem; modò anima ſecundum eſſe tantum eſt ſeparata, non autem ſecundum operationem, cū ſit in corpus dilapſa, igitur quatenus in corpore operatur, veluti in vehiculo, & in materia illam ipſe Phyſicus contemplabitur: Quod ita confirmatur Ariſ. 1. poſt. t 79. aſſerebat eiuſdem ſcientiæ eſſe conſiderare genus, & ſpecies, at anima genus quodam eſt, & ad quaſcunq; animas refertur, igitur de omnibus animæ ſpeciebus, at cum à Phyſico perpenditur vt genus, igitur, & vt ſpecies perpendetur. Vnde inferri poteſt hac eadem ratione etiam cœleſtium animas contēplari poſſe, cum in materia ſint, licèt immortali, & incorruptibili, ſintque aīæ ſpecies: illa ſemper prima poſitione confiſi 1. de part. animal cap. 1. eiuſdem artificis eſt conſiderare materiam, & formam: hoc verum addimus nos, obiter tamen hęc tangētes, quòd ſi Phyſicus cęleſtes animas contemplabitur, non tamē quoad quid eſt ſimpliciter, quoniam hæc ſpeculatio diuini eſt Philoſophi, non autem Phyſici, niſi quoad quid tale quid eſt, puta vt ſunt principium motus, ſeu vt mouentia: propterea illis aſſentiebamus aſſerentibus primum motorem in 8. Phyſi. auſcultationis Phyſicum contemplari poſſe quoad quid tale, puta vt mouentem orbem, & ita non quoad quia eſt, vt Auer. excogitabat: ſed etiam quoad quid eſt, ideſt, quoad hoc prædicatum, vt mouens eſt, non autem quoad cętera omnia prædicata, ſed perſequamur.

Alij verò vt doctiſſimorū referamus ſententias ita monuerunt, contemplationem de anima ad Mathematicum ſpectare debere, ſed cū pericula vidiſſent, veluti vt ſi inter ſcopulos nauigaſſent, illud addiderunt non quoad rem conſideratā, quia ad Methaphyſicum ſpectat, ſed quoad modum conſiderandi, vt ſcilicèt à materia ſenſibili ſeparat: hoc enim eſt Mathematici munus à materia ſenſibili ſeparare probant hac ratione, & validiſſimo argumento, quia Ariſ. omnia, quæ de anima in libris de anima diſputat, rationib⁹ vtitur Mathematicis, & Mathematicè probat, quas deindè Auerroes vocat rationes certiſſimas: probant ſecundo, quia Mathematica partim ea, quæ in materia ſunt, contemplatur, & partim abſtracta; & in hoc differt Methaphyſicus à Mathematico Methaphyſicus enim

abſtrahit, & ſecundum eſſe, & ſecundum rationem; at Mathematicus ſecundum operationẽ tantùm, ſed cũ hæc fuerit maiorum præceptorum ſententia, eam refellere non audeam; fuerũt enim in Gymnaſio patauino de prima omnium cathedra; verum quia rationibus eſt Philoſophandum, argumentis, quæ congeſſere dum opſedunt Platonicè non diſputatur, ſed Peripateticè, potius Platonica eſt eorum ſententia, quàm Ariſtotelica. Modus enim conſiderandi à modo diffiniendi ſumitur, Plato verò animam ita diffinit; eſt numerus ſeipſum mouens, ſed Mathematicus numerorum eſt, igitur Mathematica. Non ob id igitur, quia Ariſt. Mathematicis quibuſdam aliquando vtitur rationibus propterea Mathematica erit, quia fuit Ariſt. conſuetudo ab initio rationibus Mathematicis vti, vt illud obſeruaremus, & à Mathematicis ſcientijs nos inchoaremus, & pueros adprobet prius debere eſſe Mathematicos, deinde Logicos, ſed ad alia.

Alij verò pollutum Alexandrum ſectantes, & animã ex ſinu materiæ prodeuntem dixiſſe, totam Phyſicam fecerunt, quod quidem à veritate, & ratione eſt alienum, vt nos ſuo loco oſtendemus. Alieniſſimum eſt enim aſſerere, animam omnino materię immergi, & à ſinu materię prodire, quod ſi dixiſſet, ob id Phyſicam, quoniam corpus, & materiam mouet, & Principium eſt mouendi, & intelligendi, vt Ariſ. eam ita diffinit, à cęteris non diſſentiret. Dicamus igitur cũ religioſis noſtris Philoſophis, & Muſarum miniſtris, quibus Simplicius Semiplatonicus non eſt diſſonus; Animam bifariam ad contemplationem conſcendere poſſe, vel vt in ſe manens eſt, vel vt peregrina, & ea, quæ Olympia ſunt, & Lympida ſpeculabitur, diuina eſt tota, & religioſa erit eius contemplatio, quia ab obiectis illis Lympida fit, & Olympia diuinarum rerum contemplatrix: Si verò vt peregrina, & vt dicitur altera DINA, ideſt ad materialia ſe conuertẽs obiecta vilia, ſordida, & polluta, quæ illam à ſua perfectione elongant, tota Phyſica erit, & ita Laica, & religioſa ſimul, hinc illud perpulchrum accepimus, quod ſuperflua eſt illorum difficultas, quonam facultas de anima ſcam ſortiri debet nobilitatem? Reſpõdemus quia à materia remota eſt, nam vna eſt intelligẽtiarum, idem ſemper intelliges. Rurſus quia circa nobiliſſimum verſatur ſubiectum. Item quia exacta eſt

eius cognitio. Item quia eius contemplatio eſt inter ſcientias ſpeculatiuas, ſcientiæ verò contemplatiuæ aſſimilantur ſcientiæ Dei, ait Plato, quæ eſt purè contemplatiua. Poſtremò ſciētia eſt nobiliſſima, quia in probando demonſtratione perfectiſſima vtitur, & cauſas reddit propter quid & ea, quę certiora ſunt, docet, nam quid certius anima? Quis ita demens, qui animæ vim negabit? niſi illi duo dementes, & inſipientes; Dicearchus, (vt fertur,) & Ariſtoxenus omninò animā à corpore tollentes, & inane nomen animam putantes, quod profectò intolerabile, & fatuum eſt, cum corpus in ſe nihil agat, cum ex materia, & quantitate conſtet, quantitas verò nihil eſt, niſi ipſa materiei extenſio diuiſioni ſubiecta formę; paſſionibus ſubdita. Igitur ex aliqua vi, & forma corporib. inſita corpora mouentur, & operantur? Ignis non quia corpus agit, & vrit, ſed quia calidus à Planeta anima eius, ſeu ab Aurora eius forma, vt noſtri dicunt. Aqua non quia corpus, ſed ab Oceana virtute, ſeu à Thety, anima eius? non igitur à quantitate, ſed à qualitate ignēſcit ignis, & frigeſcit aqua? Iure ergo Philoſophia noſtra admonet corpus eſſe animæ inſtrumentū, quo ipſa ſuas poſſit exercere operationes, vt generare, nutrire, augere currere, ſtare, ſedere. Iure quoq; Sacerdotes noſtri animam patrē, & corporis artificem vocitant, quia corpus eſt animæ inſtrumentum, & per ſenſus quaſi per foramina videt, ſentit, & percipit. Cognata eſt tandem hæc noſtra Philoſophia Salomoni Sapientiſſimo Canticorum ſecundo, & animam ita loquentem introducit: Quæ eſt iſta, quæ à montibus illis eminentiſſimis Capricorno ſcilicet, & Cancro venit, in corpuſque eſt lapſa? At modo dum in corpore hoc mortali vergit per feneſtras veluti per foramina ad intelligendum excitatur. Quæ eſt iſta, quæ olim ſenſibus non erat egena, modo eis vt feneſtris vtitur ad videndum? Hominum ergo eſt imperitia aſſerentium ſupra corpus nihil eſſe?

Duas veteres noſtri Sacerdotes dixerunt Animæ diffinitiones eſſe ſcilicet numerum ſeipſum mouentem, & ſubſtantiam ſeipſam intelligentem, non tamen Deũ dixerunt, vt quidam ex laicis in Ariſtotelem monuerunt. Cap. XXVI.

VErè de numero difficillimorum eſt ſcientia de anima ait Ar. 1. de an. & Plato x. de leg. propterea difficile fuit quoque de eius quod quid eſt, indagari. hinc Ariſto. duas tradidit quoq; animæ diffinitiones, reiectis primum cæterorum ſentẽtijs, quòd ſcilicèt eſſe corporis actus, & rurſus principium intelligendi, ſentiendi, & in locum mouendi, quas modo explicare, eſſet à noſtra religioſa Philoſophia recedere: eſſet quoq; ſuperfluum, cum à doctioribus abundè, & exactiſsimæ declaratæ ſint; gratis tamẽ noſtrorum religioſorũ reijcit ſentẽtias, & diffinitionem illam præcipuè: Animam ſcilicèt eſſe numerũ ſeipſum mouentem, niſi dicamus occaſionem accepiſſe, ſeu accipere voluiſſe cum eis diſputandi; nõ enim adhuc ignorabat, vt ipſe ſibi effinxit longiùs ire, animam non eſſe numerũ quantum accidens aliquod vulgarium numerum, & mercatorum, ſed rationalem ex conſonantijs more ſcilicèt Pythagoreorũ, numeris, & proportionibus optimè diſpoſitum, ſecum illũ ducens felicem numerum, quo ſummus ille artifex omnia numero, pondere, & menſura diſpoſuit, numero præcipuo illo ſenario, quo mundi fabrica conſtructa eſt, qui vt pater Auguſtinus aſſerit, myſterium potius, quàm temporis partem ſignari eſt opinandum, quibus indigemus ad præcognoſcendum naturę, & Dei ſacramenta, nõ igitur laicis numeris materialibus, ſed religioſis, & rationabilibus, numerus eſt quoq; iſte ſenarius, qui ex ternario veluti ex baſe pululat, quo nobis occultè reuelatum eſt, totam mundi machinam à tribus perſonis indiuiſibiliter emanaſſe, ad vnum tamen tanquam ad illud exemplare, & ideale vnum tendentes finis omnium: Nobis quoq; illud occultè reuelatum eſt, quod prius reuelatum erat, animã harmonicè conflatam, & ita numeroſam fore, vt conformitatẽ, &

 propor-

proportionem cũ omnibus habere liquidò appareret de hac animæ fabrica numeris, & proportionibus veluti ex materia quadam modò differere eſſet ingurgite illo Platonico immergi, quo nihil vt arbitror obſcenius, nil difficilius, vt Plotinus teſtatur lib. 7. Enea. 6. c. 16. Superuacaneum igitur exiſtimo de hac animæ harmonia ſcribere, cum hodie à viris ſapientiſſimis, vt dicitur, pedibus teruntur: Quare argumenta, quæ ab Ariſ. 2. de an. adducuntur, non cogunt, quia non de numero materiali eſt ſermo, & vulgari, ſed Pythagorico, quo mundus totus eſt factus numero, pondere, & menſura, qua etiam harmonia, ſeu proportione anima vt Philoſophia noſtra admonet, per ſui ſubſtantiam intelligit: Obſeruet igitur qui noſtra Philoſophia religioſa oblectatur, animam eſſe numerum primum. & ratio eſt Platonica, quia ſolus Deus vnitas eſt, cætera verò à Deo numeri ſunt, ſeu vnitates, & multitudines, quanto enim quis ab vnitate elongatur, tanto multiplex, & multiplicius: hinc Proculus interrogatus quid Deus ſit? Reſpõdit vnitas, & numerorum fons. Si vnitas, igitur omnia: Obſeruet etiã qui Sacerdotia hac Philoſophia fruitur, Angelum numerum quoq; eſſe, ſed numerum tamen immobilẽ, hoc eſt ſemper eũdem, ratio eſt Platonica, quoniam ſine diſcurſu intelligit, & vult, animam verò numerum mobilem, verùm per eſſe mobilẽ non intelligamus ſecundum ſubſtantiam permutabilem, quia ſi ita eſſet mobilis, non eſſet ergo anima à materia ſeiuncta, & ſupra formas ex aluo materiæ eductas, numerum igitur mobilem dicimus non motione corporea, quæ eſt paſſio entis mobilis, ſed motione, quæ eſt actio, quem motum vocamus animarium. puta intelligere, & velle, conſultare, metuere, lætari, qui verè motus ſunt, & ſi Methaphorici dicantur vt Plato decimo de leg. admonet: licèt mouere etiam dicamus, quia ex ſe excitatur ad motum tranſitiuum, ſeu vt dicunt, tranſeuntem, itaq; duplici motione eſt ſeipſam mouens: Deinde mobilem dicimus animam, hoc eſt ſeipſam mouentem, non ſecundum partium diuiſionem, vt Laicus ſibi falsò perſuadet: ſed motione, quæ eſt actio, hoc ad quodcunq; cum ſit motus volũtarius, & intellectualis: Eſt quoq; numerus mobilis, hoc eſt dãs vitã, & vitalem motum; in igne enim adeſt intus primouis illa calefactiua, & igneus calor priuſquã corpus aliquod calefactio-

ne extrinſeca calefaciat; ita in anima ineſt primo illa vis ipſa vitalis intrinſeca, quæ dicitur mouens; ſeu mobilis numerus; eſt ergo anima numerus vnius, ſeu numerus primus, vnius quidem, quia deitatis eſt particeps; eſt quoq; numerus vnius, quia eſt in ſingulis partibus vna; Eſt numerus ſecundarius, quatenus cum illa eminentiſſima vnitate coniuncta eſt, vt radij cum ſole, ait Plotinus; Conuenit & animæ numerus ille perfectus ternarius non modò in potentijs, vt communiter dicitur memoria intellectu, & voluntate; ſed quia animæ natura in tria quoq; diuiſa eſt, in ſubſtantiam, potentiam, & actionem; Eſt etiam numerus ternarius, quem tribus modis poſſumus contemplari, primo vt in ſe manens, ſecundo vt vergit ad corpus, tertio vt aſcedit ad incorporalia à corporibus; Eſt quoq; numerus ternarius, quia ab vno fluit, ſecundo quia ab eo recedit tertio quia ad vnum rurſus reflectitur; Conuenit etiam animæ numerus quaternarius, quia ad corpus eſt proclivis ex quatuor qualitatibus elementaribus cõflatum, quatuorq; humoribus contemperatum, quatuor etiam facultatibus præditum, nutriendi ſcilicèt, ſentiendi loco mouendi, & intelligendi; Conuenit etiam animæ numerus quinarius, qui numerus eſt medius inter decem; ipſa verò forma media eſt per ſimilitudinẽ ait Simplicius, & ob id eius quoq; ſcientia media eſt etiã media quia nexus omnium, & ei inter omne expoſitionis genus aliquo modo reperitur: ob id Lunæ animam dixere ſimilẽ; & Protheam quoq; vocarunt, & ſub eius imagine deſignabant; hinc difficilis eſt animæ ſcientia, & de numero difficillimorũ, vt Plato x. de leg. & Ar. 1. de ani. ſcribũt. Quinarius etiam numerus animę conuenit, quia ex quinq; rerum initijs, vt Platonici admonent, conſlatur: Numerus quoq; ſenarius conueniẽs eſt animæ, quia Dei eſt imago, qui & ſi numerus non eſt, ſed vnitas, conuenit illi tamen numerus idealis, qui eſt fœcunditas numerorum omnium: hoc eſt fecunditatum, & productionum tam ad intra, quàm ad extra, ad immanentia, & tranſeũtia, dans rebus, vt variæ ſint ex multigera eius virtute productiua, quam in ſe claudit, quæ tandẽ virtus multiplex nunquã ab eius vnitate diſcedit: & ſicuti ſenario igitur numero Deus cuncta procreauit numero, pondere, & menſura, ita & animã vt Dei, & naturæ ſecreta ipſa cognoſceret; iure igitur animæ illud

illud clamitat: Benedic anima mea Dominū, & omnia ea, quæ intra me ſunt: Numerus eſt etiam animæ ſeptennarius propter eius harmonicam cūflationem, quia numerus iſte ſeptenarius Apollini dicatur ab eius Lyra, chordiſq; ſeptem, ſeptēq; nablis conſtructa, nam vt ait Plato x. de leg. à vacatione quieſcet, hoc eſt à pollutis operibus, & ab obiectis illis immundis abſtinebit & in Deum, qui verè eſt Sabbathum, conquieſcet: & tunc illud dicet: Vacate, & videte quàm ſuauis eſt Dominus: Conuenit quoq; animæ numerus octenarius, propter eius immortalitatem; fuit etiam aliquando ſub lege ſeptennaria, erit ſub Euangelio octenaria ætas reſurgentium, & illud audiet: Siquis ſermonem meum ſeruabit, mortem non guſtabit in æternū: Conuenit, & animæ numerus nouenarius, quę cum ſit trina, ter tria nouē explēt: vel nouenaria eſt, cum vna ſit ex cęleſtibus Muſis, & Orphæi Lyræ chordis, ꝑpterea illis nō eſt aſſentiēdū q. Lyrā Orphæi ex ſeptem chordis conſtituunt, quia tunc ſeptem eſſēt Muſæ, hoc eſt ſcientiæ, ſed liquidò conſtat, tres eſſe ſcientias rationales, tres reales, & tres morales; niſi dicant, quòd ſeptem ſunt, quia nouenarius numerus ſub ſeptenario continetur, vt exactē neoterici ſcribunt de hoc numero ſeptennario, & ſeptē hebdomadibus: Denarius, & vltimus eſt numerus, quia a Cælo deſcendit vel Cancro, vel Capricorno, adhuc aſcēdet: Denarius etiam numerus, quia vltimum eſt Dei, & diuinarum opus completum, ait Mercurius vltra quem alius non datūr numerus: Arguunt modò aduerſæ partes aduerſus hanc religioſam diffinitionem ex ijs, quæ Ar. 8. Phyſ. ſcribit: Omne, quod per ſe mouetur eſt in loco, ſed anima non eſt in loco, cum non ſit corpus, igitur non ex ſe mouetur: Secundò ita arguitur. Nihil mouet ſe, nil enim in ſe agit, & nil à ſe patitur, omne etiam, quod mouetur, in partem mouentem, & motam diſtribuitur: Ad hæc, & omnia, quæ adduci poſſunt aduerſus noſtram aſſertionem, ita facimus ſatis, qđ nihil mouet ſe motu corporeo, anima enim non mouet ſe motu corporeo, ſed animario, hoc eſt excitat ſe, vel dicamus, nihil mouet ſe motione tranſeunte, ſed vtrūq; motione inmanente, & ita ad illud de loco dicimus: Omne, quod mouetur motu corporeo, eſt in loco, modò anima nō mouetur motu corporeo, ſed animario: ſed clariùs dilucidabitur, cū de animæ immortalitate diſputabimus: Nunc tranſeamus ad ſe-

eundam huius aſſertionis diffinitionem : Animam ſcilicet eſſe ſubſtantiam diuinam per ſe intelligentem, quam difficile erit explicare; Eſſe enim ſubſtantiam nemo negabit, licèt Ar. putabat Pythagoricos animam dicere quantitatem, dum numerũ per ſe mouentẽ aſſerebant, ita cũ ſuo comentatore arguit: Intelligere, ſentire, & huiuſmodi, quæ operationes intellectus, & ſẽſus ab accidente prodire nequeunt, accidens enim neq; intelligit, neq; ſentit, neq; nutritio ab accidente primo proficiſci poteſt, cum nutritio ad ſubſtantiam eſt mutatio, vt carnes, & oſſa: ſubſtantia quoq; ab accidente nõ emanat, cum nihil agat vltra proprium gradum: Anima igitur ſubſtãtia eſt, quo enim ablato deſinit, & eius eſſe, ablata etiam animãtis ſubſtantia, ſola figura relinquitur, ſicuti depictum quodam, ac lapideum; ex acceſſu igitur animæ animãtis ſubſtantia conſtituitur, eaq; remota aufertur animantis ſubſtantia, ita arguit Ariſt. illud ſecũ putans, hominem conſtitui ex anima, & corpore quod non affirmabit Plato, vt ſuo loco dicemus: ſed tranſeat eius argument. ad oſtendendum animam eſſe ſubſtantiam: Arguit deinde Ar. ſubſtantiam dici vel de materia, vel de forma vt 2. de an. com. 9. videre eſt, vel de cõpoſito, at cum anima neq; cõpoſitũ, neq; materia ſit, igitur pro conceſſo illud iure ſequitur ꝙ ſit forma, & actus corporis. Secũda verò huius noſtrorũ Seniorum diffi-cilis particula erat D I V I N A, quæ adeò turbat laicorũ mentem vt illis illud dicere Peripateticum eſt neceſſariũ, non conturbent vos ſubſtantiarum partes, non enim diuinam dicimus ſubſtantiam, vt olim Priſcillianiſtæ, vt exactè ſuo loco referemus: ſed quodammodo diuinam, hoc eſt diuinum quodã à diuinis fontibus emanatum, vt D. Paulus dicere conſueuit: Dei inquit, genus ſumus, quam D. Pauli ſententiam ita Theologicè explicabo, ſi tamẽ quadrabit. Diligit enim nos Deus, & ita diligit, vt ſuam quoq; Deitatem cõmunicet, vt Dominus noſteř teſtatus eſt: *Regnum Dei inquit, intra vos eſt*, hoc eſt deitas, quod clariùs Ioannes explicabit. Verbum inquit, caro factum eſt, hoc eſt in homine Deitas, ita eſt, & intus adeſt: Nõ ignoramus tamen Ioannis ſentẽtiam de verbo, & ſecunda Trinitatis perſona fore intelligendam: ſed quadrabit explanatio per ea, quæ inde ſequuntur verba, & habitauit in nobis per Deitatem, & gratiam nobis infuſam, propterea Deos nos appellitat: Ego

dixi

dixi vobis, Dijeſtis, hac ſcilicet Deitate per canalia, & fiſtulas, ſacramenta videlicet, communicatā: Hinc Ioannes illud aſſerebat: Si quis ſermonem meum *ſeruabit, pater meus diliget eum & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus*, propterea illis aſſentiri non debemus, aſſerentibus intellectum agentem eſſe Deum, & non animæ noſtræ particulam, à quibus alienus eſt Ar. cui illi ex diametro aduerſantur, nam is 8. Phyſ. docuit: Quicquid mentes illę ſublimes agunt, mediāte motu agūt modò ſi eſſet Deus animæ noſtræ particula, ad intellectionem concurreret, ſed nonniſi mediāte motu, quod eſt falſum in via illorum polluta: Nec præualet quorundam Peripateticorum reſponſio, quam afferre ſolent in ſuis diſputationibus, qnod ſcilicet Deus ipſe quàm primum phantaſmata ſunt in phantaſia recepta, tribuit intellectui patienti virtutem quādam, qua mediante phātaſmata fiunt intelligibilia, qua etiam virtute intellectus eſt ſemper actu intelligens, quoniam hæc reſp. nō eſt Peripatetica, ſed religioſa, & Philoſophiæ noſtræ conſona, quæ Deitatem animæ tribuit, & ſubſtantiam dicit diuinam: nō eſt hæc etiam eorum reſp. illis conſona, quia Auer. in quo Peripateticorum ſchola ita cōfidit, in diſputationibus ſuis deſtructionum diſputatione ſecunda ſic arguit. Nullum nouum prouenit ab antiquo, at cum Deus omnium antiquiſſimus; igitur ab eo veluti in mobili antiquiſſimo aliquid noui proficiſci non poteſt: hæc verò virtus mox intellectui infuſa de nouo diffunditur: Quadrabit, & melius aliquorum reſponſio: Hęc Deitas, ſeu virtus ab initio fuit animæ tradita hoc eſt ab eius ortu ſimul, & intellectu potentiæ vnita, qua mediāte phantaſmata illa, quę & ſi ſingularia ſunt, tamen vniuerſaliter recipiuntur; Sed diſputent ipſi hoc quæſitum, noſtra enim Philoſophia negat, & negabit ab initio Deum eſſe animæ noſtræ particulam, ratio eſt Pythagorica, quia nulla eſt inter Deum, & animā proportio: mox Deus eſt vniuersè agens, intellectus verò partiale agens, Ar. ēt duas tribuit animæ potentias, ſeu virtutes, quarum altera correſpondet materię, altera verò agenti: Hoc autem non negabimus intellectū agentē vtiq; eſſe Deum QVODAMODO, hoc eſt Deo ſimilem: igitur Dei eſt radius, & ita verum erit dicere, ſubſtantiam eſſe animam diuinam, hoc eſt diuinum quodā diuino ſcilicèt radio irradiatam: huic noſtræ Philoſophiæ conſo-

eundam huius aſſertionis diffinitionem : Animam ſcilicèt eſſe ſubſtantiam diuinam per ſe intelligentem , quam difficile erit explicare; Eſſe enim ſubſtantiam nemo negabit,licèt Ar.putabat Pythagoricos animam dicere quantitatem, dum numerũ per ſe mouentẽ aſſerebant,ita cũ ſuo comentatore arguit:Intelligere,ſentire,& huiuſmodi,quæ operationes intellectus,& sẽſus ab accidente prodire nequeunt, accidens enim neq; intelligit,neq; ſentit,neq; nutritio ab accidente primo proficiſci poteſt,cùm nutritio ad ſubſtantiam eſt mutatio,vt carnes,& oſſa: ſubſtantia quoq; ab accidente nõ emanat,cum nihil agat vltra proprium gradum: Anima igitur ſubſtãtia eſt,quo enim ablato deſinit,& eius eſſe, ablata etiam animãtis ſubſtantia, ſola figura relinquitur,ſicuti depictum quodam, ac lapideum; ex acceſſu igitur animæ animãtis ſubſtantia conſtituitur,eaq; remota aufertur animantis ſubſtantia,ita arguit Ariſt. illud ſecũ putans,hominem conſtitui ex anima,& corpore quod non affirmabit Plato,vt ſuo loco dicemus:ſed tranſeat eius argument. ad oſtendendum animam eſſe ſubſtantiam: Arguit deinde Ar. ſubſtantiam dici vel de materia, vel de forma vt 2. de an. com. 9. videre eſt,vel de cõpoſito, at cum anima neq; cõpoſitũ,neq; materia ſit, igitur pro conceſſo illud iure ſequitur ꝙ ſit forma, & actus corporis . Secũda verò huius noſtrorũ Seniorum diffi-cilis particula erat D I V I N A , quæ adeò turbat laicorũ mentem vt illis illud dicere Peripateticum eſt neceſſariũ,non conturbent vos ſubſtantiarum partes,non enim diuinam dicimus ſubſtantiam,vt olim Priſcillianiſtæ , vt exactè ſuo loco referemus:ſed quodammodo diuinam, hoc eſt diuinum quodã à diuinis fontibus emanatum , vt D. Paulus dicere conſueuit: Dei inquit,genus ſumus,quam D.Pauli ſententiam ita Theologicè explicabo,ſi tamẽ quadrabit· Diligit enim nos Deus,& ita diligit, vt ſuam quoq; Deitatem cõmunicet, vt Dominus noſter teſtatus eſt : *Regnum Dei inquit , intra vos eſt* , hoc eſt deitas , quod clariùs Ioannes explicabit. Verbum inquit,caro factum eſt,hoc eſt in homine Deitas,ita eſt,& intus adeſt :Nõ ignoramus tamen Ioannis ſentẽtiam de verbo, & ſecunda Trinitatis perſona fore intelligendam : ſed quadrabit explanatio per ea , quæ inde ſequuntur verba,& habitauit in nobis per Deitatem, & gratiam nobis infuſam,propterea Deos nos appellitat:Ego

dixi

dixi vobis, Dij eſtis, hac ſcilicet Deitate per canalia, & fiſtulas, ſacramenta videlicet, communicatã: Hinc Ioannes illud aſſerebat: Si quis ſermonem meum *ſeruabit, pater meus diliget eum & ad eum venicmus, & manſionem apud eum faciemus*, propterea illis aſſentiri non debemus, aſſerentibus intellectum agentem eſſe Deum, & non animæ noſtræ particulam, à quibus alienus eſt Ar. cui illi ex diametro aduerſantur, nam is 8. Phyſ. docuit: Quicquid mentes illę ſublimes agunt, mediãte motu agũt modò ſi eſſet Deus animæ noſtræ particula, ad intellectionem concurreret, ſed nonniſi mediãte motu, quod eſt falſum in via illorum polluta: Nec præualet quorundam Peripateticorum reſponſio, quam afferre ſolent in ſuis diſputationibus, qnod ſcilicet Deus ipſe quàm primum phantaſmata ſunt in phantaſia recepta, tribuit intellectui patienti virtutem quãdam, qua mediante phãtaſmata fiunt intelligibilia, qua etiam virtute intellectus eſt ſemper actu intelligens, quoniam hæc reſp. nõ eſt Peripatetica, ſed religioſa, & Philoſophiæ noſtræ conſona, quæ Deitatem animæ tribuit, & ſubſtantiam dicit diuinam: nõ eſt hæc etiam eorum reſp. illis conſona, quia Auer. in quo Peripateticorum ſchola ita cõfidit, in diſputationibus ſuis deſtructionum diſputatione ſecunda ſic arguit. Nullum nouum prouenit ab antiquo, at cum Deus omnium antiquiſſimus, igitur ab eo veluti in mobili antiquiſſimo aliquid noui proficiſci non poteſt: hæc verò virtus mox intellectui infuſa de nouo diffunditur: Quadrabit, & melius aliquorum reſponſio: Hęc Deitas, ſeu virtus ab initio fuit animæ tradita hoc eſt ab eius ortu ſimul, & intellectu potentiæ vnita, qua mediãte phantaſmata illa, quę & ſi ſingularia ſunt, tamen vniuerſaliter recipiuntur; Sed diſputent ipſi hoc quæſitum, noſtra enim Philoſophia negat, & negabit ab initio Deum eſſe animæ noſtræ particulam, ratio eſt Pythagorica, quia nulla eſt inter Deum, & animã proportio: mox Deus eſt vniuerſè agens, intellectus verò partiale agens, Ar. ẽt duas tribuit animæ potentias, ſeu virtutes, quarum altera correſpondet materię, altera verò agenti: Hoc autem non negabimus intellectũ agentẽ vtiq; eſſe Deum QVODAMODO, hoc eſt Deo ſimilem: igitur Dei eſt radius, & ita verum erit dicere, ſubſtantiam eſſe animam diuinam, hoc eſt diuinum quodã diuino ſcilicèt radio irradiatam: huic noſtræ Philoſophiæ conſo-

nus eſt etiam Ar.3. de an. Intellectus, inquit, agens eſt, ea, quæ erant potẽtia intelligibilia facere, actu intellecta, vt LVMEN ſed lumẽ nihil agit, hoc eſt, nihil imprimit in coloribus, igitur intellectus agens nihil imprimit phantaſmatibus: Quidã verò ex Peripateticis Auer. ſectatores, cum illud com. 18. 12. meth. legunt: Intellectum agentem ſcilicet, nihil intelligere eorum, quæ ſunt hic, obſtinantur, & ita diſputant omninò eſſe Deũ, ſed õ hominum per ideam; Primo falſiſſimũ eſt, Deum, ea, quæ hic ſunt, non intelligere: quia per modum vitæ omnia intelligit, vt ſuo loco dicemus: mox Auer. ſententia non ita venit intelligẽda, vt ipſi explicant; Arguit enim Auer. com. præallegato à minori ad maius, & ita percontatur: Si intellectus agens nihil inhil intelligit eorum, quæ ſunt hic, quanto magis intellectus diuinus? non igitur aſſerit, intellectũ agentem eſſe Deum, niſi quodammodo per ſimilitudinem quandam? Sed reuertamur nos ad noſtram religioſam diffinitionem, quã incepimus aperire, animam eſſe ſubſtantiam diuinam, ideſt diuinum quodã, quod Pater Aug. vocat portionem ſuperiorem, vt Moyſes vitæ ſpiraculum, quibus eſt Plato noſter conſonus in epiſtolis: Eſt, inquit, in anima fulgor ita fulgens ad imã eius huſcuſq; deſcendens: quare vana, & ſuperuacua eſt omnis cognitio, quæ non fit de anima: ſed ita hæc Platonis ſententia laicis quibuſdam diſpl[illegible]cet, vt in Platonem inuehunt, aſſerẽtes de anima diminutè fuiſſe locutum, cum de cæteris brutorum animis vegetali, & ſenſibili minimè differuit, & huiuſmodi diffinitionẽ ſoli homini conuenire: Sed gratis Platonem redarguunt, neglexit enim Plato ipſe de brutorum animis exactè differere, quoniã animæ non ſunt, at potius animarum vmbræ, & animationes quædam, & vt dicunt: idola, & imagines; ſed non ne dum Plato de hominis anima ita cumulatè differit, de omni quoq; anima diſputat? & gradu quouis animãtiũ? Quid. n. homo eſt, niſi omnis creatura? omnis anima? quæ eſt mouens ſe, hoc eſt ad motũ ſeipſam excitans, ſicut ſol à ſe ipſo lucet, ad lucendum ſe aſcendens: Tertia huius diffinitionis particula eſt ſeipſam intelligẽs hoc eſt per ſui ſubſtantiam, ſed quoniam altiori quadam indagine de animæ intellectione eſt indagandum, ſufferre, obſecrãmus: quouſq; proprium quæſitũ illud dilucidabitur, an anima ipſa phantaſmatibus, ſenſibuſuè indigere videatur?

Nullum ab initio fuit barbarius dogma inter barbaros, quàm illud aſſerere, hominum animas eſſe Dei portiones, ac de eius ſubſtantia veluti de materia procreatas. Cap. XXVII.

CVm ſuperiori capite illam aperuiſſemus diffinitionem veterum noſtrorum, animam ſcilicèt eſſe ſubſtantiam quodammodo diuinam, iure in hoc ſequenti capite veſanam illam barbarorum ſententiam explicare expedit, aſſerentium animas Dei eſſe portiones, & ſubſtantias, ac de eius eſſentia ac de eius ſubſtantia procreatas, quod penitus abhorret nedum Theologia ipſa, verum quoq; Philoſophia noſtra, & omnium Philoſophorum ſchola, quoniam vt toties oſtendimus: Deus ſumma eſt vnitas, igitur nullo modò diuidi poteſt, & plurium numerorum fieri materia: Rurſus Deus purus eſt actus, igitur vicem materiæ gerere viliſſimum eſt illi, eſſet etiam, Deũ omnibus intellectibus viliorem reddere, cum ceteræ mentes formæ ſint, Deus verò ipſarum materia: poſtremò immutabilis eſt Deus, hæc verò barbarorum inſania Deũ mutabilem facit ex puriſſimo actu ad puram potentiam, & ſubiectum, rationi ergo aduerſantur: ſecundò veritati, & Theologis ferè omnibus ac primùm Auguſtino Gen. 7. ad literam cap. 2. qui exactè hãc veſanam hæreſim ſecum diſputans, & cõfutans, ita arguit: Deus centrum mundi eſt, ſubſtãtia omninò immutabilis, quæ à multis creditur, ſed à paucis intelligitur, animæ verò naturam vel in melius, vel in deterius commutari quis ambiget? nõ igitur Dei portiones, & de eius ſubſtantia veluti de materia animæ genitæ ſunt, nunc autem mutabilitas eius ſatis indicat, eã interim vitijs, atq; fallacijs deformem reddi, formari autem virtutibus, veritatiſq; doctrina, ſicuti etiam caro in ſua ſalute decoratur, morbis, vulneribuſq; fœdatur, hæc Aug. cui ſuffragatur Chriſoſtomus in actibus Apoſt. 2. qui ita arguit. Si anima Dei eſt portio, at per vos Priſcilliamiſtas animę etiam in bruta demigrarent, ergo Deus quoq; in belluarum corpora, ac brutorũ migrabit, in peponum corpora, & cucurbitarum: ſed ò deliriũ, ac Philoſophorum inſaniam; negligitis vos inſipientes, & pol-

[illegible], quia [illegible]
[illegible] Deum [illegible] habere in
[illegible] ni, ſi
[illegible] aſſeri-
[illegible] migrare, ò mea
[illegible] Thom. [illegible] 2. contra gentes
[illegible] habuiſſe
[illegible], vt aſ-
[illegible] propterea Deum
[illegible] & hoc ſine ſit
[illegible] ſapere
[illegible] fecerunt; Or-
[illegible] hominum inſeruit, quoniam
[illegible] tamen ſpa-
[illegible] particulam ani-
[illegible] lucem ex-
[illegible] delirium ex
[illegible] aſſerere intelligebant,
[illegible], quod quoque
[illegible] quemadmodum aſſe-
[illegible] intelligere, & nihil inſe-
[illegible] animam cor-
[illegible] Dei ſubſtantiam ab eo
[illegible] ita ſcenis funda-
[illegible] conclusionem, [illegible] eſſe immor
[illegible] in corpus tamen delapſa
[illegible] dogma, intel
[illegible] eſt Deum, hoc eſt Dei particulam, vt ſupra
[illegible] ſed quoq; poſſibilem, at cũ
[illegible] intellectum
[illegible] D. Thomas contra pollu-
[illegible] verò in tem-
[illegible] igitur Dei por-
[illegible] argueret, licèt
[illegible] fundamẽtis lõ-
[illegible] Dei partem, igitur non eſt potẽtia intel-
[illegible] Secundò igitur eius ſcié-
[illegible] anima, igitur
ſemper,

ſemper,& omni tempore ſciens,igitur neq; ſenſibus interioribus,neq; exterioribus eſt egena,nec phantaſmatibus,nec ſenſu communi,igitur nec obliuiſcitur vnquam,deinde anima dū in corpus labitur,turbatur,angitur,obliuiſcitur, vt bibens de gurgite Letheo, conſentit tamen Nicolaus Diaconus rationibus, & demonſtrationibus citatis huius opinionis auctor, vt refert Hirencus lib. 1. aduerſus hæreſes de anima in ſeipſa manente,non autem vt ad corpus vergente,& in corpus habitante: O hominis delirium, numquid ergo Dei particula, quia in corpus labitur, à ſuamet natura,& deitate mutabitur? Compatiendi ergo ſunt priſcillianiſtæ, quia vt Paul. ad Rom. 1. teſtatur: lumen illud celeſte neglexerunt, & ob id ſtulti facti ſunt in ſtudijs eorum,ait Pſal. Sed afferamus modò argumentum barbarorum,quod putant validiſſimum ſcriptum eſt 1. Geneſ. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, mox ait Geneſis author, & ſpirauit in eum ſpiraculum vitæ, ſed flatus Dei eſt ſubſtantia Dei,quicquid enim Dei eſt, eius ſubſtantia, ſed ex mala eorum intelligentia argumentum procedit, quoniam vt P. Aug. declarat: in ſufflauit,hoc eſt flatum dedit,& ſufflando,animam in homine diffuſit, non tamen de eius flatu fecit,propterea hoc loco illud eſt obſeruandum, in quod omnes ferè Theologi concurrunt, Deum animam creaſſe non de eius ſubſtantia,ſed de nihilo,vt Auguſ. lib. 1. de anima ſcribit,& de eius origine cap 4. Abſit, inquit, vt negemus omnipotentē flatum vitæ facere potuiſſe,quo fieret homo, in animam viuā factus eſt ergo,ac deinde ſpiratus,& ſufflatus: propterea illis aſſentimus, qui dixerunt, vt ſcriptum eſt: Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul:ac etiam mentem humanam,quam 6. die corpori inſpirauit; Tertulianus non minùs doctè, quàm luculenter narrans locum illum de flatu Dei aduerſus Marchionē, planè oſtendit huic flatui non aliquid ineſſe diuinæ ſubſtātiæ, & ita Philoſophatur. Quoquo tamen inquis modo, ſubſtantia creatoris delicti capax inuenitur,cum afflatus Dei per te, hoc eſt anima in homine deliquit,ſed numquid Deus capax eſt originalis culpæ? per afflatum igitur intellige auram, quæ eſt vētorarior, quam homini tradidit,& illum ſpirauit,hoc eſt impulit,non tamen ore vt delirantes putant: quia nec labijs loquitur Deus,nec manibus format,ſed virtute, & potentia vitā eſt

elar-

elargitus: & huic Theoſophiæ conſentit Lyranus noſter Gen. 2. illum enarrans locum, homo non erat, qui operaretur terrã: ita ſcribit, adhuc non erat formatus homo, licet 6. die creaſſet illum ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, ſed forſan, vt quibuſdam placuit, potentialiter, vel cauſaliter ait animam ex nihilo factam, licet Deus, inquit, quandam habuiſſet rationẽ, hoc eſt idæam animæ rationalis creandæ, & ſi ex idea, igitur non ex nihilo, niſi dicamus ex materia ſpirituali: Ideæ enim materiæ induunt rationem in mundo incorporeo. Sed duo ſunt, quæ hanc noſtram aſſertionem conturbare vidẽtur: Diximus enim capite ſuperiori in ſeparatis à materia, idem eſt intelligens: intellectus, & res intellecta, igitur quælibet participata mens eminentiſſimæ mentis naturam ſapit, huic dubitationi ita Philoſophia noſtra facit ſatis, quòd per prius, & analogicè de eminentiſſima mente illud intelligitur, in ſeparatis à materia, idẽ eſt intellectus, & res intellecta. Immò non modò per prius, & analogicè, ſed abſolutè illi conuenit, at non propterea illud ſequitur, igitur mentes omnes de eius ſubſtantia, niſi participatiuè, idcircò animas mentes participatas vocamus, participes ſunt enim deitatis: Iure ergo quodammodo Deus eſt intellectus ille agens, non tamen Deus vt ſupra dictum eſt: participatiuè, ergo flatus Dei ſunt: quem flatum in homine idem in anima ſpirauit, & influxit: Dubitatur ſecundo an aſſerere licebit, animas ex materia illa ſpirituali puta idearum, quæ in Deo idẽ ſunt cum Deo, de ſubſtantia quoque Dei fuiſſe procreatas? cum Theologi abhorreant, aſſerere filium de ſubſtantia patris genitum, veluti de materia, vel quaſi materia: huic dubitationi Theologicè reſpondemus, & religiosè, ſeu Platonicè, Theologi enim iure illud deſpiciunt, aſſerere filium de ſubſtãtia patris genitum veluti de materia, vel quaſi materia, quoniã materia ſui natura adeo polluta, & immunda eſt, vt vbicunque reſideat, imperfectionem ſecũ afferat, ob id particula illa, De: cautè obſeruant, ne aliquam in diuinis ducant imperfectionẽ. Ly igitur DE, duo dicit originationem ſcilicèt, & conſubſtãtialitatem, non conſubſtantialitatem dumtaxat, quia tunc fit quoq; filio conſubſtantialis, è contra pater, diceretur de ſubſtantia filij, ideò oportet ſimul illud addere, & originationem, quia neutrum per ſe ſufficit, vnde ſenſus eſt, filius eſt de ſubſtã-

tia patris,hoc eſt originatur à patre,vt ei cōſubſtantialis,itaq; prius dicit originationem; quàm ſubſtantialitatem, reſpectus enim cōnſubſtantialitatis præſupponit diſtintionem perſonarum,diſtinctio verò fit per originationem:Dices fortaſſis,quare filium eſſe de ſubſtantia patris non dicit per ſe originationē à patre? Reſpondetur quia etiam creature hac ratione eſſent de ſubſtantia Dei, vt Ly De. dicit originationem , non autem conſubſtantialitatem:per pulcrè ergo Theologi illud obſeruare admonent, quòd licèt diuina eſſentia fundamentum ſit relationū diuinarum non tamen habebit rationē ſubiecti, ſeu receptiui,quia modum materiæ indueret,& vicem materiæ gereret,at ipſa eſſentia nō actuatur,nec actuari poteſt per relationes illas,eſſet enim tunc perfici ab eis,eſt ergo per ſe actualiter exiſtens,& terminus formalis productionis filij:Sileant,valeāt igitur,qui aſſerunt,filium eſſe de ſubſtantia patris,ſicut determino à quo ad quem , quoniam nulla in Deum cadit transmutatio:Ex hac Theologorum reſponſione de verbi generatione ad quæſitum propoſitum ita reſpondebit,ꝙ animæ à Deo ſunt idealiter,& Ly,De,originationem dicit , nō autem ſubſtantiā, ſeu conſubſtātialitatem, vt barbarorum turba ſibi effingebat: quo iure illud ſequitur, materiei non eſſe ideam, non defuerūt tamen qui etiam ideam materiæ poſuerunt,niſi dicamus materiei eſſe ideā reſpectu compoſitorūvt diximus capite proprio.

Si numerus ſeptennarius eſt infœcundus vt de rationalibus numeris aduerſarij probant quomodo anima ſeptennaria eſt apud Platonicos, & hoc nomine Pytagorico gaudet? Cap. XXVIII.

ANimam vt in præcedentibus explanauimus: numerū ſeipſum mouentem diximus,non quidem materialem,& vulgarem, ſed rationalem, & Pythagoricum ex ſubſtantialibus.ſ. proportionibus,numero,pondere, & menſura libratam per ſe mouentem,hoc eſt per ſe intelligentem, & per ſui ſubſtantiam excitantem, abſq; ſenſuum,& phantaſiæ adminiculo per ſe etiā mouentem,quoniam ſons eſt motus,& quia vita eſt quoq;, igitur gemino motu eſt mouens , primo methaphorico , ſecundo

reipſa,& naturali,licèt animario motu,& non corporeo: Verũ & ſi omnis numerus illi conuenit, ſeptennarius tamen illi moţ commodiùs accommodari poteſt, & iure quidem hoc ſeptennario nomine gaudebit anima, quia vndiq; perfectionem ſecũ claudit, vnde meritò Apollini dicatur, non tamen quia ſeptimeſtris,vt dicũt ſeptimoq; mẽſe natus, & à Latona genitus eſt, vt Poetæ ſecreta Philoſophiæ tegentes,effinguũt,felicem eius partum denotantes;neq; ob id quia ſeptem literis inſcribitur, & profertur,vt alij obſeruarunt:neq; ab eius Lyra chordarum ſeptem varias Muſicæ voces ſignificãtes,quę vt Muſici aſſerũt vltra ſeptem gradum progredi nõ poteſt; ſed quia Palladia eſt anima ſciẽtijs.ſ. omnibus dedita, iſte enim numerus ſeptennarius,numerus eſt palladius ob id, quia neq; ex matre genita eſt neq; genuerit,vt capite 2.monuimus: Septẽnaria eſt quoq; , q̃a numerus eſt mũdus,vt ea,quæ Macrobius affert,relinquamus, & illud ad notat ſub ęnigmate, vt munda ſit anima ſorditie inimica,& ab omni labe aliena, ob id Palladẽ Virginẽ effingim⁹, Virginem caſtam,mundã,& præceteris Virginibus veſtalibus pudicam,ſit igitur anima ſeptennaria palladia, mũda ab omni labe:huic noſtræ Philoſophiæ cognatũ ẽ,illud Geneſeos de animalibus mundis ſeptena introduces in Arca, quæ poſt cõſummatum diluuium,Deo offerri debebant, & ab eo mirifice odorari,vt ſcriptum eſt, *Odoratus eſt Dominus odorem ſacrificij huius.* Naman quoq; Syro dicitur, *vade,& lauare ſepties in Iordane, & ab immundicie mundaberis*, purificaberiſq; : hinc Theologi illud admonent,remiſſionem per ſeptennarium acquiri; ſeptẽnario illo igne ſcilicèt examinato in uaſe fuſorio ſicut aurum,& argẽtum ſeptuplum,quod clarius dictum eſt Petro: *Non dico ſepties, ſed ſeptuagies ſepties*: ſed huic noſtræ aſſertioni coniecturis quibuſdam nonnulli ex noſtris Sacerdotibus à Laicis ſeductis ita arguunt; Numerus ſeptennarius eſt numerus ſterilis, & apprimè inſęcundus,igitur nullam ſecũ affert perfectionẽ,quia nihil ſterilitate imperfectius, & inſęcundius: Antecedens ita explicatur:Omnis generatio fit ex actiuo, & paſſiuo, ſed auferatis à ſeptennario numero ter bis,vt duo maſculus, & fœmina,remanebit vnus, de quo quærimus, qui vel eſt actiuus vel paſſiuus, ſed qualis fuerit,ſterilis erit,& inſęcundus: Rurſus ita arguere conſueuerunt ex Platone x. de leg. qui animam ſeptennariam

deuenire admonet, & à vacatione quandoq; quieſcere, quod
eſt ab operatione eſſe alienum, & vacuum; vacuus igitur nume
rus, & ocioſus, & infecundus: Tertiò ſic argumentantur; Nume
rus duodenarius eſt omni numero perfectior; Deo enim tribui
tur, & cœleſti corpori, igitur duodenaria dici debet tanquàm
ex duplici ſenario, qui numerus dicitur à cabaliſtis magnus, &
hac ratione Plato in Phędon. cęleſte corpus duodecim Dijs ex-
ornat numero illo fęliciſſimo hominum vitas cuſtodientibus,
& diffundentibus, quem non immeritò fatalem numerũ appel
litant, abundantem, numerorumq; numerũ. Quartò ita arguũt,
Cõmodiùs aĩa ternaria dici debet, & hoc nomine frui, in eoq;
ſtabiliri potiùs, quàm in ſeptennario, vel quaternario, quo ob-
lectabantur etiam Pythagorei per quaternarium numerũ iu-
rantes, nomen quadrilaterum Deo attributum primum. His
igitur argumentis aſſertio noſtra moleſtatur tum à noſtris túm
quoq; ab immundis aduerſarijs nos irridentibus, ac negligen-
tibus citiusquè arguentibus: Pro ſolutione autem harum qua-
tuor difficultatum, ſunt primo quædam noſtræ Philoſophię, &
veritati conſona adnotanda, & Primum illud eſt obſeruandũ,
quod Plato longo ſermone in Epimonide demonſtrat, nec ar-
tem ſcilicet, neq; regimen, neq; doctrinam quamuis abſq; nu-
meris ſtare poſſe: Platoni adhæret Iamblicus in lib. de Se-
cta Pythagoricorum. Vterq; enim mũdus, inquit, numeris di-
ſpoſitus eſt, hinc Boet. qui ſcientias, ait, Mathematicas negli-
git, ei denuncio non rectè Philoſophandum: Delirant quoque
ſubdit, qui ad Philoſophię ſtudium accedunt ſine Mathemati-
cã: Redditq; rationem, quoniam cum Deus ſit omnium nume-
rorum radix, omniaq; contineat, per numeros etiã eſt Theo-
gizandum, & per Glometericã hoc eſt muſicam rationalẽ: Eſt
ſecundò obſeruãdum illud, quod ſuperius declarabamus, Deo
nullum conuenire propriè numerum, cum ſit ſummè vnus, niſi
dicamus numerum idealem, qui eſt fœcunditas omnium pro-
ductionũ tam ad intra, quàm ad extra, dans rebus vt variæ ſint
ex multigena virtute productiua, quam in ſe claudit, quę tandẽ
multiplex virtus nunquàm à ſua ipſius vnitate diſcedit, in Deo
enim idem ſunt omnia, & ſi in creaturis multiplicantur, verùm
vnitas hæc intra terminos ſuæ deitatis clauſa in ternarium diſ-
funditur tãquam in numerum primum, quem noſtri Sacerdo-

ces Philoſophi vocant Maſculeum rerum omnium extra diuinitatem productiuum abſq; fęmineo tamen, nam indigere fœmineo, imperfectio eſt, ſicut in homine contingit, qui non valens à ſe ipſo producere, adiutorio fęmineo indiget, vt ſtaret, coram eo, & ſimile ſibi producat, aiunt Theologi, Deus igitur, qui omnia in ſua maxima vnitate continet, nullo exteriori adminiculo eget, niſi ſecundum methaphoram quandã; & tranſumptiuam, & hic erit numerus quaternarius elementorũ ſcilicèt, qui virtutem ſignificat in Deo fœmineam, ait Mercurius in Pymãdro: Ternarius igitur numerus intra terminos deitatis occultus in quaternariũ opus ad extra ſcilicèt diffunditur, & illud ad intra, Baſis ergo erit ternarius numerus numerorũ hoc eſt creatorum omnium; & rerum productarum in vnitate ſcilicèt eſſentiæ, qui in quaternarium quaſi ſemen diffunditur; itaq; illud aſſerere poſſumus, omnia ſeptennario numero generari, & produci. Tria ad intra vt tria principia, & quatuor ad extra, vt paſſiuum, & fęmineum; & erit Sacerdotia cõcluſio altiùs diſputanda inter doctiores; *Numerus ſeptennarius eſt omnium rerum principium* hoc fundamento etiam præter id, quod eijcimus, quia Deus omnia numero, pondere, & menſura generat, ideſt ſeptem attributis vltra ſeptennarium illum occultũ numerum intra terminum ſuæ deitatis clauſum, ſeptemq; attributis omnia gubernat, diſponit, & influit, videlicet Bonitate, Sapientia, Iuſtitia, Prouidentia, Pulchritudine, Veritate, & Fortitudine, q̃ oĩa crateres ſeptem, ſeu fontes, & putei à Platonicis dicũtur, quib⁹ ad nos dona illa deſcẽdũt dono illo clemẽtiæ ſcilicèt, & pietatis, quo Deus nobis hominibus largitus eſt, & pręcęteris animãtibus meliores reddidit, Fortitudine quoq; ſua clementia influit, ita vt Mercurius ait, audaciſſimum eſt homo naturæ opus; non ne quoq; donum illud pulchritudinis nobis à fonte illo perenni, & ſeptennario diffunditur? quo Deus nos intus pulchros reddit, vt inde pulchritudini ſtudeamus, & ſęmellis aſſimilemur, pulchritudini ſtudentes corporeæ dũtaxat: Fortitudo quoq; illa, ideſt reſiſtentia, qua viriliter agimus contra hoſtium inſidias, nonne à cratera illa diffundi videtur ſeptẽnaria? nonnæ Theologiæ noſtrę hęc omnia cognata ſunt? & Paulo præſertim, qui ita ſcribit: fidelis Deus, *qui non permittit nos tentari ſupra id, quod poſſumus*, ſed faciet etiam cum

ſentatione prouentum,& ita de alijs: Quare vt ad illud redeamus,abs quo exordiũ ſumpſimus,eſt adnotandũ hoc ſecundũ: Cũ vnitas ſumma ſit Deus,ita vt nullus ei numerus conueniat, ſua tamen productiua virtute multigenus fit numerus,nõ propriè, ſed à propriate, vt Ioannis Scoti vtamur verbis: Cõuenit ergo Deo à propriate numerus ternarius, quaternarius, ſeptennarius,& duodenarius. Ternarius quidem, quia principium,medium,& finis eſt omnium:Quaternarius,quia quadrilaterum eſt nomen eius, & per quadrilaterum nomen veteres iurabant, quaſi per Deum, hinc omnes linguæ quatuor literis pronunciant,Græci theos,Arabes,Alla,nos ab Angelo accepimus Ieſum,& vt ſcriptores referunt,Theut Aegiptij, Sire Perſæ,Hæbrei Adonai, nos Deum quatuor vocibus ſcriptum repe rimus,& ad ternarium fluit HE geminata:hinc orta eſt illa Pythagoreorum concluſio non inter Tyrones, ſed Doctiores diſputanda:Par,&Impar ſunt omnium rerum principia,nã Deus cum ſit trinus,Impar iure dicitur eſt quoq; quater, igitur par; Sub ergo numero huiuſmodi Deum omnium rerum principiũ vocitabant, propterea velatam meritò vocamus Pythagoreorum Philoſophiam, ne à vulgaribus Philoſophiæ ſecreta reuelentur: Maſculus eſt igitur Deus, & fęmella ſimul ſi par, & impar fęmina eſt per numerum illum quaternarium,per quẽ omnia diffundit veluti fœmina pariens; Iure etiam ſeptennarium Deum vocitamus,ſi par eſt, & impar trinus, & quater, quater inquam,quia qnadrilaterum eſt nomen eius, & ſi doctioribus cabaliſtis credẽdum eſt, iurãtes per quadrilaterum, per ſeptẽnarium quoq; iurabant, & Dei virtutẽ inuocabant, omnia cõtinentem,quaſi dicentes, fontes illos obteſtamur, vt in noſtrũ fluant beneficium:Duodenarius numerus eſt Deus, à propriate tamen vt diximus; ſed non propriè, non enim illi numerus conuenit,cum ſit ſumma vnitas:Verùm cum numerus ita abũdans eſt,& felix,Deus verè felicitatis,& abundantiæ fons: iure igitur illi duodenarius numerus congruit, conflatur enim iſte numerus ex ſenario, & ſenario perfectis numeris, vt ſuperius diximus:& ſenario die omnia creauit, ſeptennario verò quieuit: Altius tamen Philoſophantes, ob id iure iſte duodenarius numerus felix,& abundans vocitatur, quia omnia à ſeptem gubernatoribus,puta planetis,& quinq; mũdi plagis hoc eſt ele-

mentis,

ne extrinſeca calefaciat; ita in anima ineſt primo illa vis ipſa vitalis intrinſeca, quæ dicitur mouens; ſeu mobilis numerus; eſt ergo anima numerus vnius, ſeu numerus primus, vnius quidem, quia deitatis eſt particeps; eſt quoq; numerus vnius, quia eſt in ſingulis partibus vna: Eſt numerus ſecũdarius, quatenus cum illa eminentiſſima vnitate coniuncta eſt, vt radij cum ſole, ait Plotinus: Conuenit ℨ animæ numerus ille perfectus ternarius non modò in potentijs, vt communiter dicitur memoria intellectu, & volũtate, ſed quia animæ natura in tria quoq; diuiſa eſt, in ſubſtantiam, potentiam, & actionem; Eſt etiam numerus ternarius, quem tribus modis poſſumus contemplari, primo vt in ſe manens, ſecundo vt vergit ad corpus, tertio vt aſcẽdit ad incorporalia à corporibus; Eſt quoqs numerus ternarius, quia ab vno fluit, ſecundo quia ab eo recedit tertio quia ad vnum rurſus reflectitur: Conuenit etiam animæ numerus quaternarius, quia ad corpus eſt proclivis ex quatuor qualitatibus elementaribus cõflatum, quatuorq; humoribus contemperatum, quatuor etiam facultatibus præditum, nutriendi ſcilicèt, ſentiendi loco mouendi, & intelligendi; Conuenit etiam animæ numerus quinarius, qui numerus eſt medius inter decem, ipſa verò forma media eſt per ſimilitudinẽ ait Simplicius, & ob id eius quoq; ſcientia media eſt etiã media quia nexus omnium, & ei iure omne expoſitionis genus aliquo modo reperitur; ob id Lunæ animam dixere ſimilẽ; & Protheam quoq; vocarunt, & ſub eius imagine deſignabant, hinc difficilis eſt animæ ſcientia, & de numero difficillimorũ, vt Plato x. de leg. & Ar. 1. de ani. ſcribũt. Quinarius etiam numerus animę conuenit, quia ex quinq; rerum initijs, vt Platonici admonent, conſtatur: Numerus quoq; ſenarius conueniẽs eſt animæ, quia Dei eſt imago, qui & ſi numerus non eſt, ſed vnitas, conuenit illi tamen numerus idealis, qui eſt fœcunditas numerorum omnium: hoc eſt fęcunditatum, & productionum tam ad intra, quàm ad extra, ad immanentia, & tranſeũtia, dans rebus, vt variæ ſint ex multigera eius virtute productiua, quam in ſe claudit, quæ tandẽ virtus multiplex nunquã ab eius vnitate diſcedit: & ſicuti ſenario igitur numero Deus cuncta procreauit numero, pondere, & menſura, ita & animã vt Dei, & naturæ ſecreta ipſa cognoſceret; iure igitur anima

illud clamitat: Benedic anima mea Dominũ, & omnia ea, quæ intra me ſunt: Numerus eſt etiam animæ ſeptennarius propter eius harmonicam cũflationem, quia numerus iſte ſeptenarius Apollini dicatur ab eius Lyra, chordiſq; ſeptem, ſeptẽq; nablis conſtructa, nam vt ait Plato x. de leg. à vacatione quieſcet, hoc eſt à pollutis operibus, & ab obiectis illis immundis abſtinebit & in Deum, qui verè eſt Sabbathum, conquieſcet: & tunc illud dicet: Vacate, & videte quàm ſuauis eſt Dominus: Conuenit quoq; animæ numerus octenarius, propter eius immortalitatem; fuit etiam aliquando ſub lege ſeptennaria, erit ſub Euangelio octenaria ætas reſurgentium, & illud audiet: Siquis ſermonem meum ſeruabit, mortem non guſtabit in æternũ: Conuenit, & animæ numerus nouenarius, quę cum ſit trina, ter tria nouẽ explet: vel nouenaria eſt, cum vna ſit ex cęleſtibus Muſis, & Orphæi Lyræ chordis, ꝓptereà illis nõ eſt aſſentiẽdũ q. Lyrã Orphæi ex ſeptem chordis conſtituunt, quia tunc ſeptem eſſẽt Muſæ, hoc eſt ſcientiæ, ſed liquidò conſtat, tres eſſe ſcientias rationales, tres reales, & tres morales; niſi dicant, quòd ſeptem ſunt, quia nouenarius numerus ſub ſeptenario continetur, vt exactè neoterici ſcribunt de hoc numero ſeptennario, & ſeptẽ hebdomadibus: Denarius, & vltimus eſt numerus, quia a Cælo deſcendit vel Cancro, vel Capricorno, adhuc aſcẽdet: Denarius etiam numerus, quia vltimum eſt Dei, & diuinarum opus completum, ait Mercurius vltra quem alius non datur numerus: Arguunt modò aduerſæ partes aduerſus hanc religioſam diffinitionem ex ijs, quæ Ar. 8. Phyſ. ſcribit: Omne, quod per ſe mouetur, eſt in loco, ſed anima non eſt in loco, cum non ſit corpus, igitur non ex ſe mouetur: Secundò ita arguitur. Nihil mouet ſe, nil enim in ſe agit, & nil à ſe patitur, omne etiam, quod mouetur, in partem mouentem, & motam diſtribuitur: Ad hæc, & omnia, quæ adduci poſſunt aduerſus noſtram aſſertionem, ita facimus ſatis, qđ nihil mouet ſe motu corporeo, anima enim non mouet ſe motu corporeo, ſed animario, hoc eſt excitat ſe, vel dicamus, nihil mouet ſe motione tranſeunte, ſed vtiq; motione inmanente, & ita ad illud de loco dicimus: Omne, quod mouetur motu corporeo, eſt in loco, modò anima nõ mouetur motu corporeo, ſed animario: ſed clariùs dilucidabitur, cũ de animæ immortalitate diſputabimus: Nunc tranſeamus ad ſe-

eundam huius aſſertionis diffinitionem : Animam ſcilicèt eſſe
ſubſtantiam diuinam per ſe intelligentem, quam difficile erit
explicare; Eſſe enim ſubſtantiam nemo negabit,licèt Ar.puta-
bat Pythagoricos animam dicere quantitatem, dum numerũ
per ſe mouentẽ aſſerebant,ita cũ ſuo cõmentatore arguit:Intel
ligere,ſentire,& huiuſmodi,quæ operationes intellectus,& sẽ-
ſus ab accidente prodire nequeunt, accidens enim neq; intelli
git,neq; ſentit,neq; nutritio ab accidente primo proficiſci po
teſt,cum nutritio ad ſubſtantiam eſt mutatio,vt carnes,& oſſa:
ſubſtantia quoq; ab accidente nõ emanat,cum nihil agat vltra
proprium gradum: Anima igitur ſubſtãtia eſt,quo enim abla-
to deſinit,& eius eſſe, ablata etiam animãtis ſubſtantia, ſola fi-
gura relinquitur,ſicuti depictum quodam, ac lapideum; ex ac-
ceſſu igitur animæ animãtis ſubſtantia conſtituitur,eaq; remo
ta aufertur animantis ſubſtantia,ita arguit Ariſt. illud ſecũ pu
tans,hominem conſtitui ex anima,& corpore quod non affir-
mabit Plato,vt ſuo loco dicemus:ſed tranſeat eius argument.
ad oſtendendum animam eſſe ſubſtantiam: Arguit deinde Ar.
ſubſtantiam dici vel de materia, vel de forma vt 2. de an. com.
9. videre eſt,vel de cõpoſito, at cum anima neq; cõpoſitũ,neq;
materia ſit, igitur pro conceſſo illud iure ſequitur ꝙ ſit forma,
& actus corporis. Secũda verò huius noſtrorũ Seniorum diffi-
cilis particula erat D I V I N A, quæ adeò turbat laicorũ men
tem vt illis illud dicere Peripateticum eſt neceſſariũ,non con-
turbent vos ſubſtantiarum partes,non enim diuinam dicimus
ſubſtantiam,vt olim Priſcillianiſtæ, vt exactè ſuo loco refere-
mus:ſed quodammodo diuinam, hoc eſt diuinum quodã à di-
uinis fontibus emanatum, vt D. Paulus dicere conſueuit: Dei
inquit,genus ſumus,quam D.Pauli ſententiam ita Theologicè
explicabo,ſi tamẽ quadrabit. Diligit enim nos Deus,& ita di-
ligit, vt ſuam quoq; Deitatem cõmunicet, vt Dominus noſter
teſtatus eſt: *Regnum Dei inquit, intra vos eſt*, hoc eſt deitas,
quod clariùs Ioannes explicabit. Verbum inquit,caro factum
eſt,hoc eſt in homine Deitas,ita eſt,& intus adeſt: Nõ ignora-
mus tamen Ioannis ſentẽtiam de verbo, & ſecunda Trinitatis
perſona fore intelligendam: ſed quadrabit explanatio per ea,
quæ inde ſequuntur verba,& habitauit in nobis per Deitatem,
& gratiam nobis infuſam,propterea Deos nos appellitat:Ego
dixi.

dixi vobis, Dij eſtis, hac ſcilicet Deitate per canalia, & fiſtulas, ſacramenta videlicet, communicatã: Hinc Ioannes illud aſſerebat: Si quis ſermonem meum *ſeruabit, pater meus diliget eum & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus*, propterea illis aſſentiri non debemus, aſſerentibus intellectum agentem eſſe Deum, & non animæ noſtræ particulam, à quibus alienus eſt Ar. cui illi ex diametro aduerſantur, nam is 8. Phyſ. docuit: Quicquid mentes illę ſublimes agunt, mediãte motu agũt modò ſi eſſet Deus animæ noſtræ particula, ad intellectionem concurreret, ſed nonniſi mediãte motu, quod eſt falſum in via illorum polluta: Nec præualet quorundam Peripateticorum reſponſio, quam afferre ſolent in ſuis diſputationibus, qnod ſcilicet Deus ipſe quàm primum phantaſmata ſunt in phantaſia recepta, tribuit intellectui patienti virtutem quãdam, qua mediante phãtaſmata fiunt intelligibilia, qua etiam virtute intellectus eſt ſemper actu intelligens, quoniam hæc reſp. nõ eſt Peripatetica, ſed religioſa, & Philoſophiæ noſtræ conſona, quæ Deitatem animæ tribuit, & ſubſtantiam dicit diuinam: nõ eſt hæc etiam eorum reſp. illis conſona, quia Auer. in quo Peripateticorum ſchola ita cõfidit, in diſputationibus ſuis deſtructionum diſputatione ſecunda ſic arguit. Nullum nouum prouenit ab antiquo, at cum Deus omnium antiquiſſimus, igitur ab eo veluti in mobili antiquiſſimo aliquid noui proficiſci non poteſt: hæc verò virtus mox intellectui infuſa de nouo diffunditur: Quadrabit, & melius aliquorum reſponſio: Hęc Deitas, ſeu virtus ab initio fuit animæ tradita hoc eſt ab eius ortu ſimul, & intellectu potentiæ vnita, qua mediãte phantaſmata illa, quę & ſi ſingularia ſunt, tamen vniuerſaliter recipiuntur; Sed diſputent ipſi hoc quæſitum, noſtra enim Philoſophia negat, & negabit ab initio Deum eſſe animæ noſtræ particulam, ratio eſt Pythagorica, quia nulla eſt inter Deum, & animã proportio: mox Deus eſt vniuerſè agens, intellectus verò partiale agens, Ar. ẽt duas tribuit animæ potentias, ſeu virtutes, quarum altera correſpondet materię, altera verò agenti: Hoc autem non negabimus intellectũ agentẽ vtiq; eſſe Deum QVODAMODO, hoc eſt Deo ſimilem: igitur Dei eſt radius, & ita verum erit dicere, ſubſtantiam eſſe animam diuinam, hoc eſt diuinum quodã diuino ſcilicèt radio irradiatam: huic noſtræ Philoſophiæ conſo-

nus eſt etiam Ar.3.de an. Intellectus, inquit, agens eſt, ea, quæ erant potẽtia intelligibilia facere, actu intellecta, vt LVMEN ſed lumẽ nihil agit, hoc eſt, nihil imprimit in coloribus, igitur intellectus agens nihil imprimit phantaſmatibus: Quidã verò ex Peripateticis Auer. ſectatores, cum illud com. 18. 12. meth. legunt: Intellectum agentem ſcilicèt, nihil intelligere eorum, quæ ſunt hic, obſtinantur, & ita diſputant omninò eſſe Deũ, ſed ô hominum perfidiam; Primo falſiſſimũ eſt, Deum, ea, quæ hic ſunt, non intelligere: quia per modum vitæ omnia intelligit, vt ſuo loco dicemus: mox Auer. ſententia non ita venit intelligẽda, vt ipſi explicant; Arguit enim Auer. com. præallegato à minori ad maius, & ita percontatur: Si intellectus agens nihil inhil intelligit eorum, quæ ſunt hic, quanto magis intellectus diuinus? non igitur aſſerit, intellectum agentem eſſe Deum, niſi quodammodo per ſimilitudinem quandam: Sed reuertamur nos ad noſtram religioſam diffinitionem, quã incepimus aperire, animam eſſe ſubſtantiam diuinam, ideſt diuinum quodã, quod Pater Aug. vocat portionem ſuperiorem, vt Moyſes vitæ ſpiraculum, quibus eſt Plato noſter conſonus in epiſtolis: Eſt, inquit, in anima fulgor ita fulgens ad ima eius huc uſq; deſcendens: quare vana, & ſuperuacua eſt omnis cognitio, quæ non ſit de anima: ſed ita hæc Platonis ſententia laicis quibuſdam diſplicet, vt in Platonem inuehunt, aſſerẽtes de anima diminutè fuiſſe locutum, cum de cęteris brutorum animis vegetali, & ſenſibili minimè diſſeruit, & huiuſmodi diffinitionẽ ſoli homini conuenire: Sed gratis Platonem redarguunt, neglexit enim Plato ipſe de brutorum animis exactè diſſerere, quoniã animæ non ſunt, at potius animarum vmbræ, & animationes quædam, & vt dicunt: idola, & imagines; ſed non ne dum Plato de hominis anima ita cumulatè diſſerit, de omni quoq; anima diſputat? & gradu quouis animãtiũ? Quid. n. homo eſt, niſi omnis creatura? omnis anima? quæ eſt mouens ſe, hoc eſt ad motũ ſeipſam excitans, ſicut ſol à ſe ipſo lucet, ad lucendum ſe aſcendens: Tertia huius diffinitionis particula eſt ſeipſam intelligẽs hoc eſt per ſui ſubſtantiam, ſed quoniam altiori quadam indagine de animæ intellectione eſt indagandum, ſufferte, obſecramus: quouſq; proprium quæſitũ illud dilucidabitur, an anima ipſa phantaſmatibus, ſenſibuſuè indigere videatur?

X Nullum

Nullum ab initio ſuit barbarius dogma inter barbaros, quàm illud aſſerere, hominum animas eſſe Dei portiones, ac de eius ſubſtantia veluti de materia procreatas. Cap. XXVII.

CVm ſuperiori capite illam aperuiſſemus diffinitionem veterum noſtrorum, animam ſcilicet eſſe ſubſtantiam quodammodo diuinam, iure in hoc ſequenti capite veſanam illam barbarorum ſententiam explicare expedit, aſſerentium animas Dei eſſe portiones, & ſubſtantias, ac de eius eſſentia ac de eius ſubſtantia procreatas; quod penitus abhorret nedum Theologia ipſa, verum quoq; Philoſophia noſtra; & omnium Philoſophorum ſchola, quoniam vt toties oſtendimus: Deus ſumma eſt vnitas, igitur nullo modò diuidi poteſt, & plurium numerorum fieri materia: Rurſus Deus purus eſt actus, igitur vicem materiæ gerere viliſſimum eſt illi, eſſet etiam, Deũ omnibus intellectibus viliorem reddere, cum cęteræ mentes formæ ſint, Deus verò ipſarum materia: poſtremò immutabilis eſt Deus, hæc verò barbarorum inſania Deũ mutabilem facit ex puriſſimo actu ad puram potentiam, & ſubiectum, rationi ergo aduerſantur: ſecundo veritati, & Theologis ferè omnibus ac primùm Auguſtino Gen. 7. ad literam cap. 2. qui exactè hãc veſanam hæreſim ſecum diſputans, & cõfutans, ita arguit: Deus centrum mundi eſt, ſubſtãtia omninò immutabilis, quæ à multis creditur, ſed à paucis intelligitur, animæ verò naturam vel in melius, vel in deterius commutari quis ambiget? nõ igitur Dei portiones, & de eius ſubſtantia veluti de materia animæ genitæ ſunt, nunc autem mutabilitas eius ſatis indicat, eã interim vitijs, atq; fallacijs deformem reddi, formari autem virtutibus, veritatiſq; doctrina, ſicuti etiam caro in ſua ſalute decoratur, morbis, vulneribuſq; defędatur, hæc Aug. cui ſuffragatur Chriſoſtomus in actibus Apoſt. 2. qui ita arguit. Si anima Dei eſt portio, at per vos Priſcilliamiſtas animę etiam in bruta demigrarent, ergo Deus quoq; in belluarum corpora, ac brutorũ migrabit, in peponum corpora, & cucurbitarum: ſed ò deliriũ, ac Philoſophorum inſaniam; negligitis vos inſipientes, & pol-

luti homines, Philoſophiam noſtram religioſam, quia anima Dei, & templũ eſt Spiritus Sãcti, Deumq; dicimus habitare in templis manufactis: Iterum irridetis, cur verò indignamini, ſi pollutam Philoſophiam veſtram irridemus, dum illud aſſeritis, Dei ſubſtantiam in muſcas etiam. & brucas migrare, ò mentis ægritudinem: Iure igitur D. Thomas lib. 2. contra gentes cap. 85. ex triplici furore delirium huiuſmodi ortum habuiſſe refert; Quidam enim ex eis in hoc delriũ deuenerunt, vt nullam ſubſtantiam incorpoream eſſe putarint, propterea Deum eſſe corpus nobiliſſimum falsò ſibi excogitarunt, & hoc ſiue ſit ignis, ſiue aer, propterea animam huiuſmodi naturam ſapere dixerunt, & de ſubſtantia Dei corporea animas fecerunt; Orta eſt ſecundò hæc pollutorum hominum inſania, quoniam Deum lucem corpoream eſſe putabant per infinita tamen ſpatia diſtentam, & diffuſam: cuius quandam particulam animam fore ſibi effinxere, & ita animam corpoream lucem excogitabant: Tertiò ortum habuit barbarorum delirium ex vnitate intellectus, quem quoque ipſi apprimè ſuſtinebant, & in hoc idiomate veluti inſani perſiſtebant, quod quoque diuinum putabant ſimpliciter, & non quodammodo aſſerebant quoque Dei proprium eſſe intelligere, & nulli inferiori ſubſtantiæ conuenire, niſi homini propter animam corpori vnitam, hinc animam diuinam, & Dei ſubſtantiam ab eo procreatam crediderunt, & ſic ex falſiſſimis ita ſtatutis fundamentis veram deducebant concluſionem, animam eſſe immortalem, quia diuina, & Dei particula in corpus tamen delapſa ab his omnibus illud arbitramur ortum habuiſſe dogma, intellectum agentem eſſe Deum, hoc eſt Dei particulam, vt ſupra declarauimus, & ne dnm agentem, ſed quoq; poſſibilem, at cũ denominatio fit à nobiliori, propterea agentem intellectum Deum putauerunt. Arguit ergo ita D. Thomas contra pollutos homines: Diuina ſubſtantia æterna eſt, animæ verò in tempore creatæ ſunt, & ante corpora non fuerunt, igitur Dei portiones non ſunt: Noſtra etiam Philoſophia ita argueret, licèt ſibi quodammodo ſit contraria, & à ſuis iactis fundamẽtis lõgè diſtet: Si anima eſt Dei portio, igitur non eſt potẽtia intelligens, quia Deus eſt actu intelligens. Secundò igitur eius ſciẽtia à rebus non naſceretur, igitur nihil addiſcet anima, igitur

ſemper,

ſemper,& omni tempore ſciens,igitur neq; ſenſibus interioribus,neq; exterioribus eſt egena,nec phantaſmatibus,nec ſenſu communi,igitur nec obliuiſcitur vnquam,deinde anima dũ in corpus labitur,turbatur,angitur,obliuiſcitur, vt bibens de gurgite Letheo, conſentit tamen Nicolaus Diaconus rationibus, & demonſtrationibus citatis huius opinionis auctor, vt refert Hirencus lib. 1. aduerſus hæreſes de anima in ſeipſa manente,non autem vt ad corpus vergente,& in corpus habitante: O hominis delirium, numquid ergo Dei particula, quia in corpus labitur,à ſuamet natura,& deitate mutabitur? Compátiendi ergo ſunt priſcillianiſtæ, quia vt Paul. ad Rom.1.teſtatur: lumen illud celeſte neglexerunt, & ob id ſtulti facti ſunt in ſtudijs eorum,ait Pſal. Sed afferamus modò argumentum barbarorum,quod putant validiſſimum ſcriptum eſt 1 Geneſ. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, mox ait Geneſis author, & ſpirauit in eum ſpiraculum vitæ, ſed flatus Dei eſt ſubſtantia Dei,quicquid enim Dei eſt, eius ſubſtantia, ſed ex mala eorum intelligentia argumentum procedit, quoniam vt P. Aug. declarat: in ſufflauit,hoc eſt flatum dedit,& ſufflando,animam in homine diffuſit. non tamen de eius flatu fecit,propterea hoc loco illud eſt obſeruandum, in quod omnes ferè Theologi concurrunt, Deum animam creaſſe non de eius ſubſtantia,ſed de nihilo,vt Auguſ. lib. 1. de anima ſcribit,& de eius origine cap 4. Abſit, inquit, vt negemus omnipotentẽ flatum vitæ facere potuiſſe,quo fieret homo, in animam viuã factus eſt ergo,ac deinde ſpiratus,& ſufflatus: propterea illis aſſentimus, qui dixerunt, vt ſcriptum eſt: Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul:ac etiam mentem humanam,quam 6.die corpori inſpirauit;Tertulianus non minùs doctè, quàm luculenter narrans locum illum de flatu Dei aduerſus Marchionẽ, planè oſtendit huic flatui non aliquid ineſſe diuinæ ſubſtãtiæ, & ita Philoſophatur. Quoquo tamen inquis modo, ſubſtantia creatoris delicti capax inuenitur,cum afflatus Dei per te, hoc eſt anima in homine deliquit,ſed numquid Deus capax eſt originalis culpæ? per afflatum igitur intellige auram, quæ eſt vẽto rarior,quam homini tradidit,& illum ſpirauit,hoc eſt impulit,non tamen ore vt delirantes putant: quia nec labijs loquitur Deus,nec manibus format,ſed virtute, & potentia vitã eſt

elar-

elargitus: & huic Theoſophiæ conſentit Lyranus noſter Gen. 2. illum enarrans locum, homo non erat, qui operaretur terrā: ita ſcribit, adhuc non erat formatus homo, licet 6. die creaſſet illum ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, ſed forſan, vt quibuſdam placuit, potentialiter, vel cauſaliter ait animam ex nihilo factam, licet Deus, inquit, quandam habuiſſet rationē, hoc eſt idæam animæ rationalis creandæ, & ſi ex idea, igitur non ex nihilo, niſi dicamus ex materia ſpirituali: Ideæ enim materiæ induunt rationem in mundo incorporeo. Sed duo ſunt, quæ hanc noſtram aſſertionem conturbare vidētur: Diximus enim capite ſuperiori in ſeparatis à materia, idem eſt intelligens: intellectus, & res intellecta, igitur quælibet participata mens eminentiſſimæ mentis naturam ſapit, huic dubitationi ita Philoſophia noſtra facit ſatis, quòd per prius, & analogicè de eminentiſſima mente illud intelligitur, in ſeparatis à materia, idē eſt intellectus, & res intellecta. Immò non modò per prius, & analogicè, ſed abſolutè illi conuenit, at non propterea illud ſequitur, igitur mentes omnes de eius ſubſtantia, niſi participatiuè, idcircò animas mentes participatas vocamus, participes ſunt enim deitatis: Iure ergo quodammodo Deus eſt intellectus ille agens, non tamen Deus vt ſupra dictum eſt: participatiuè, ergo flatus Dei ſunt: quem flatum in homine idem in anima ſpirauit, & influxit: Dubitatur ſecundo an aſſerere licebit, animas ex materia illa ſpirituali puta idearum, quæ in Deo idē ſunt cum Deo, de ſubſtantia quoque Dei fuiſſe procreatas? cum Theologi abhorreant, aſſerere filium de ſubſtantia patris genitum, veluti de materia, vel quaſi materia: huic dubitationi Theologicè reſpondemus, & religiosè, ſeu Platonicè, Theologi enim iure illud deſpiciunt, aſſerere filium de ſubſtātia patris genitum veluti de materia, vel quaſi materia, quoniā materia ſui natura adeo polluta, & immunda eſt, vt vbicunque reſideat, imperfectionem ſecū afferat, ob id particula illa, De: cautè obſeruant, ne aliquam in diuinis ducant imperfectionē. Ly igitur DE, duo dicit originationem ſcilicèt, & conſubſtātialitatem, non conſubſtantialitatem dumtaxat, quia tunc fit quoq; filio conſubſtantialis, è contra pater diceretur de ſubſtantia filij, ideò oportet ſimul illud addere, & originationem, quia neutrum per ſe ſufficit, vnde ſenſus eſt, filius eſt de ſubſtā-

tia

tia patris,hoc eſt originatur à patre,vt ei cõſubſtantialis,itaq́; prius dicit originationem; quàm ſubſtantialitatem, reſpectus enim conſubſtantialitatis præſupponit diſtintionem perſonarum,diſtinctio verò fit per originationem:Dices fortaſſis,quare filium eſſe de ſubſtantia patris non dicit per ſe originationẽ à patre? Reſpondetur quia etiam creature hac ratione eſſent de ſubſtantia Dei, vt Ly De. dicit originationem , non autem conſubſtantialitatem:per pulcrè ergo Theologi illud obſeruare admonent, quòd licèt diuina eſſentia fundamentum ſit relationũ diuinarum non tamen habebit rationẽ ſubiecti, ſeu receptiui,quia modum materiæ indueret,& vicem materiæ gereret,at ipſa eſſentia nõ actuatur,nec actuari poteſt per relationes illas,eſſet enim tunc perfici ab eis,eſt ergo per ſe actualiter exiſtens,& terminus formalis productionis filij:Sileant,valeãt igitur,qui aſſerunt,filium eſſe de ſubſtantia patris,ſicut determino à quo ad quem , quoniam nulla in Deum cadit transmutatio:Ex hac Theologorum reſponſione de verbi generatione ad quæſitum propoſitum ita reſpondebit,ꝙ animæ à Deo ſunt idealiter,& Ly,De,originationem dicit , nõ autem ſubſtantiã, ſeu conſubſtãtialitatem, vt barbarorum turba ſibi effingebat: quo iure illud ſequitur, materiei non eſſe ideam, non defuerũt tamen qui etiam ideam materiæ poſuerunt,niſi dicamus materici eſſe ideã reſpectu compoſitorũ,vt diximus capite proprio.

Si numerus ſeptennarius eſt infœcundus vt de rationalibus numeris aduerſarij probant quomodo anima ſeptennaria eſt apud Platonicos, & hoc nomine Pytagorico gaudet? Cap. XXVIII.

ANimam vt in præcedentibus explanauimus: numerũ ſeipſum mouentem diximus,non quidem materialem,& vulgarem, ſed rationalem, & Pythagoricum ex ſubſtantialibus.ſ. proportionibus,numero,pondere, & menſura libratam per ſe mouentem,hoc eſt per ſe intelligentem, & per ſui ſubſtantiam excitantem,abſq́; ſenſuum,& phantaſiæ adminiculo per ſe etiã mouentem,quoniam fons eſt motus,& quia vita eſt quoq́; igitur gemino motu eſt mouens , primo methaphorico , ſecundo

reipſa,& naturali,licèt animario motu,& non corporeo: Verũ & ſi omnis numerus illi conuenit, ſeptennarius tamen illi magis commodius accommodari poteſt, & iure quidem hoc ſeptennario nomine gaudebit anima, quia vndiq; perfectionem ſecũ claudit, vnde meritò Apollini dicatur, non tamen quia ſeptimeſtris, vt dicũt ſeptimoq; mẽſe natus, & à Latona genitus eſt, vt Poetæ ſecreta Philoſophiæ tegentes, effinguũt, felicem eius partum denotantes; neq; ob id quia ſeptem literis inſcribitur, & profertur, vt alij obſeruarunt: neq; ab eius Lyra chordarum ſeptem varias Muſicæ voces ſignificãtes, quę vt Muſici aſſerũt vltra ſeptem gradum progredi nõ poteſt; ſed quia Palladia eſt anima ſciẽtijs. ſ. omnibus dedita, iſte enim numerus ſeptennarius, numerus eſt palladius ob id, quia neq; ex matre genita eſt neq; genuerit, vt capite 2. monuimus: Septẽnaria eſt quoq;, quia numerus eſt mũdus, vt ea, quæ Macrobius affert, relinquamus, & illud adnotat ſub ęnigmate, vt munda ſit anima ſorditie inimica, & ab omni labe aliena, ob id Palladẽ Virginẽ effingim˚, Virginem caſtam, mundã, & præ ceteris Virginibus veſtalibus pudicam, ſit igitur anima ſeptennaria palladia, mũda ab omni labe: huic noſtræ Philoſophiæ cognatũ ẽ, illud Geneſeos de animalibus mundis ſeptena introduces in Arca; quæ poſt cõſummatum diluuium, Deo offerri debebant, & ab eo mirifice odorari, vt ſcriptum eſt, *Odoratus eſt Dominus odorem ſacrificij huius.* Naman quoq; Syro dicitur, *vade, & lauare ſepties in Iordane, & ab immundicie mundaberis*, purificaberiſq;: hinc Theologi illud admonent, remiſſionem per ſeptennarium acquiri; ſeptẽnario illo igne ſcilicèt examinato in vaſe fuſorio ſicut aurum, & argẽtum ſeptuplum, quod clarius dictum eſt Petro: *Non dico ſepties, ſed ſeptuagies ſepties*: ſed huic noſtræ aſſertioni coniecturis quibuſdam nonnulli ex noſtris Sacerdotibus à Laicis ſeductis ita arguunt; Numerus ſeptennarius eſt numerus ſterilis, & apprimè inſęcundus, igitur nullam ſecũ affert perfectionẽ, quia nihil ſterilitate imperfectius, & inſęcundius: Antecedens ita explicatur: Omnis generatio fit ex actiuo, & paſſiuo, ſed auferatis à ſeptennario numero ter bis, vt duo maſculus, & fœmina, remanebit vnus, de quo quærimus, qui vel eſt actiuus vel paſſiuus, ſed qualis fuerit, ſterilis erit, & inſęcundus: Rurſus ita arguere conſueuerunt ex Platone x. de leg. qui animam ſeptennariam

deuenire admonet, & à vacatione quandoq; quieſcere, quod
eſt ab operatione eſſe alienum, & vacuum; vacuus igitur nume
rus, & ocioſus, & infęcundus: Tertiò ſic argunientantur; Nume
rus duodenarius eſt omni numero perfectior; Deo enim tribui
tur, & cœleſti corpori, igitur duodenaria dici debet tanquàm
ex duplici ſenario, qui numerus dicitur à cabaliſtis magnus, &
hac ratione Plato in Phędon. cęleſte corpus duodecim Dijs ex-
ornat numero illo fęliciſſimo hominum vitas cuſtodientibus à
& diffundentibus, quem non immeritò fatalem numerū appel
litant, abundantem, numerorumq; numerū. Quartò ita arguūt,
Cōmodiùs aīa ternaria dici debet, & hoc nomine frui, in eoq;
ſtabiliri potiùs, quàm in ſeptennario, vel quaternario, quo ob-
lectabantur etiam Pythagorei per quaternarium numerū iu-
cantes, nomen quadrilaterum Deo attributum primum. His
igitur argumentis aſſertio noſtra moleſtatur tum à noſtris tùm
quoq; ab immundis aduerſarijs nos irridentibus, ac negligen-
tibus ciciusquè arguentibus: Pro ſolutione autem harum qua-
tuor difficultatum, ſunt primo quædam noſtræ Philoſophię, &
veritati conſona adnotanda, & Primum illud eſt obſeruandū,
quod Plato longo ſermone in Epimonide demonſtrat, nec ar-
tem ſcilicet, neq; regimen, neq; doctrinam quamuis abſq; nu-
meris ſtare poſſe: a Platoni adhæret Iamblicus in lib. de Se-
cta Pythagoricorum. Vterq; enim mūdus, inquit, numeris di-
ſpoſitus eſt, hinc Boet. qui ſcientias, ait, Mathematicas negli-
git, ei denuncio non rectè Philoſophandum: Delirant quoque
ſubdit, qui ad Philoſophię ſtudium accedunt ſine Mathemati-
cā: Redditq; rationem, quoniam cum Deus ſit omnium nume-
rorum radix; omniaq; contineat, per numeros etiā eſt Theo-
gizandum, & per Glometericā hoc eſt muſicam rationalē: Eſt
ſecundò obſeruādum illud, quod ſuperius declarabamus, Deo
nullum conuenire propriè numerum, cum ſit ſummè vnus, niſi
dicamus numerum idealem, qui eſt fœcunditas omnium pro-
ductionū tam ad intra, quàm ad extra, dans rebus vt variæ ſint
ex multigena virtute productiua, quam in ſe claudit, quę tandē
multiplex virtus nunquàm à ſua ipſius vnitate diſcedit, in Deo
enim idem ſunt omnia, & ſi in creaturis multiplicantur, verùm
vnitas hæc intra terminos ſuæ deitatis clauſa in ternarium dif-
funditur tāquam in numerum primum, quem noſtri Sacerdo-

tes Philoſophi vocant Maſculeum rerum omnium extra diuinitatem productiuum abſq; ſęmineo tamen, nam indigere fœmineo, imperfectio eſt, ſicut in homine contingit, qui non valens à ſe ipſo producere, adiutorio ſęmineo indiget, vt ſtaret, coram eo, & ſimile ſibi producat, aiunt Theologi, Deus igitur, qui omnia in ſua maxima vnitate continet, nullo exteriori adminiculo eget, niſi ſecundum methaphoram quandã, & tranſumptiuam, & hic erit numerus quaternarius elementorũ ſcilicèt, qui virtutem ſignificat in Deo fœmineam, ait Mercurius in Pymãdro. Ternarius igitur numerus intra terminos deitatis occultus in quaternariũ opus ad extra ſcilicèt diffunditur, & illud ad intra, Baſis ergo erit ternarius numerus numerorũ hoc eſt creatorum omnium, & rerum productarum in vnitate ſcilicèt eſſentiæ, qui in quaternarium quaſi ſemen diffunditur; itaq; illud aſſerere poſſumus, omnia ſeptennario numero generari, & produci. Tria ad intra vt tria principia, & quatuor ad extra, vt paſſiuum, & ſęmineum; & erit Sacerdotia cõcluſio altiùs diſputanda inter doctiores; *Numerus ſeptennarius eſt omnium rerum principium* hoc fundamento etiam præter id, quod eijcimus, quia Deus omnia numero, pondere, & menſura generat, ideſt ſeptem attributis vltra ſeptennarium illum occultũ numerum intra terminum ſuæ deitatis clauſum, ſeptemq; attributis omnia gubernat, diſponit, & influit, videlicet Bonitate, Sapientia, Iuſtitia, Prouidentia, Pulchritudine, Veritate, & Fortitudine, q̃ oĩa crateres ſeptem, ſeu fontes, & putei à Platonicis dicũtur, quibꝰ ad nos dona illa deſcẽdũt dono illo clemẽtiæ ſcilicèt, & pietatis, quo Deus nobis hominibus largitus eſt, & pręcęteris animãtibus meliores reddidit, Fortitudine quoq; ſua clementia influit, ita vt Mercurius ait, audaciſſimum eſt homo naturæ opus; non ne quoq; donum illud pulchritudinis nobis à fonte illo perenni, & ſeptennario diffunditur? quo Deus nos intus pulchros reddit, vt inde pulchritudini ſtudeamus, & ſęmellis aſſimilemur, pulchritudini ſtudentes corporeæ dũtaxat: Fortitudo quoq; illa, ideſt reſiſtentia, qua viriliter agimus contra hoſtium inſidias, nonne à cratera illa diffundi videtur ſeptẽnaria? nonnæ Theologiæ noſtrę hęc omnia cognata ſunt? & Paulo præſertim, qui ita ſcribit: fidelis Deus, *qui non permittis nos tentari ſupra id, quod poſſumus*, ſed faciet etiam cum

tentatione prouentum,& ita de alijs: Quare vt ad illud redeamus,abs quo exordiũ ſumpſimus,eſt adnotandũ hoc ſecundũ: Cũ vnitas ſumma ſit Deus,ita vt nullus ei numerus conueniat, ſuà tamen productiua virtute multigenus ſit numerus,nõ propriè, ſed à propriate, vt Ioannis Scoti vtamur verbis: Côuenit ergo Deo à propriate numerus ternarius, quaternarius, ſeptennarius,& duodenarius. Ternarius quidem, quia principium,medium,& finis eſt omnium: Quaternarius,quia quadrilaterum eſt nomen eius, & per quadrilaterum nomen veteres iurabant, quaſi per Deum, hinc omnes linguæ quatuor literis pronunciant,Græci theos,Arabes,Alla,nos ab Angelo accepimus Ieſum,& vt ſcriptores referunt,Theut Aegiptij, Sire Perſæ,Hæbrei Adonai, nos Deum quatuor vocibus ſcriptum repperimus,& ad ternarium fluit HE geminata:hinc orta eſt illa Pythagoreorum concluſio non inter Tyrones, ſed Doctiores diſputanda:Par,&Impar ſunt omnium rerum principia,nã Deus cum ſit trinus,Impar iure dicitur eſt quoq; quater, igitur par; Sub ergo numero huiuſmodi Deum omnium rerum principiũ vocitabant, propterea velatam meritò vocamus Pythagoreorum Philoſophiam, ne à vulgaribus Philoſophiæ ſecreta reuelentur: Maſculus eſt igitur Deus, & fęmella ſimul ſi par, & impar fęmina eſt per numerum illum quaternarium,per quẽ omnia diffundit veluti fœmina patiens; Iure etiam ſeptennarium Deum vocitamus,ſi par eſt, & impar trinus, & quater, quater inquam,quia quadrilaterum eſt nomen eius, & ſi doctioribus cabaliſtis credẽdum eſt, iurãtes per quadrilaterum, per ſeptẽnarium quoq; iurabant, & Dei virtutẽ inuocabant, omnia cõtinentem,quaſi dicentes, fontes illos obteſtantur, vt in noſtrũ fluant beneficium:Duodenarius numerus eſt Deus, à propriate tamen vt diximus; ſed non propriè, non enim illi numerus conuenit,cum ſit ſumma vnitas:Verùm cum numerus ita abũdans eſt,& felix,Deus verè felicitatis,& abundantiæ fons: iure igitur illi duodenarius numerus congruit, conflatur enim iſte numerus ex ſenario, & ſenario perfectis numeris, vt ſuperius diximus:& ſenario die omnia creauit, ſeptennario verò quieuit: Altius tamen Philoſophantes, ob id iure iſte duodenarius numerus felix,& abundans vocitatur, quia omnia à ſeptem gubernatoribus,puta planetis,& quinq; mũdi plagis hoc eſt elementis,

tes in remigando, remigare enim laborioſiſſimum eſt, & apprimè, ſi ventus ſuperuenerit, contrarius, duodenarius eſt igitur labor ex ſenario, & ſenario: Quanta verò fuit contrarietas, illud D. Noſtri Ieſu Chriſte dictum laborem oſtendit, *Ite in caſtellum, quod contra vos eſt;* non poteſt mundus iſte vos diligere, quia priorē me odio habuit: Tertiò obſeruandum eſt, vt ad noſtram reuertamur Philoſophiam, numerum quemlibet non æquiuocè dici de Deo, & nobis, ſed analogicè ꝑ prius de Deo, & nobiliori modo, nam quaternarius ille numerus, qui concētiſſimus eſt, per prius de Deo dicitur, qui licèt trinus, in quaternarium, vt diximus: diffunditur; ratione creaturarum elementatarū: non igitur purè æquè, quia ęqualia in ſpecie conueniūt, at Deus, & elementa non conueniunt: Quartò obſeruandū eſt præ cęteris numerum ſeptennarium non eſſe infęcundū, vt noſtræ Philoſophiæ aduerſarij putant: immò ita productiuum, vt maximè fęcundum, cum in ſe claudat fęmineam, & maſculeā naturam, maſculeam quidem in ternario, fœmineam verò in quaternario: falſum eſt igitur illud, quod aſſerunt numerū ſeptennarium nō eſſe actiuum, neq; paſſiuum, igitur ſterilis erit quia ſolus remanet vnus, ſed conceſſo, quòd ſolus remaneat ille ſeptimus, non ob id erit ſterilis, quia copulatiuus eſt numerus, copulat enim, & vnit nos cum ſummo, & eminentiſſimo vno, non ergo ſterilis, ſicut apud Logicos illa particula eſt, copulat ſubiectum cū prædicato, & vt Theologis cognata quoq; dicamus, quærimus ab aduerſarijs, quid obtulit Noe de mundis illis animantibus? niſi ſeptimam portionem illam, quæ ex ſenario numero remanſerat? fuit ergo ſeptima illa pars, pacificans, vniens, reconcilians nos cum ſummo bono, & illo eminētiſſimo vno, obſeruent amabò emuli noſtri illud, quod obtulit Noe Pater, & fuit ouis præ cęteris Deo grata animātibus, Chriſti Domini Noſtri Typus ſeptimus dies, quo requieuit Pater, in quo nos etiā requieſcimus, veluti in Sabbatho ſempiterno, vt ſcriptum eſt, dormite, & requieſcit: His igitur omnibus ſic adnotatis, argumenta aduerſantium facilè diluuntur, & ad illud primum iam reſponſum fuit ex his, quæ dicebamus, & adnotauimus, numerum ſeptennarium eſſe vnitiuum, copulatiuum, ergo non ſterilis remanebit, vel ex ſecundo illo adnotando dicamus, quòd ſterilis non eſt, immò maximè fęcundus, cū

ex ternario, hoc eſt maſculeo, impari ſcilicèt, & ex quaternario, hoc eſt fœmineo pari numerus ſeptennarius conſtituitur, velut Mercurius aſſerit, fęcundiſſimus eſt, quia ſeptem ſunt totius Orbis moderatores Thono Dei aſſiſtentes, haurienteſq; à ſeptiformi Dei nomine eas vires, quas inde in planetas influût, & omnis in idem, ea tamen lege, vt vnumquodq; ſubiectû eorum influſſam recipere valeat; quòd ſi aliquis ipſorum magis præ cęteris videatur, non propterea ſequitur, igitur non omnes influunt, ſunt enim qui influxum ab Ioue recipiunt prædominante: Alij verò Mercuriales, quia Mercurio prædominante influxum receperunt, & ita de alijs, propterea numerus Planetarum, qui ſeptennarius eſt fęcundiſſimus: Septennariâ igitur animam fęcundabit: Pariet maſculeum opus, ſi ad ſuperiora & ad cœleſtia ſe verget: fœmineum ſi ad terreſtria: Androginum quoque opus, ſi Lunæ; hoc eſt, ſi caduca immortalibus admiſcet, geminata enim facie Lunam figuramus. Ad illud vero ex Platone decimo de leg. Anima cum ſeptennaria deuenerit, à vacatione ceſſabit, ſed ceſſare ab operatione, eſt ſterilizare, & infęcundari, ergo imperfecta; hoc eſt potius contra eos, quoniam ſeptennaria deuenerit: Infero illa, de quibus Plotinus monuerat, & Mercurius, aſſerentes, *Mentem ſero nduenire*, hoc eſt, cum intellectum habuerimus adeptum, vt Peripatetici admouent; vacabit vtique tunc ab operatione, hoc eſt ab intelligentia obtectorum vilium, quæ vilem animam reddunt, & veluti raſam tabellam faciunt, ab imperfectione ergo vacabit, non autem à perfectione: Ad illud etiam de duodenario numero tam magno, tamquàm copioſo, iam reſponſum eſt ex ijs, quæ iam adnotauimus, quòd ſcilicèt Deo per prius conuenit, & nobiliori modo, vt dicunt analogicè, animæ verò conuenit per poſterius, paſſiuè tamen, vt huius ſcilicèt fęcunditatis illa capax, & particeps fiat.

Falsò Peripatetici aſcribunt Platoni tres poſuiſſe animas adinuicem diſiunctas ſcilicet iraſcibilem, concupiſcibilem, & rationabilem, cum de Rep. quarto vnicam aſſeruiſſe legimus, & mendosè quoq; animas approbaſſe immortales. Cap. XXIX.

ILla profectò cadit inimicitia inter Platonicum & Peripateticum, quæ olim cecidit inter ſerpentem, & hominẽ, de qua ſcriptum eſt, inimicitiam ponam inter te, & ſemen iſtud, verè enim ſerpentinus homo eſt Peripateticus, dum per terrã hanc ſenſibilem ſerpit, & ſuper ſuũ graditur pectus, materialia vndiq;, & ſenſibilia ſcilicet excogitando, propterea fides aliquãdo Peripateticis adhibenda non eſt, dum in Platonẽ inuehũt, illud præcipuè illi aſcribentes, tres poſuiſſe animas in homine adinuicem diſtinctas, nempè rationalem, iraſcibilem, & concupiſcibilem, rationem in cerebro, iraſcibilem in corde, concupiſcibilemq; in epate, quæ omnia à Platone aliena ſunt, quoniã de Rep. quarto vnicam poſuit animam, tribus tamen viribus munitam, quòd ſi tribus munitam viribus dixit, non proinde diſtinctas poſuit, quod luculẽter ignis exemplo probat, tribus inſigniti qualitatibus, luce ſcilicèt, leuitate, & calore, luce fulget, atq; illuminat, leuitate celeriter aſcendit, calore caleſcit, & vrit, atq; in qualibet ignis particula eæ tres qualitates vigẽt, ſuntq; loco ſimul quadam tamen diſtinctione ſeiunctæ, quam vocant formalizantes ex natura rei, ſeu formaliter, quare vnica eſt anima de mente Platonis quò ad eius eſſentiam, & ſubſtantiam tribus tamen exequẽs viribus, prima ratione tãquàm luce, verum à falſo, bonum à malo diſcernens. Secunda concupiſcibili, ſeu appetibili, quaſi leuitate ad ea, quæ ſibi placẽt, facillimè ſe conferre: Tertia iraſcibili, ſeu feruore, iracũdia, quaſi ignis calore quodam, & hæ tres proprietate quadam inuicem diſcrepant, vbiq; tamen in anima ſunt, ſicut tota ſimul anima eſt: Alio quoq; exemplo quarto de Rep. Plato hæc omnia aperuit: Ratio, inquit, pro patria pugnat, & pugnare iubet: Appetitus verò à bello huiuſmodi reuocare intẽdit, proponitq; pri-

mũm famem,ſitim, ſomnum, & cętera incommoda patiendũ, & ſic ad conuiuia; At iracundia dum in hoſtes inuehitur, inuicta concupiſcentia rapit ad prælium, in beſtijs igitur nulla eſt ratio, eſt tamen ira, Item in pueris fermè ſtatim natis feruеſcit ira, ratione tamen ſeriùs vtuntur. Prætereà ſæpè ad vlciſcendũ nos impulit, ſed ratio prohibet, ex quibus omnibus liquidò patet, quanta ſit rationis dignitas, & quàm libido ab ipſa differat ratione, cum ad viliora detorqueat, hæc Plato: Sed altiùs conſcẽdamus, & ea, quę Philoſophia noſtra docet, de ijs tribus animæ viribus aperiamus: ac primùm accipiendum, & obſernandum, quod vis intelligendi, quæ menti, & rationi competit, vel eſt contemplatrix, vel operatrix, ſi cõtemplatrix, ob huiuſmodi contemplatione ſit aurea, pręcioſa, & lucida, iuxtà primam Saturni ætatem, ſi verò operatrix, hac operatione ſit Iouia, argentea ſecundo ſeculo ſimilis, ſi verò vim exercet iraſcibilem, ſit ferrea, tertio quoq; ſeculo nõ diſſimilis, Martialis ob armorum duriſſimam inſequens naturam: poſtremò per voluptatẽ, quam exercet, ſit plumbea, plumbi inſtar mollior, dum liqueſcit, & quaſi pondere ad inferiora declinior. Sed inſurgit profectò pręcioſa hoc loco dubitatio, qua occaſione diuinus Plato & ſi de Republica diſputationẽ erat aggreſſus de animę viribus differere? ſuit æquidem incommodus locus; pro Platone ita reſpondendum fore arbitror, quòd ex euentu, ſeu vt aiunt, ex accidenti fuit tractatio, dum quarto illo de Republica quatuor Plato cognouiſſet virtutes, nempè prudẽtiam in Principibus, in gubernando: fortitudinem in militibus, pro patria præliando in periculis poſita, quatenus leges, & Magiſtrat⁹ præcipiũt; Temperantia itidem tum in Principibus, tum quoq; in militibus, & artificibus, vt vnico conſenſu conueniant, vt alij quidem imperent, alij pareant, & inter eos, qui parent, alij quidem in bello, alij in Opificio parebunt; neq; ob voluptates vllas cõſenſio talis impediatur; ex accidenti fuit de animę viribus tractatio, ne tandem ij, qui de Republica curam gerunt, voluptuoſi ſint, aut nimiùm iracundi, Iuſtitiamq; in omnibus ſeruent; Cũ igitur his tribus iam Republica conſtet, ex Principe ſcilicèt, Militia, & Artificibus, proptereà rationem loco Principis collocauit, poſuitq; iraſcibilem vice militum, at naturam concupiſcendi Opifici ſimilem: non igitur loco inter ſe eæ vires differunt,

ferunt, ſed proprietate quadam, & ex natura rei diſtinctæ.
Vnica eſt igitur anima: hinc ita ciues hortatur Plato; Caueat
ergo quæq; Ciuitas, ne per libidinem rapiatur ad voluptatem,
ſed per rationem interim reuocetur: Caueant quoq; Ciuita-
tes, ne per libidinem retrahantur à prælio per iracundiam pro
vocentur ad pugnam: Alio quoq; exemplo Plato rationem
iraſcibilem, & concupiſcibiles animæ vires inter ſe differre pu
ta, puerorum nondum ratione vtentium, iracundia tamẽ feruẽ
tium, ac inde multa per iram præter rationem, & leges agen-
tium: Rurſus ex euentu Plato ipſe inſtituit, iubetq; Ciuitates,
Gubernatores APOLLINEM inuocare Ciuitatis præſi-
dentem, & patronum; Per Apollinem verò moneo vos lumen
illud intelligere diuinum, quod Sacerdotes, Mercurialeſq; Phi
loſophi in medio terrę firmiter collocant, & vbiq; adeſſe, quod
rurſus vbiq; tanquam in vmbilico omnium penetrabiliũ con-
quieſcit: hoc eſt quoq; illud Platonicum inſtitutum eodem de
Republica quarto *Apollinem eſſe omnium patrem, & tutelarem*,
ideſt preſentem, & familiarem, atque propitium, patrem quidẽ
naſcentibus, patriæ verò reuertentibus; Ex quibus omnibus
poſtremò infert Ciuitatis rectores Apollineos homines eligẽ-
dos, ideſt lumine cæleſti afflatos, quoniam ab Apolline leges
petendæ ſunt: Refert quoq; B. Pater Auguſ. de Ciuit. diu. lib. 8.
Theologos illos mythicos, fabuloſoſq; IANVM BIFRON-
TEM, rectores tum etiam, & Ciuitates ipſas habere protecto
rem, & ei propterea ædes conſecraſſe, vt pręterita ſcire potuiſ-
ſent, & futura præuidiſſent: Verum Macrob. vult eundem eſſe
IANVM, & Apollinem, & illos quaſi vijs prępoſitos vrbanis
ſcilicèt exitus, & introitus ita interpretantur: ſed magis cõſo-
num puto, IANVM ideſt omnibus ianuis præeſſe nomẽ oſtẽ-
dere, & ratione cum virga, & claue effingitur, quaſi omniũ Por
tarum cuſtos, & viarum rector: Placet tamen etiã aſſerere, IA-
NVM, ideſt ſolem rectoribus neceſſarium, ideſt, vt lumẽ illud
implorent diuinum, Attendite igitur, & illud intelligite heus
vos Reipublicæ gubernatores, illud etiam auribus percipite
Platonicum: Artem gubernatoriam ab Ioue per Mercurium
ſubminiſtrari, non Prometheo inuentam, vt cęteræ artes quas
referunt adinueniſſe omnes, pręter ciuilem, Prometheus vt al-
legoricè loquámur, more antiquorum Theologorum pruden-

tiæ eſt typus, poteſt vtiq; artes illas ſufficienter, quæ ad res priuatas ſpectant, miniſtrare, at verò ars, quæ gubernatoria eſt, & publicum curat bonum, ab Ioue eſt, ideſt à Deo omniū gubernatore, & rectore, per M E R C V R I V M, ideſt, per angelicas ſpirationes ſubminiſtratur, quæ etſi velata eſt Philoſophia religioſa adhuc, & noſtræ Theologiæ cognata eſt ſacræ, quę ita cantat; *Cor Regis in manu Domini Dei eſt*, & quocunq, voluerit, vertet illud, quod apertius veritatis oraculū Dominus noſter Ieſus Chriſtus Pilato aperuit: *Non haberes inquit, poteſtatem aduerſus me vllam*, niſi tibi datum eſſet deſupernis, nulla igitur eſt poteſtas, niſi á Deo, quæ verò à Deo ſunt, ordinata ſunt: Huic quoq; Theologiæ aſtipulatur Dionyſius Areopagita de diuinis nominibus, qui poſuit Archangelos ſubminiſtrari Ducibus, & Principibus, quod confirmauerat Dauid: *Niſi inquit, Dominus cuſtodierit Ciuitatem*, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam, idem teſtatur ſapientia, *per me, inquit, Reges regnant, & legum conditores iuſta, decernunt, per* me Principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam, propterea iuſto nomine, & iure optimo N A V I V M nautæ vocitantur, qui vt plurimùm inter ſcopulos, fluctuſq;, & Scyllæ rabiem verſantur, & inter tot procellas perpetuo indigent numinum præſidio. Sed age ad noſtram aſſertionem, vnde ægreſſa eſt oratio, reuertantur, ſcilicèt animam eſſe vnicam ſecundum eſſentiam, & ſubſtantiam tribus tamen exequens viribus, non tamen diſtinctas, vt Platoni tribuitur; multa enim gratis Platoni tribuuntur à ſuis aduerſarijs, & nè ab incepta lectione elongari videamur: Dicant nobis aduerſæ partes, & reſpondeant: Si tres apud Platonem legitis animas, iraſcibilem, rationalem, & concupiſcibilem, cur illum deinde negligitis, nullas meminiſſe, niſi rationalem? cur quoq; vbiq; & per mundi plagas ſcribitis Platonem omnes animas feciſſe immortales? hoc igitur ſcitote aduerſarij, noluiſſe Platonem animas tùm beſtiarum, tùm iumentorum, & hominum quoq; puta ſenſibilem, vegetalem, iraſcibilem, & concupiſcibilē, quæ animæ vires potius ſunt, illas nuncupare: ſed animæ vmbras, atq; imagines, poſtremas animæ vitas, at nūquàm illud in Platonem inuenietis, quod illi gratis aſcribitis, omnes animas forte immortales, verùm rationales tantum animas ponit, nō autem belluarum, ac brutorum, quod eſt nimis abſurdum, in hac

enim ſententia Ariſtoteli eſt conſonus; Solam ſcilicet rationalem animam eſſe æternã: in hoc verò diſſentit, nam Plato quaſcumq; animas à rationali produci exiſtimat hac ratione, validiſſimoq; argumento quia gradus inferior à ſuperiori pendet omninò, quod Ariſt. negabit. At quoniam hucuſq; progreſſa eſt oratio, hoc quæſo videamus: quod erit capiti ſequenti diſpoſitum quodam, & ſecunda huius aſſertionis pars dilucidãda, an de mente Platonis omnis anima ſit immortalis? vt illi tribuitur? partes enim aduerſæ ita probant, Platonem ſcilicèt ita monuiſſe: Et arguunt ex eius medio, & eodem, quo ipſe vſus eſt in Phedone ad approbandum animæ immortalitatem, Anima, inquit, eſt numerus ſeipſum mouens, quod ſeipſum mouens eſt, immortale eſt. In Phedone etiam alio medio vtitur, ſcilicèt vita, arguitur igitur ſic: Quod eſt ex ſe vita, eſt immortale, anima eſt ex ſe vita, igitur immortalis; tunc ita argumentantur aduerſus Platonẽ; Brutorũ etiã animæ ſeipſas ſunt mouentes, ideſt principium ſunt ſui motus, igitur omnes animæ immortales; Sed friuola ſunt omnia hæc, & facilè diluuntur, ac medium, quo Plato animæ immortalitatem oſtendit, potens eſt, vt in alio capite ſequenti oſtendemus, quoniam animæ brutorum non mouentur, tanquàm prima principia motus, ſed tanquàm imagines, & veſtigia animæ rationalis: Sola igitur rationalis anima ſe primò, & verè mouet, cęterę verò cũ ab ipſa pendeant, ſeipſas primò mouere nequeunt, neq; multũ obſtat illud, quod afferri ſolet decimo de legibus: vbi Plato motus enumerat, quibus anima ſe mouet, & eos connumerat præcipuè locari, dolere, metuere, gaudere, diligere, quæ omnia ad ſenſitiuam ſpectant animam; ſenſitiua igitur erit immortalis, quoniam ex concomitantia animæ rationalis cum anima ſentiendi, & appetendi eſt, & ad concomitantiam verba referuntur, quam habet anima ſentiens cum rationali: Sola igitur rationalis anima eſt propriè vita à morte longiſſima, animæ vero ſenſibiles, vegetabiles, & huiuſmodi ſunt potius vmbræ, & vitæ veſtigia, & à vita animæ rationalis pendentia.

Rationes.

Rationes validiores, quibus Philoſophia noſtra animæ immortalitatem oſtendit, quòdſi quid diſſonum audieritis, non ex animi ſententia eſt, ſed ex parte ethnicorum, & gentium refero, at non explico. Cap. XXX.

TRes poſuit Pythagoras Sacerdos noſter ſciendi modos, SCIENTIAM ſcilicèt, OPINIONEM, & ANCIPITEM: quos apertiùs, & clariùs aperuerunt Laici Philoſophātes: Via, inquiunt, demonſtratiua præcipuè ea, quam vocāt potiſſimam, quæ iure à Pythagora ſcientia dicebatur, quoniam Syllogiſmus demonſtratiuus, epiſtemonicus, ſcientificuſq; ab Ariſt. appellitatur, demonſtratio quoq; ſimpliciter, quæ procedit ex cauſa cōuertibili notificante eſſe, & cauſam, & ob id omnium potiſſima: Secundus ſciendi modus dicitur à Pythagoreis Opinio, & iure, quoniam opinionem parit, & non ſcientiā, & quicquid oſtendit, demonſtratione à non cauſa oſtēdit, quā vocant Peripatetici demonſtrationem quia, & Syllogiſmum à poſteriori monſtrantem à ſigno, & euidentia: Tertius poſtremo dicendi modus dicitur anceps propter varias Doctorum ſententias, & dicendi modos, quem vocauit Ariſt. 1. de anima particula quarta difficilem, & inter difficiles enumerationes poſuit omninò autem inquit, & penitus difficillimorum eſt accipere aliquam fidem de ea propter difficultatē, & inueſtigandi animæ ſubſtantiam, & proprietatem, præcipuè ex parte intellectus noſtri, (vt Doctiores aſſerūt) quoniam animæ rationalis ſubſtantia non cadit ſub ſenſu; Pythagoras ergo, & Ar. coincidunt in hoſce tres dicendi modos, & hac ſpeculatione attētos nos reddere intendunt; dum ipſius animæ ſecretiora ſcrutamur, ac præſertim de eius ortu, & origine: qua orta eſt difficilis quæſtio admodum illa de animæ immortalitate: Adauget difficultatem hanc varia Philoſophantium diſcordia. Nos verò à noſtris religioſis Philoſophis non recedentes, validiores rationes afferemus, quæ animæ immortalitatē oſtendunt, ac Primum illam afferemus potiſſimam, quæ à Platone excipitur, in

Phedone

Phedone, & à Macrobio lib. 2. de ſon. Scipionis præcipuè ita conſarcinatur. Quod fons eſt motionis, & aliunde non mouetur, perpetuus eſt motus eius, at anima fons eſt motionis, & numquam deſinit moueri, cum in qualibet natura inſit amor ſui perpetuus, igitur immortalis eſt, quod enim ſemper mouetur, immortale eſt. Sed hæc Platonis ratio duobus argumentis ferè potiſſimis moleſtari ſolet, ab aduerſarijs. Et primò à ſemetipſis Platonis ſcilicèt ſententiam fauentibus. Secundò à Peripateticis, laiciſque Philoſophis nos ita argumentum conſarcinamur. Si anima ob id immortalis eſt, quia per te ô Plato, terminum non habet vitæ, quoniam ex ſe ipſa mouetur, & nunquàm moueri deſiſtit, quia principium eſt motionis, & fons: igitur immortalis, ergo ex medio huiuſmodi, quod Plato accepit, omnis anima erit immortalis, quod nō eſt Philoſophicum dogma nec Philoſophicum. Secundò ita oppugnant Peripatetici. Si anima eſt ſe ipſam mouens, igitur forma eſt diuiſibilis, & non indiuidua, quoniam in partem per ſe mouentem, & per ſe motam diuideretur, igitur forma indiuidua, & ſimplex non eſſet abs quo omnis abhorret Philoſophia hinc Ariſt. 8. Phyſ. oſtēdit, Omne illud, quod mouetur expedit ab alio moueri: Vnde motorem hac via immobilem venatus eſt: Rurſus ſi anima per ſe ipſam ſe moueret, quæro aut per ſeipſam moueret, aut per accidens, non per ſe, quia contradictio de eodem ſimul vera eſſent, nam ea ratione, qua mouet, eſt forma, & iterum forma ratione ob quam moueret; igitur contradictio, cum careat illa, & ad eam eſt in potētia, igitur ſimul formam haberet, & non haberet; & ita non indiuidua, nec ſimplex forma. Ad hæc ita per ordinem reſpondēdum putamus, & ad primum fundatū in medio vitæ, & motus, ita arguēdo, anima eſt ſeipſam mouens, & nunquàm à moueri ceſſat: Reſpondetur quòd non ob id ſequitur, ergo omnis anima eſt immortalis, quoniam vt in capite ſuperiori diximus: ſola anima rationalis eſt per ſe primò fons vitæ, cæteræ verò animæ, q̄ nō propriæ aīæ ſunt, ſed animæ rationalis veſtigia, & vmbræ, ac poſtremæ vitæ, ab ea motionem capiunt, vt fons lationis, & vitæ: Medium igitur illud ſoli animæ rationali conuenit ſcilicet principium nec ortum, nec interitum pati poteſt, ſed anima eſt principium motus, igitur neq; ortus, neq; interitus illi conuenit; Ad ſecundā

verò

vero obiectionem dicimus, quòd duplex eſt motus, Phyſicus ſcilicèt corporibus conueniens, veluti corporum proprium, vt accretio, decretio, alteratio, latio, & huiuſmodi hac motione anima non mouetur, cum non ſit corpus, neq; corporea, & ita neq; per ſe mouetur, neq; per accidens, cum forma ſit immaterialis formæ enim ſola in materia exiſtentes hoc pacto mouentur, eſt & alius motionis modus, qui indecens eſt corporibus ſed abſtractis dumtaxat expetit, & dicitur motus occultus, Metaphyſicus, qualis eſt animæ natura, qui verè, & realiter motus eſt, cum ſit perfectio, & actus perfecti, vt ſentire, & intelligere: Rebus ſic ſtantibus tunc ſic Omnis forma, quæ ſe intelligit, eſt immortalis, ſed anima eſt ſe ipſam intelligens, ergo immortalis: vel ſic, quod enim per ſe intelligit, nunquàm deſinit ab intelligere, ſed anima eſt forma per ſe ſemper intelligens, igitur non eſt dicendum ſeipſam intelligere ex accidẽti, quoniam poſſet ſe non intelligere, & ſic poſſet non eſſe, quod enim accidit, ait Ar. 8. Phyſ. 36. poteſt non eſſe: iure igitur anima rationalis intelligẽtia, dicitur, & intellectus, quia ſemper per ſui ſubſtantiã eſt intelligens. Plotinus verò noſter lib. 4. de dubijs animæ, qui dicitur quartus Aeneides, cap. 7. aliter reſpondet, & de motu, qui eſt vita, intelligit, quod igitur ſe ipſo viuit, & non aliunde, perpetuum eſt, at anima ſe ipſa viuit, igitur perpetua; de motu igitur venit Plato intelligendus, qui *Vita eſt*, & animi perfectio, quod eſt dicere, eſt ſe ipſam intelligens, vt ſuperius dictum eſt: numerus eſt ſe ipſum mouentem, ideſt intelligentem, quia intellectione anima viuit: Non defuerunt alij, qui animam orbiculari moueri motu aſſeruere; motu iam vt orbiculari nihil eſt contrarium, igitur cum animæ nihil obſtet, valebit propterea argumentum de eo, quod motu recto mouetur: igitur immortalis. Sunt qui putant hanc reſponſionẽ Plotinum accepiſſe à Zeroaſtro, qui dixit animam ob id immortalem, quia pediſſe quam habet Vitam, ſicut Sol lucem: Nulla eſt igitur animæ particula, quæ non ſit vita, quòd ſi vita non eſſet, pars animæ non eſſet, ſed animatum, per ſe igitur viuit anima, quia alia vita non viuit. Arguunt ſecundò doctiores in Platonem alio validiſſimo argumento, & ſigni demonſtratione. Simile, inquiunt, nõ turbatur à ſimili, ſed à ſuo diſſimili, at anima cum in corpore caduco, & ſenſibili collocatur, turbatur, &

angitur,

angitur, diſſimilis igitur à corporis natura, & nulla eſt illi cum corpore communicatio, nec dependentia, aut origo, igitur formis immortalibus eſt ſimilis, ergo immortalis, omne enim immortale quæ immortalia ſunt, appetit, minoremq; ita probāt; animam ſcilicèt cum in corpus labitur, turbari, & angi, ex Platone 7. de Repub. Triſtatur, inquit, anima quia à ſumma Luce in extremas ruere tenebras, arbitratur; ita vt mirum non ſit, eā diutiſſimè cæcutire, ac triſtari. Secundò turbatur, & auget turbationem eius, quia ab vnitate cadit, & à ſumma illa harmonia, atq; in multitudinem diſſonantem dilapſa eſt, vnde diſtrahitur ſemper, & quaſi affecta vertigine titubat, & vacillat, veluti ſi in gurgite illo T E M E T O, ideſt ebriorum ſuffocaretur. Quæ omnia quidam ex noſtris lucis filijs Ariſt. quoq; aſcribere vellent, & illum Platonizare quandoq; ex ijs, quæ ſeptimo de Phyſica auſcultatione particula vigeſima monuit. Mēs, inquit in corpus labēs ſe habet ſicut ebrius: Verùm vnum doctiſſimū hoc loco obſeruant, animum ſcilicèt non turbari ſecundū ſubſtantiam, & eius eſſentiam, ſed perturbatione angitur ſecundū figuram, ideſt ſecundum operationem, quia non ita operatur, ſicut natura animæ requirit: vellet enim abſq; ſenſibus, & phātaſmatibus operari, turbatur igitur, quia ſe videt egenā, nolletq; ſenſibus, phantaſmatibuſq; indigere: propter autem annexionem, quam habet cum corpore, & ſenſibus; & commercium cum phātaſia, ipſis indiget, & ita turbatur: Se habet etiā ſicut puer, pueri enim cum ſuam cernunt vmbram in aqua cōfundi, grauiter quæruntur: ita anima ab illa vmbra corporea in corporis flumine apparente turbatur, ait Plato 7. de Repū. amariſſimam bibens aquam, ideſt, quia modum intelligendi mutauit, vtpote per phantaſiam intelligere; vnde dicere illud poterat, *ecce in pace amaritudo mea amariſſima*: ſe habet etiā ſicut dormiens, ait Ar. 7. phyſ. 20. igitur excitari à ſomno oportet, ab ebrietate, & à cerebri humiditate, qua nimium ſuperabundāt pueri. Turbatur tertiò anima cum in corpus labitur, quoniam nulli animæ fuit corpus ita oneroſius tributū, quàm illi humanæ: cæleſtes enim animæ, menteſq; illæ ſphęrarum ſupremarum, & Syderum ſimpliciſſimis præſunt corporibus, quę ſua quadam ſimilium partium vnitate vſq; adeo conſtant, vt non affluant ſui quicquam, at non ita mens humana, quæ cor-

pori præeſt humano ex quatuor elementis adinuicem pugnãtibus conflato partium ſuarum diſſenſione quolibet momẽto diſſoluitur, pondere decidit, fitq; ad vitam ineptius, & ad motum pigrius, & aquæ, & terræ pondere retardatur: Mentes verò illæ cæleſtes, & ſupremę cœleſtibus corporibus inhęrentes, naturali agilitate quadam ita vergunt ad motum, vt leuiſſimo illarum mentium nutu viuant, & moueantur: Quid deniq; de illis dicemus quatuor internis humoribus inter ſe diſſentientibus? & expellentibus ita vt effluant ſemper aliquid à corpore? Sed inſtabit quis fortaſſe ex ſchola eadem Platonica, non ne mundi anima corpus quoque habet ex quatuor elementis conflatum inuicem aduerſantibus? neq; tamen ea cura fatigatur? vt noſtra in humano corpore? planè ita eſt, & propterea ita reſpondendum opinamur. Elementa hæc, quæ corporis mundani ſunt membra, non elementorum partes ſunt, veluti in corpore humano ſunt ſecundum portionem, ſed tota integra, propterea non eadem eſt ratio: Iterum non ſunt extra naturalium eorum loca, ſed in ſuis quoq; diſpoſitis regionibus, at in humano non ita corpore: Item non ſunt confuſa inuicẽ vndiq;, ſed in proprijs ſedibus ſunt diſcreta: Item non ſunt externis ſubiecta corporibus: quia extra vniuerſum nõ eſt corpus: è contra corporis humani ignis portio nõ eſt ignis totus, ſed pars aliqua, & ſic reliqua tria ſunt extra loca ipſorum propria, hinc ignis, & aer, qui ſunt in nobis, fugiunt ad ſublimia, aqua, & terra ad infima, quare in nobis imperfecta ſunt, difficillimum verò eſt imperfecta conciliare: Sunt etiam in nobis illa quatuor permixta in qualitatibus in qualibet corporis particula quæ in vniuerſo corpore mundano quieſcunt, & vt ſummatim dicamus: multa quoq; nobis vndique imminentia corpus affligunt, quibus oneribus, & laboribus anima mundi non præmitur, neq; elementorum animæ: cæleſtes igitur animæ, vt ad inceptam lectionem reuertamur, non turbantur, eorum corporibus inhærentes, ratio eſt, quia materia eorum nõ eſt ea, quam Peripatetici vocant contradictionis, & inſtabilitatis ſed alia eſt præſtantior, de qua ſuo loco eſt dicendũ: Addã quoq; quòd cęleſtes illæ mentes non turbantur, quia non ſunt in Regione diſſonanti, ſed harmonica, à qua cadere, eſt ab harmonia, à qua cadere, eſt ab harmonia ipſa labeſcere: Similium

igitur

igitur partium vnitate gaudent: Turbatur anima, quia cũ circulari illa motione obleᶜtatur, inoxq; humanum in corpus labens recto feratur motu iure, angitur: Sed iure hic dubitatur, quo pacto animæ motus ſit rectus in corpore? Reſpõdetur quia caput ideſt portionem illam mentis ſuperiorem figit humi per habitum inconuenientem, & pedes ideſt portionem inferiorẽ extollit in altum, quo quidẽ habitu nihil oneroſius poteſt excogitari: Verùm hanc perturbationem doctiores in Platonem lationem ſecundum figuram, hoc eſt ſecundum operationem vocant, non autem ſecundum eſſentiam, & ſubſtantiã eius, quia cum motus eius ſit circularis, ideſt motus perfectus: qui eſt intellectualis, fit rectus, ideſt imperfectus: Secundò dubitatur, vitiatur ne anima ab hiſce perturbationibus? Reſpondet Platonici, minimè à corpore vitiari, ſed ſeipſam vitiant corporis commoda, quibus nimium videtur ſollicita propter commercium eius, eorumq; contractam amicitiam, purgatur tamẽ ab interpollatis laudibus, & muſicis cantilenis, ideſt ad cęleſtes illas mentes ſe vergẽs, canora voce æternum motorem collaudantes, quam Muſicam non potuerunt adhuc percipere ſenſus filij, ſed tonitruũ Iudęorũ more in Ioannem putant: qua Muſica purgabatur fortaſſis Saul, vt alias diximus: hinc Platonica Theologia admonet, triplici ordine animas ad nos deſcendere: Quædam ad corpora incorruptibilia, ideſt ad cęleſtia, vt diuinæ & cœleſtes mentes, quæ numquã à corpore vitiantur neq; ſecundum eſſentiam, neq; ſecũdum figuram, ideſt operationẽ: Quædam verò ad corpora corruptibilia deſcendunt, nec tamẽ vitiantur, quoniam etſi à meliori vita deſcendunt, non vitiantur tamen, quia in corporibus HEROVM ſe immiſcent, quos Philoſophia noſtra Cacodæmones nuncupat: Quædam animę ſunt, quę in corpora etiam caduca vndiq; polluta deſcẽdunt, quæ tandem vitio vitiantur, & ſi non ſecundum eſsẽtiam, ſaltem ſecundum operationem, ſeu figurã inficiuntur, purgantur tamen non incantationibus Apollineis, magiciſq; carminibus, vt in capite proprio diximus de animi ægritudine, ſed rationibus Philoſophicis, vel Theologicis ſacrificijs ſcilicèt, vt Porphyrius admonet, ieiunio, ac oratione, vt Theologia ſacra quoq; docet: conſona enim ſunt, quæ Porphyrius adhortatur cum Theologis noſtris, ieiunio quidem, ſi à caducis obiectis

 abſti-

abſtinebit ſe Dijs ſacrificio dicans, oratione ad altiora tēdēs, diuinarumq́; rerum contemplatione eleuetur.

Tertia Platonicorum validiſſima ratio, & argumentū accipit pro medio repugnantiam, & contrarium ſic arguit: Anima corpori repugnat, igitur nullam trahit à corpore originē, nec vllum habet cum corpore commercium, ſuæ enim naturæ repugnare, nullius eſt formæ, immò quicquid effect⁹ aliquis operatur, ſuæ ipſius originis, & vi, & auxilio facit: antecedens probatur ab Alcinoo Platonico ſcilicèt corpori animā repugnare: primò in ſpeculando, ſecundo in conſultando; quoniā corpus, quæ vilia ſunt, quæ caduca, quæ corporalia ſunt, appetit, illaq́; petit, anima verò hæc omnia contemnit, & reſpuit, à corpore igitur diſſimilis: quæ ergo abſtracta ſunt, anima ſpeculatur, & ad incorporea tendit, ſicuti ſagittarius clauſo oculo ad veritatem reſpicit, tandem ad ea, quæ animi fines ſunt, tendit; quòd verò electione, & conſultatione anima ſit corpori cōtraria, Religioſorum noſtrorum Philoſophorum exemplis patet, & Pythagoreorum, qui à vino, à carnibus, à crapula, vt ardoris libidinem prorſus extinguerent, abſtinebant: Nobis Theologis cōſon⁹ ē; Zenocrates ſi ſcriptoribus fide dignis credendū eſt, q̄ virilia ſeminis exuſſit, vt corporis quoq́; petulātiā eximeret, fidei noſtræ Patres omitto, quos Laicorum Philoſophia negliget fortaſſe, de Platone gentium Theologo illud referā, quod legitur, qui ſecretiora loca ad habitandum elegerat, vt corpori aduerſaretur, & ea, quæ corporea ſunt, aufugeret; Sed ſuper hanc Platonicorum rationē illud inſurgere poteſt ſtudioſum dubium: Si anima corpori repugnat, igitur in ſeparatis à materia non eſt pax continua, quod eſt falſum, nam abſtractorum natura hæc eſt conditio, vt pax continua eis inſit: Reſpondetur pro Platonicis, quòd pax illi continua eſt, contrarietas verò ex parte ſenſus menti contrarius, cum ſit forma in materia, ſeu in corpore non eſt ſemper rationi parens, quod prouenit ex obiecti præſentis potentia, & temperaturæ varietas mens enim vt diximus: ea, quæ bona ſunt, eligit, & iudicat, & hæc eſt eius continua pax, quæ bona ſunt, eligere, at ſenſus, cum à potenti obiecto mouetur, & temperamentū habet ad illud, quod offertur, illud ſequitur, & non rationem, & licèt hæc reſponſio quadret, quadrabit quoq́; iſta, non eſſe inconueniens, animam

turbari

turbari,ſecundum operationem,& figuram,non autem ſecundum ſubſtantiam. Eſt igitur illi continua pax ratione ſubſtātię eius,pugna verò ratione figuræ, & operationis, præcipuè cum forma media ſit,ait Semiplatonicus Simplicius Quarta Platonicorum ratio in operatione animę fundatur,& medium accipit,operationem ita arguit in Phędone aduerſus eos, qui animam putant ex ſemine traductam,& formam in materia,ſi anima à materia,& corporis operatione dependeret : igitur quātò magis corpori admiſcetur , tantò magis in operatione ſua erit corporea,& ab ea perficietur,nam vnumquodq́; perfectionem ſumit à principio,abs quo pendet , cuius contrariū ſe habet,anima enim cum in corpore operatur,aut non rectè ſecernit , aut nihil cernit omninò ſenſibus , & phantaſia deceptis è contrario expulſis phantaſmatum nubibus , propria vtēs operatione,ſincerè diſcernit. Arguitur igitur ita. Cuius operatio propria à materia,& corpore nō pendet , eius forma immaterialis eſt , ſed animæ propriæ operatio à materia non pendet , igitur hoc eſt illud forſan,quod tetigit Ariſto. 1. de anima,vbi duo explicare præponit, alterum de natura , & ſubſtantiæ animæ , alterum de operatione , quam duplam eſſe tractatur , alteram propriam, ad quam producendam corpus , neq; aliqua virtus in corpus concurrit , alteram verò communem , quæ à corpore producitur: Si igitur habet anima opus propriū,contingit ſeparari , ſecùs autem ſi non habebit: Scio vtiq; Laicos Philoſophos de hac animæ operatione propria muſſitaturos , eamq́; neglecturos , & præcipuè eos , qui mentis obitū defendunt,ac formam omninò in materia aſſerere conantur: Quinta Platonicorum ratio ita conſarcinatur, accipitq́; pro medio vitam,quam depróſit Plotinus ab Alcinoo Platonis diſcipulo & ſic enucleatur: Anima cuiq; adeſt; vitā affert , vtpotè illi naturaliter inſitam,quod verò vitam præſtat , mortem non ſuſcipit,ſed anima vitam præſtat, igitur mortem non ſuſcipit , duo enim contraria non ſtant ſimul ; nec vnū nā alterum ſuſcipit ſimul,& ſemel,ignis enim, cui calorem præſertim conuenire dicimus,frigus non ſuſcipit , verum hæc ratio à Peripateticis irridetur, & negligitur ; quia hoc modo etiā ſequeretur animas quaſcunq; etiam brutorum eſſe immortales , cum ſint vitæ, & vitam præſtantes,ob id Ariſ. 3. de an. nouit, Platonem hac ratione

tione non demonſtraſſe animæ perpetuitatem, quoniam cæteræ animæ vitæ ſunt, vitamq; præbent, & licèt mortem non ſuſcipiant ſimul, deſinunt tamen eſſe viuentes, materia enim viuentis eſt, quę mortem ſuſcipit & vitam, cum ſua natura potētia ſit receptiua formarum, & dum ſtat ſub vna forma eſt potētia, vt alteram recipiat, igitur cum ſtat ſub vita, eſt potentia ad recipiendam mortem, quæ eſt forma vitæ oppoſita; Sed friuola eſt profectò Ariſtotelis cauillatio, vt diximus · quoniā apud Platonem anima ſola rationalis eſt vita, cęteræ verò animę vitæ veſtigia, vmbra, & poſtremæ vitæ à vita animæ rationalis motionem recipientes. eſſentię potius dici debent, vel animationes, & non animæ, immò nec veræ eſſentiæ, quia perſemet non exiſtunt, nihilq; ſine corporis inſtitutio aguntur, non verè vita, quia motionis libertate priuantur, nec à ſeipſis ducūtur, ſed vi trahuntur ab ijs rebus, quæ ſenſibus offeruntur, anima igitur rationalis vita iure dici debet ſubſiſtens, & ex ſe corpus viuificans, cęteras verò reuiuificationes potius, & animationes, ac animas falſas nuncupabimus, meritòq; idola, vt Pythagorei admonent. Nulla igitur admittit anima rationalis mortiferam qualitatem, per quam deſinat viuere, ſicut non dimittit Sol tenebroſam quoque qualitatem, cui lux pediſſequa eſt, hoc pacto igitur intelligere debemus animam rationalem nō ſuſcipere mortem, ſicuti qualitates contrariæ inuicem ſe non ſuſcipiunt, non poteſt igitur anima à ſuo ipſius ſtatu, ac natura mutari veluti ignis à ſua ignea nō mutatur natura, vita eſt anima, igitur ſemper vita, cui ingenita eſt, quod ſi licebit aliquādo verbis ludere, iocemur quæſo cum Epicuris animam ex ſemine ortam aſſerētibus, ſi mors nihil eſt, quomodò ſuſcipitur? quod enim non eſt, non capitur, nam à viuentibus non recipitur, quia dum viuunt, à morte abſunt, neq; à mortuis, quia nihil quoq; ſunt, igitur morti non ſubiacent; ſed deſiſtamus à ioco; Sextam quām Platonicorum in medium afferamus rationem, ſic arguentium: Si anima eſſet mortalis, & ſimul cū corpore interiret, ergo flagitijs dediti bene ſe haberent, quoniam impunes ex hac vita recederent, & è contrario iuſti malè: Hoc argumentum, & ſi Platonicorum eſt, veritati tamē cōſonum, & efficax eſt: Omnes enim aſſerunt nullum bonum inremuneratum, nec malum impunitum, ab initio etiam leges

fuerunt,

fuerunt,& homines ſub lege orti ſunt,ſcio tamen Laicam Philoſophiam negligere hoc argumentum,quoniam nec præmiũ, nec pęnam tolerat,putat enim,& falsò ſibi perſuadet,pęnam,& præmium,alterum per ſe,& erit ipſavirtus,& ſtudioſa operatio vnuſquiſq; enim ſecundum virtutes operatur,& operari debet, vt ei proprium,& tunc beatur,ac perficitur,vt 1.moral. Ariſto. ſcribit: Summum bonũ,inquit,quæ eſt,noſtra felicitas in actionibus in virtute poſitis conſiſtere , igitur viris probis præmiũ nullum dari poterit , niſi ſtudioſa operatio , & poſt ſtudioſam hanc operationem nõ eſt aliud pręmium , improbis autem per ſe pęna vitioſa eſt operario,quæ non eſt, niſi ipſum vitium, vnde infelix,miſer,& flagitioſus , qui cum fidus non ſit, ſemper in timore viuit,quare impiorum pęna apud Peripateticos eſt flagitioſa vita,ſed horum reſponſio, & fidei , & Platonicæ noſtræ Theologiæ ceu Sacerdotiæ Philoſophiæ aduerſatur ; Platoni enim præter ea,quæ fides Catholica inſtruit,eſt contraria, qui in Phedone ita ſcribit: Si qui propter magnitudinem peccatorum inſanabiles eſſe cõperiuntur,qui ſacrilegia multa,qui cædes nepharias contra leges, qui demum alia iſtorũ affinia perpetrarunt,hos quidem omnes conueniẽs ſors abijciet in Tartarum, vnde ægredientur nunquam ; Mercurio quoq; refragatur ad Aſclepium lib. de mundo,cum fuerit ait ille,animæ à corpore facta diſceſſio,tunc examen meriti eius tranſiliet in ſummam Dæmonis poteſtatem: aduerſatur etiam Laicorũ reſpõſ. gentiũ Theologis,& Poetis , loca inferni varijs nominibus inſinuãtes, qua de re aliàs dicemus, cũ de Dæmonum animabus differem⁹, aduerſatur poſtremò potiſſimè huic demonſtrationi,quæ medio Peripatetico oſtendit, quam ita potiſſimam arbitramur: Dantur animæ omninò felices, igitur & infelices dari debent,ea eſt profectò animarum latitudo, quæ entiũ, datur etiam in latitudine entium purus actus igitur , & pura potentia : Sic etiam dantur animæ totius miſeriæ expertes, igitur, & huiuſmodi ſunt damnatorum ; Reſpondebunt fortaſſis , quòd animæ tales infelices erunt vt brutorum animæ, plantarum, & id genus reliquæ; quæ reſponſio non eiacuat , quoniam huiuſmodi animæ puta brutorum,& cęterarum vt ſenſibilium,& vegetabilium non ſunt veræ animæ,ſed veſtigia, vmbræ, idola,& vitæ poſtremæ, vt ſæpius dictum eſt : Ratio igitur procederé de-

bet in eodem genere animarum, puta, dantur animæ rationales omninò felices, igitur, & omninò infelices: Eæ autem erũt animæ flagitiorum hominũ, vt Mercurius aſſerit: Sed hoc quæſitum eſt Theologis derelinquendum, noſtra tamen Philoſophia Sacerdotia ab eis non diſſentit.

Argumenta, quibus Laicorum, & Pollutorum Philoſophorum ſchola huic noſtræ Philoſophiæ Sacerdotiæ emulari conatur, quæ tãdem pura figmenta ſunt. Cap. XXXI.

ALexãder Aphrodiſeus, quę tota Peripateticorum ſchola ſectatur, & à pollutis, ſordidiſq; laicis ap̄pbatur, in hãc venit ſẽtẽtiã, animã ex quatuor elemẽtorũ mixtione traxiſſe originem: Verùm, inquit, quia forma eſt nobiliſſima, ac omnium formarum eſt Regina, non ex omni elementorum admixtione reſultat, ſed ex puriſſima, nam ſubiectum diſponitur pro voto formæ quæ producenda venit, ſed pro Alexandri ſentẽtia percipienda: eſt primo obſeruandum apud ipſum, & ſectatores, q̧ intellectus, quem vocant poteſtatis, eſt tota animæ ſubſtantia, cuius duæ ſunt potẽtiæ, ſcilicèt intelligere, & velle; intellectus, & voluntas, quæ duæ potentiæ ſunt à materia ſeiunctæ, eius tamen ſubſtantia eſt generabilis, & corruptibilis; Accipit quoq; Alexander aliud fundamentum, quòd intellectus agens nõ eſt animæ rationalis pars, quoniam hæc pars eſt Deus, quare hæc ſententia eius eſt, quod tota ſubſtantia animę rationalis ſit intellectus potentiæ, quòd verò intellectus agens ſit Deus, & nõ animæ rationalis pars, probat, quia eſt maximè intelligibile, & quodamodo omnia intelligibilia, ergo eſt Deus, ſolus enim Deus eſt omnia intelligens: Sed iam ſolutum eſt hoc argumẽtum, cui igitur iſtæ duæ virtutes inhęrent, intelligere ſcilicèt, & velle ſunt generabiles, & corruptibiles, potentiæ verò, quæ illi inhęrent ingenerabiles, & incorruptibiles: Verùm nonnulli ex Laicis Philoſophis aſſerunt hanc non eſſe Alexandri ſententiam, ſed falsò illi ab Auerroe aſcriptam; pace tamen tantorũ virorum in com. de an. cap. 5. Oppoſitũ legimus: quod ita probat: Anima eſt forma, & corporis ſpecies, ſed forma, & corpo-

tis ſpecies vnà cum corpore oritur, & interit, quoniam correlatiua ſunt:ergo:Ar.12.diuin.16.prębens diſcrimen inter cauſam agentem,& formam,docet, quòd formæ ſunt ſimul cũ eo, cuius ſunt formæ; omnis enim forma endelenchia, & perfectio eſt,quæ abſq; eo,cuius eſt,eſſe non poteſt, veluti terminus abſque eo,cuius eſt terminus,anima verò rationalis forma hominis eſt,igitur ſimul cum homine oritur,& interit, minorē probat Alexander longa tamen oratione,nam enarratis omnibus modis,quibus aliquid dicitur eſſe in aliquo,animæ, inquit, nõ conuenit eſſe in aliquo, niſi vt formæ in materia, igitur caduca,& mortalis. Secunda Alexandri,ac Alexandreorum ratio, quæ eſt famoſa,ex animæ functionibus originem trahit: Nulla animæ operatio abſq; corpore eſſe poteſt, ſi igitur vnaqueque anima in operari corpore eget,veluti de nutritiua,& ſenſitiua perſpicuum eſt,vegetare enim cum corpore,& per corpus expletur,nutrire,generare,quale ipſum,igitur à corpore eſt inſeparabilis:ſi nulla enim functio abſq; corpore eſſe poteſt, tandē in fine vltimi capitis eiuſdem Paraphraſis aſſerit, animam rationabilem non differre à ſenſitiua,quòd ſi ſeiuncta eſſet, igitur plures animę in homine: vnde illud venit inferendum, & retorquendum,quod Ar. attulit contra Platonem, cui tribuit tres poſuiſſe animas diſtinctas in homine, cõcupiſcibilem,iraſcibilem,& rationalem, vt ſuperius diximus: Nonnulli quoq; ex Laicis Philoſophis hanc Alexandri ſententiam ſectãtes ita confirmãt:Si mens humana ſemine non eſt educta,igitur duos habebit operandi modos,puta,intelligere cũ phantaſia,& ſine quod fieri non poteſt,nam operandi modus exiſtendi modum conſequitur: Si igitur duo operandi modi igitur, & duo exiſtendi modi animæ competerẽt:quod fieri nullo modo poteſt, vnius enim rei eſt eſſentia, & exiſtentia: Secundò ita arguunt, mens humana non intelligit, niſi cum phantaſia, igitur forma æterna eſſe nequit,antecedens ita probant,intelligentia in cęleſtibus non poteſt habere modum intelligendi, qui mẽti noſtræ conuenit, neq; è contrario ipſi menti non competit, nec competere poteſt modus intelligendi intelligentiarũ. Quare illud fieret, quòd intellectus hominis intelligentia euaderet, nam cum operationes mutantur,formæ quoq; mutantur:Rurſus ita arguunt,Operatio, quæ alicui rei per ſe conuenit, nun-

quàm à re ſeparatur, vel intelligere cum phantaſia per ſe intellectui humano cõuenit; igitur nõ poteſt hic intelligẽdi modus ab anima rationali ſeparari, cum ſemper cum phantaſia operetur, intelligit, & ſapit: Rurſus ita inſurgunt: Si anima eſſet ingenita, & nunquàm interiret, igitur non magis in ſenio, quàm in pueritia intelligeremus, cuius oppoſitum experimur, variat enim intelligere ad materiæ mutationem: Hanc quoq; ſententiam moderniores Philoſophantes; primaſq; Cathedras obtinentes, hac ratione, quam putant validiſſimam, arguunt, ponentes primum diſcrimen inter energiam, & endelenchiam: Energia eſt, inquiunt, actus fluens, conueniẽſq; formæ dũ fit, igitur incompletus eſt actus, & non terminans: Endelenchia verò eſt actus perfectus terminans, & non vltra fluens; propterea Ar. 1. de ortu, & interitu illud nobis reliquit, habitibus pręſentibus ceſſat motus, quoniam ſuo fine eſt potitus, tunc ij viri doctiſſimi ſic argumẽtatur: Anima rationalis eſt endelenchia actus ſcilicèt perfectus, finis, & terminus corporis Phyſici, igitur forma eſt mortalis: Argumentatur ſecundo iſte vir peritiſſimus, & me Herclè Italiæ, & Magnæ Græciæ noſtræ Philoſophorum recentiorum facilè Princeps PORTIVS. Ex operatione Ar. tex. 8. Phyſ. monſtrauit æternitatem motoris ab æternitate motus ita: motus eſt æternus, igitur motor æternus ex motu etiam circulari primo Cęli oſtendit naturam cęleſtẽ diuerſam à natura elementorum Primo quoq; Phyſ. æternitatẽ primæ materiæ ab opere demonſtrauit: Si enim, inquit, materia eſſet generationi ſubiecta, igitur antequàm fieret, eſſet, quoniam omne, quod fit, ex materia fit; igitur ſi prima materia fit, ex materia fieret; ſed quod fit, nõ eſt, igitur materia prima antequàm ſit, non eſt; Methodus ergo, qua Ar. ad naturas æternas percipiendas vſus eſt, ex operatione venatur, tunc ſic argumentatur. Si mens humana æterna eſt, ex actionibus eius dignoſceretur, ſed nullũ opus animæ tale eſt, quod nos ducat ad cognitionem eius æternitatis, quia nulla eius functio, & operatio æterna eſt, continua, & perpetua, ſed quiete intercipitur, intellectio namq; marceſcit, pereunt ſcientiæ, opiniones, & id genus, ergo ſi operationes humanæ mentis mortales ſunt, ipſa quoque mortalis erit; Operationes enim corruptibiles à formis corruptibilibus fluunt, veluti ab æternis æternæ ope-

rationes

rationes emanant; Adhuc ita arguit, Scientiæ, quæ in mente ſunt, tanquàm in ſubiecto generantur, ibiq; intereunt, igitur, & mens humana, conſequentia patet, nam ſi mens æterna, igitur ſcientia æterna, quoniam æternum nihil noui recipit: antecedens eſt Ar. in ijs, quæ de breuitate, & longitudine vitæ ſcribuntur, cum aboletur (inquit,) homo, ſcientiam, reminiſcentiam, intellectionem, ſpeculationem, & omnes animi effectus deleri: & eodem libro docet Ar. quaſdam formas duplici modo deſinere ob ſuum contrarium ſcilicèt, & ob ſuum ſubiectũ puta quia ſciẽtia per deceptionẽ aboletur, & corruptionẽ ſubiecti, corruptis (inquit) animalibus viribus corrũpitur ſcientia, & ſanitas, vult igitur quòd per ſubiecti corruptionem habitus animæ etiam, & corporis deperdantur, quod ex tertia quoque ſectione problematum docet, vbi quærit, cur ſeniores amplius mente valeamus? & iuniores potius dicamus? ſubdit, quia natura parens duo nobis inſtrumenta inſeruit, quorum opera inſtrumentis extraneis vti valeamus, manus corpori dedit, & animo mentem, quod opus eſt naturæ, qua lõga oratione eo in loco colligunt quatuor. Primùm intellectum eſſe nobis à natura inſitum, & eſſe animæ inſtrumentum: Secundum quod inferũt, intellectum non eſſe æternum, cum ſit nobis à natura infuſum, & ab exteriori cauſa elargitum: Tertium, quòd quamprimùm in lucem prodimus, non eſt nobis intellectus perfectus, ſed imperfectus, & potentia. Quartum quod inferunt, intellectũ perfici in ſenectute. Quarto arguũt. Si anima eſt æterna, ergo ſenſus ſunt illi obſtaculo, quia auertunt eam à cognitione ſui ipſius, & ſuperiorũ, ſed experimur ſenſus neceſſarios eſſe ad cognitionem, via enim ſenſus celeberrimos Philoſophos rerum æternarum cognitionem præſtantiſſimam conſecutos fuiſſe: Sed pollutorum, & laicorum argumenta, & ſententiæ reijciẽdæ omninò ſunt, nedum à ratione, & fide, & veritate alienæ, Ariſt. quoq; eorum præceptori aduerſantur (tantorum tamẽ virorũ pace,) Ariſt. enim duodecimo diuinorum 17. manifeſtè dixit, diſſoluto corpore rationalem animã remanere de generatione animalium quoq; cap. 3. ex tribus animabus duas, inquit, ex ſemine ſuboriri: Sola mens, quæ eſt rationalis extrinſecùs accedit, non educta ex materia: ſecundo etiam de anima xi. & xxj. palam ait, agnoſcimus ex animæ difinitione, quòd quædã

anima ſeparatur à corpore, quoniã nullius corporis eſt actus: Rurſus primo, & ſecundo de anima, cum de animę facultatibus dubitaſſet, an loco, & ſubiecto ſeparatę ſint, veluti Plato credidit apud ipſum monuit animęvegetalis partes ſimiliter, & eas, quæ, & animæ ſentientis ſunt loco, & ſubiecto eſſe ſeparatas, de intellectu verò dixit: nihil adhuc manifeſtum eſſe, cũ videatur aliud genus animæ ſeparatum ſicut perpetuum à corruptibili; ſi ergo intellectus forma eſſet materialis, nullum eſſet dubium, immò manifeſtiſſimum foret loco, ac ſubiecto non eſſe ſeparatas, de intellectu verò inquit, nihil adhuc patere, cum videatur aliud animæ genus: Verùm Laicorum Philoſophòrum ſchola ne ab Ar. recedere videatur eorum præceptore, haſce omnes Ariſto. authoritates Alexandro, & Alexandrinis de intellectu agente aſſerunt intelligi debere, qui diuinus eſt, & nõ de intellectu poteſtàtis, de quo eſt difficultas: Alij verò Alex. ſectantes affirmant Ariſt. non de ſubſtantia animæ intelligere, ſed de animæ potentijs. Intelligere ſcilicèt, & velle, quæ apud Alexandrũ ſeparatæ ſunt virtutes, ſunt tamen in ſubſtantiæ animæ fundatæ veluti in radice, has vero virtutes vocant qualitates ſecũdæ ſpeciei q̃ coextenduntur ſubſtãtię animæ rationalis, & diuidũtur diuiſione eius, non enim indecens erit, aiunt, in ſubſtantia generabili, & corruptibili ſpiritualem virtutem abſtractã fundari, veluti eſt MAGNES, quæ ſua virtute ſpirituali attrahit ferrum, & tamen: Magnes eſt materiale quodam generabile; & corruptibile, ita etiam de anima rationali dicunt, quæ licet generabilis, & corruptibilis in ſua ſit ſubſtantia. Virtutes autem, quæ in ipſa fundatæ ſunt, ſpirituales ſint, operationeſq; indiuiſibiles recipiant: Sed horum reſponſ. pace tantorũ illuſtrium virorum non eſt Ar. conſona, quoniam ex Ariſto. qualitates ſecundæ ſpeciei non differũt ab eo, cuius ſunt qualitates: naturalis enim potentia non eſt qualitas, ſed idem cum eo, cuius eſt qualitas, res enim agunt per ſuas formas, & patiũtur per ſuas materias; Sed quicquid ſit, Philoſophia noſtra animę ęternitatem, & immortalitatem cum Platone ſubſtinet, nec arbitramur Ariſt. à Platone differre; & quoniam ad delectationem ſcribimus, licebit etiam aduerſus Alexandreos, Epicureos, & Lucretianos iuxta Peripateticorum principia ita arguere: Si intellectus eſſet forma ex ſemine productus, igitur vniuerſaliter

ter non intelligeret, ſed ſingulariter; & ita non eſſet à ſenſu diſtinctus; Senſus enim eſt, qui ſingulariter recipit, conſequentia igitur conſtans eſt; quia per eos intellectus eſt forma in materia ſignata, & ſingulare eſſe habens, igitur ſingulariter recipit: confirmatur, quia per Peripateticos omnes intellectus recipit formas, & rerum quiditates, at cum iſta in intellectu recipiantur, ergo ſingulares, & materiales fiunt, quia in materiali ſubiecto recipiuntur. Huic tamen demonſtrationi duas conſueuerunt ij, qui animæ obitum tuentur, afferre reſponſiones, quarũ prima eſt (vt opinor) ab Ariſt. aliena, intellectum ſcilicet eſſe ſimpliciter mortalem, eò quia forma eſt in materia, & ex materiæ ſemine eductum, verum ſecundum quid, immortalem ob id, quia vniuerſaliter recipit: Alij verò ita, & fortaſſe meli⁹ dixerunt, intellectum vniuerſaliter recipere non ratione ſui ſcilicet in quãtum intellectus eſt poteſtatis, ſed ratione Virtute vẽ intellectus agentis, meritò igitur ſui vniuerſaliter recipere nõ poteſt, cum ſit virtus in materia vt argumentũ probat, ſed meritò luminie intellectus agentis; duplici enim de cauſa aſſerunt fuiſſe intellectum agentem nobis tributum, altera, vt phantaſmatibus lumen præbeat quæ cum in materia ſint, ab intelligẽte purgantur, & depurantur à qualitatibus, & conditionibus illis materialibus, & ſic vniuerſaliter recipiuntur, à materia enim compræhenſio vniuerſalis fieri non poteſt: Altera cauſa fuit, vt intellectum poteſtatis perficeret, qui cum forma ſit materialis ideſt forma in materia, non poſſet per ſe, niſi ſingulariter recipere, & intelligere, at intellectus agens ita intellectum potatis pficit à principio ſui ortus, vt vniuerſaliter recipiamus; igitur virtute agentis intellectus ſit, vt vniuerſaliter, & nõ ſingulariter recipiat: prima igitur eorum reſponſio non eſt Ariſt. cognata cum quæſtio excitetur de immortalitate ſimpliciter, & non de ſecundum quid: Rurſus duæ differentię entis oppoſitæ, ſeu vt dicunt: duo prædicata oppoſita non poſſunt ſimul, & ſemel naturæ alicui conuenire per naturam communẽ, & propriam: Secunda etiam reſponſio non videtur Ari. conſona, qui docuit 3. de aĩa, intellectũ poteſtatis eſſe principiũ intelligendi: ſi lumine intellectus agentis vniuerſaliter recipit, & non ob ſui naturã, ſed aliundè: Conſona profectò viſa fuit nobis aliquando illorum reſponſio aſſerentium ex intellectu poteſta-

tis, & agentis fieri vnum per ſe, ſicut ex intelligentia, & orbe Auer. 8. Methaph. vltimo, gerentes materiæ vicem, & formæ ex intellectu igitur poteſtatis, vt materia, & agente vt forma, fit vnum per ſe, & ſic virtute formæ eius intellectus poteſtatis vniuerſaliter recipit, & ſi materialis eſt: Et licèt horum reſponſio ſit adhuc ſtudioſa, vt illud inde aufugiant inconueniẽs, quod attulimus, non eſt tamen Peripateticæ Philoſophiæ conſonũ, peccat enim, quoniam apud Ariſt. nulla forma ſeparata eſt potentia, ſed actus, & verè forma, igitur vicem potentiæ, & materiæ gerere nequit; quicquid autem ſit, cum hæc difficultas iam diù fuit ab initio tùm à doctioribus Platonicis, tum Peripateticis exactè dilucidata, & ſicut aurum in fornace, vaſeque fuſorio purgata, & examinata, non eſt vlterius procedendum; niſi vt argumenta iuxtà Philoſophiæ noſtræ Sacerdotiæ, & Religioſæ principia diſſoluamus, hoc verum addemus, quod difficile eſt etiam ab eorum Peripateticis fundamentis, ac initijs non recedentes, nec ægreferatis vos obſecro, ſi aliquando ab Auer. parùm recedemus Philoſopho quidem immundo, & polluto, quoniam non ex animi ſententia erit, ſed potius referentes, nõ autem explicantes, liberet nos Deus ab eſca Eſau, qua ſua vẽdidit primogenita, ac cum Sacerdotibus noſtris præcipuè Zeroaſtro dicamus, *obſecro Dij, ne ignis poteſtate animus lucidus fiat*, ignis enim eſt Deus, quo omnia caleſcunt, & lucida fiunt, hæc apud Zeroaſtrum, quæ ſuo loco explanabimus.

Argumenta Ethnicorum diſſoluuntur ab eorum pollutis principijs non recedentes, ſalua ſemper noſtræ Religionis laude, referentes, non explicãtes, ab eſca Eſau, qua ipſe Aegiptijs ſua primogenita vendidit, liberet nos Deus. Cap. XXXII.

ET ſi pollutorum Philoſophorum argumenta, à principijs eorum, commodè dilui poſſunt, non recedentes, nolumus tamen ab eorum initijs, ac Peripateticis fundamentis elõgari, ne morſibus conſuetis, quibus nos pręceptor eorum Ariſ. 1. de Phyſico auditu morſus eſt, illud aſſerens, *non ſunt Phiſicè locuti*,

uti, Phyſicè igitur loquamur, verum quia cauilli eorũ adhuc
tenebrarum filijs nubes,& tenebræ ſunt; Nos primum pro eorũ
dilucidatione nonnulla obſeruabimus, ac illud vnicũ eſſe ip-
ſius animæ operandi modum,& illud quidem propriũ,& per ſe
primùm conuenire, qui eſt per ſui ſubſtantiam intelligere, for-
ma enim ſeiũcta eſt, de quibus Peripatetici ferè omnes, ac præ-
cipuè Auer. dixit 12. diuinorum 39. com. & 3. de ani. com. 19. &
27. quo in loco Ar. loquens de agente intellectu inquit, idem
eſt autem ſecundum ſcientiam rei licèt doctores in Peripate-
ticam ſcientiam negent, nolintq; huiuſmodi præpoſitionẽ de-
bere intelligi de mente humana, ſed de intelligentijs dunta-
xat, quæ in intelligẽdo nullo prorſus modo à corpore pendẽt,
non enim inquit, iſte vir Z I M A R A Italiæ, & Magnæ Græciæ
lumẽ Theoremate cẽteſimo vigeſimo ſeptimo ĩtelligi debet p̃-
poſitio de intellectu humano, quem potestatis vocitat qui in
intelligendo dependet à Phãtaſmatibus, ſcriptum eſt enim 3.
de aĩa tex. com. trigeſimo, & trigeſimo nono: *oportet intelligen-
tem phantaſmata ſpeculari*, quare nos ab eo, & ſectatoribus rece-
dentes aſſerẽdum putamus, quia ad delectationem ſcribimus,
de humana quoq; intelligi debere; & de omni anima abſtracta
præpoſitionem illam conſtare aſſerimus: Animæ propriũ igi-
tur eſt per ſui ſubſtantiam intelligere, & nõ cum Phantaſia per
ſe primò, vt communis eſt omnium ferè Peripateticorum ſen-
tentia, at quia Ariſt. authoritates adduci ſolent in contrarium,
quibus liquidò apparet, animam à corpore in ſua operatione
dependere, ac ſenſibus; & Phantaſmatibus vndiq; vti, propte-
reà eſt ſecundò obſeruandum; & illud accipiendum, tribus de
cauſis traditum fuiſſe, vt anima ſenſibus, & Phantaſia operetur,
cum in ſe manens non eſt, ſed progreſſiua vt dicunt: primo quia
forma eſt poſterior Phantaſia; Phantaſia enim præcedens for-
ma eſt rationalem formam doloris venientem, at quia forma
eſt poſterior; Phantaſia verò forma prior, velit, nolit, non po-
teſt abſq; ea operari, ab ea tamen nihil recipit, ſe enim habet ſi-
cut Deus, qui non operatur abſq; cauſis ſecundis, nihil tamen
recipit ab illis propter connexionem operatur, regit; atq; gu-
bernat; hanc cauſam fortaſſe reddent ij, qui in vnitate intel-
lectus temerè confidunt, ſecundam verò cauſam, quare phan-
taſia, & ſenſu anima ipſa rationalis operetur, reddunt Sacer-

dotes

dotes noſtri Plotinum ſectantes, quia anima rationalis eſt forma media, ait Auic. Platonicus, & vnus ex Sacerdotibus noſtris media, in quam per ſimilitudinē ſcilicèt, & ſe habet ad vtrunq;, ad immaterialia, & materialia, duæ enim formæ ſunt in extremo conſtitutæ, altera, quę in operari depēdet à corpore, altera verò quæ nullo modo à corpore vt intelligentia, at quoniā non proficiſcitur de extremo in extremum abſq; medio, expedit dari huiuſmodi forma, quæ ſua natura eſt ipſe intellectus humanus, media quoq;, quia naturalis forma eſt, & diuina, vt naturalis inquit, forma inſtrumentis operatur, vt diuina ſeipſa: Tertia cauſa vera eſt etiam, quare phantaſmatibus, & ſenſibus in intelligendo operatur: ob rerum percipiendarū defectum, omne enim recipiens per modum recipientis recipitur, & omne intelligens ex eodemmet Ariſtotil. per modum intelligentis intelligitur, ita vt ſi res eſt ſenſibilis, & ſingularis, ſenſibiliter, & ſingulariter recipitur, & phantaſiabiliter: Quare defectus animæ non eſt, vt ſenſibus operetur, nec indigeat, ſed defectu eſt obiectorum, & rerum intelligendarū, quæ nō poſſunt aliter intelligi, niſi vt ſunt, quia in materia ſunt, vbi ergo eſt materia, ibi & impedimentum, hoc igitur pacto verba Ariſt. intelligere debemus, & ita intelligit Philoſophia noſtra, vt Ariſto. conſona proferat, nolumus enim in hac aſſertione à principijs Peripateticorū recedere, ſed gloſimatè hoc ita reſpōdere, quæ reſponſio apud filios lucis quieſcens eſt, & ſtudioſa, nec aſpernenda: Addunt nonnulli ex noſtris quartam quoque cauſam, puta commercium, quod cum ſenſibus habet anima, ſed hæc ratio cū prima, quam aſſignauimus, conincidit: Tertiū quod accipiendum eſt à nobis pro dilucidatione huius aſſertionis, quam Sacerdotia Philoſophia ſuſtinet, intellectum eſſe formam, quod nemo negat, hoc fortaſſe negabant, quòd ſi forma eſt, igitur non recipit aliquid ratione ſui, & qua in ſe permanet, quia ex Ariſt. illud habemus vndiq; ſparſum, formæ eſt agere, & non pati, ſed recipi eſt pati, dicetis fortaſſe, vt cōmunis ferè Peripateticorum ſchola aſſerit: patitur inquam perfectiuè, non autem corruptiuè, hic labor, hic punctus, quoniam nos quoque, qui in hac aſſertione Peripatetici ſumus, aſſerere cogimur, animam neq; perfectiuè, neq; corruptiuè pati poſſe, non corruptiuè, quia eſt forma æterna, non perfectiuè, quia ab

initio, & ex eius ortu adhuc fuit perfecta, omnibus imbuta ſimulachris, ſpeciebuſq; vt dicitur, & quiditatibus, vt in capite de ideis diximus: Sed dicetis hoc falſiſſimum eſſe, & ab Ariſt. diſſonum, qui Platonis ideas, & ſimulacra neglexit, vt mõſtra; nos verò in quæſito proprio ſatisfecimus, eos ſcilicet Diſcipulum, & Præceptorem conciliando, diximus Ariſt. ideas Platonis non irriſiſſe, ſed modum ponendi eas irriſit, arbitratus eſt enim Ar. ideas in aere collocaſſe, nos autẽ oppoſitum de mente Platonis cum Simplicio, & Grãmatico aperuimus; Sed rurſus inſurgetis, dicentes, hoc tertium, quod accepiſtis obſeruãdum, omninò ab Ar. recedit, nec ſunt Ar. nec alicui Peripatetico cognata, ſed ſimpliciter ab eo diſſona, ac totum tertiũ librũ ferè de anima hæc veſtra deſtruit Philoſophia. Tertio enim de anima particula ſexta: intellectus, inquit, locus eſt ſpecierum, idemq; monuit in particula 38. intellectus, ait, eſt quodamodo omnia, quod eius interpretes confirmant omnes, & præcipuè Auer. 3. de anima eodem com. 8. dans diſcrimen, & differentiam inter intellectum in habitu, & intellectum in potẽtia, docetq; quòd intellectus potentia, eſt potentia, vt recipiat ſpecies intelligibiles, intellectus vero in habitu, non eſt, inquit, potentia, vt recipiat, ſed ad intellectionem: Idem Auer. & ſectatores ſcribunt illud ferè omnibus manifeſtum: Tertia com. 3. de anima: omne recipiens debet omninò denudari à natura recepti, igitur debet denudari ab omnibus formis materialibus: Deniq; Ar. 15. eiuſdem 39. animus, inquit, ſicut tabella eſt, in qua nihil depictum eſt; Poſtremo arguũt, igitur intellectus agens ſuperfluus, cum eius ſit munus ſpecies intelligibiles in actu producere, non erit igitur ſpecierum productiuus: Multa quoq; ab Ariſt. recedere videntur, afferre conſueuit Peripateticorum Schola: at quoniam hæc altiorem petunt quæſtionẽ, in alio capite ſequẽti ſcilicèt omnibus ſatisfacere conabimur, ſalua ſẽper, vt dixi: Religionis noſtræ, & fidei laude: Laica quoque eſt ſpuria, & naturalis quandoq; Philoſophia noſtra, propterea his ita acceptis, & obſeruatis ad eorum argumenta ita reſpondebimus, à ferè tamen Peripateticorum ſententia non recedentes, Et ad illud primum Alexandri, & ſectatorum, cum dicunt, Anima eſt actus, & corporis ſpecies, & forma, ſed forma, & corporis ſpecies ſimul cũ corpore oritur, & interit, cor-

forma,& corporis ſpecies,corpuſque perficiens, & dans illi eſſe, non propterea eſt caduca, quoniam formæ vel ſunt dantes eſſe materiæ,vel recipientes eſſe à materia,ſeu à corpore,veluti ſunt formæ materiales, modò anima forma eſt dans eſſe, & perficiens materiam,ſed non recipiẽdo à materia eſſe aliquod, vt ſit inde interitura, quæ enim ſunt triplici ordine à Porphyrio ex mente Platonis in Thimei comentarijs ſecernũtur,quędam eſſe poſſident à ſe,in ſe,& pro ſe,vt Deus;quædam habent eſſe in ſe,ſed non à ſe,vt Angelus,quia à Deo,& pro ſe, quia nõ recedit à ſe,anima verò, inquit, rationalis neq; à ſe habet eſſe,quia ab aliquo,puta Deo,neq; à materia,neq; pro ſe ipſa tãtum eſſe ſuum ſeruat, quia ipſum corpori communicat,eſſe tamen habet in ſe, quia ſuum eſſe in eiuſdem fundatur eſſentia,& ſeparata à corpore in ſuo eſſe ſubſiſtit, quòd eſſe vocatur diuinum,& perpetuum ab Ariſt.format ergo,ſed non formatur,animæ etiam cęleſtes dant eſſe formale orbibus,non tamen ab orbibus eſſe aliquod recipiunt, ſi tamen verum erit, orbes informare,quod eſt adhuc dubiũ,licèt igitur forma ſit actus, & corporis ſpecies,nõ ſimpliciter forma in materia, ſed talis forma immediatè corpus perficiens abſque aliquo alio medio,vt ſibi falsò perſuadẽt ij,qui ab anima primum corpus perfici aſſerũt, ideſt à cogitatiua, & phantaſia rationali, quam ita vocant in cerebro collocantes:Platonici quoq; noſtri animam ſe vt proles habere affirmãt,quæ vel plus patri, vel plus matri aſſimilantur,formæ enim rationales patri ſimiles ſunt,abs quo eſſe penitus recipiunt,ſeu plus eſſe recipientes à patrę, quàm à matre; cęteræ verò formæ plus à matre eſſe recipiunt, quàm à patre; Rationales igitur animæ ex actu Dei mero promũtur,& à Deo ſubito ad actum eſſendi producuntur, quapropter actum in ſe habent,prius,& poſteà iunguntur materiæ,& ita eſſe habẽt antequàm corpori adhęreant,formæ verò materiales totũ eſſe recipiunt à matre,quæ eſt materia,Sed placeat hic argumentari, & cum illis confabulari,ſi anima fons eſt eſſendi,quomodo à ſe eſſe non habebit,ſi enim à matre eſſe recipit,igitur fons eſſendi non erit: formæ igitur rationali per ſe conuenit eſſe, formæ verò materiales tamdiu exiſtunt,quamdiù in materia ſunt,quę formis contrarijs ſæpè dat locum, quare ita eſſe habet, vt non habeat potentiam ad non eſſe,neq; eſſe recipiens, vt patet exẽ-

plo ſolis, qui aerem illuminat, non tamen ab aere recipit, neq; vllis ſordibus maculatur, vel dico quòd argumenta Alexandri tendunt de forma corporali, ideſt materiali, q̃ ſunt ad aliqd, ergo. Reſpondetur verum eſſe ſecundum dici, ſed ſecundũ eſſe: Ad ſecundum, quod putant, Achillem ex ijs, quæ ſecundò accepimus, facilè reſponderi poteſt, & cum dicunt nullã animi operationem eſſe, neq; eſſe abſq; corpore poſſe, hoc falſum eſt, nec illis aſſentimus, quoniam animæ proprium eſt per ſui ſubſtantiam intelligere, & hoc eſt per ſe primum proprium, cũ fantaſia igitur intelligere non eſt animi proprium primo, & per ſe, ſed ſi phantaſmatibus operetur, eſt ſecundò propter commerciũ, & connexionem, quam habet cum phãtaſmate, ij verò, qui Simpliciũ ſectantur, ita reſponderent, animam ſcilicèt duobus modis contemplari poſſe, vel ut in ſe manens eſt, vel vt peregrina, & progreſſa, vt progreſſa igitur phantaſmate operatur, nõ autem vt in ſe manens eſt, à quo non recedimus, quoniã videmus aſſentire aſſerentibus animam duas habere operationes, & vt progreſſam, & vt in ſe manentem, propterea aſſerimus vnicam habere operationem ſibi propriam ſcilicèt per ſui ſubſtãtiam, vt cęteræ mentes, ſi verò cum phantaſmate operatur, eſt propterea, quia forma eſt media ſe habens ad vtrumq; ad phãtaſiabilia, & ad immaterialia, eſt quoq; propter commercium, quod habet cum phantaſmate: Hac eadem reſponſione ad tertium illud Alexandri ſectatorum deſcendemus, dum inferunt: Si anima habet duos operandi modos, igitur, & duos exiſtẽdi modos: Reſp. quod vnus eſt animæ exiſtendi modus, propriũ ſ. quod eſt per ſui ſubſtantiam intelligere, & ita verum eſt dicere, vnius eſſentiæ vna eſt exiſtentia, & non duæ; Similiter ad illud quartum ſcilicèt igitur anima modum intelligendi intelligentiarum ſibi vendicabit. Reſpondetur quòd falſum eſt, mentem humanam non poſſe intelligere alio intelligendi genere, quàm cum phantaſia, quoniam per ſui ſubſtãtiam quoque intelligit ſeipſam, qui modus intelligendi eſt nobilior, quia & hoc intelligendi genere ſuam nobis oſtendit æternitatem, & perpetuitatem, falſum eſt etiam menti humanæ non poſſe intelligendi modum intelligẽtiarum competere, cum & ipſa quoq; infima intelligentiarum vocetur; deinde homini traditi ſunt ſenſus [illegible]lutem 2. de ani. ex Ariſtot. & ideò non eſt eadem ratio

tio de mente humana,& de intelligentijs: eſt enim vt ſupra dictum eſt: anima ipſa forma media ſe habens ad vtrunque, & ideo duo genera entium intelligere debet caduca ſcilicèt ſenſibus, & phantaſmatibus, æterna verò abſque ſenſibus, ſed intelligentia, quæ non niſi æterna intelligere habet, non eſt illi opus ſenſus, nec propterea homo ſe auertit à ſupernorum cognitione, eò quia non poteſt illas percipere, niſi per ſcientias ſpeculatiuas, & prius diſcurrat, vt Ariſtot. 3. de ani. particula octaua monuit: quoniam progreſſus eius eſt ab imperfecto ad perfectius, & ideò prius ſecundum cognitionem rerum caducarum mens nobis vnitur, ideſt rerum perfectio, quæ ſine ſenſibus haberi non poteſt, non ergo ita eſt de mente humana, & intelligentia, ex his quoque facilè illud diluitur, Ad quintam eorum cauillationem; Quod per ſe naturæ congruit, alicui nõ poteſt ab eo ſeparari, ſed intelligere cum phantaſia per ſe animæ conuenit, falſa eſt hæc minor, quæ ex ijs accepimus: per ſe primo animæ conuenit intelligere per ſui ſubſtantiam, & ſeipſam intelligere; Ad illud verò argumentum, quòd ſexto adducunt. Si anima eſſet ingenita, & nunquàm interiret, igitur non magis in ſenio, quàm in pueritia intelligeremus, eius oppoſitum experimur: Variat enim intelligere ad materiæ mutationẽ: Reſpondemus Platonicè, & Peripateticè, quòd homo per mentem eodem modo ſemper intelligit, tota igitur mutatio eſt ex parte ſenſitiuæ potentiæ ex Ariſtot. 3. de ani. 65. Sacerdotes verò noſtri parum de ſenſibus locuti, dicerent quòd neque ex defectu ſenſus eſt, quia ſenſus quatenus in ſe eſt, & in ſe manens, ſemper eodem pacto, & modo operatur, & operaretur tam in iuuentute, quàm in ſenectute, etſi ſenex oculum iuuenis accipiet, videbit ſicut iuuenis, ſi ergo ſenſus, qui eſt virtus in materia, vt in ſe eſt, non patitur mutationem, quanto magis mens humana, quæ nulli organo eſt affixa, igitur mutatio ſenſus eſt ab organo, & organum illud eſt, quod mutari dicitur: Quare meritò mentis ita ſe habet homo in iuuentute, quàm in ſenectute, à ſenſu igitur eſt defectus, vel ab organo: Ad illud verò de energia, & endelenchia. Auerrois ſectatores ita reſponderent, quòd endelenchia eſt, ſed non vt aliæ formæ, verùm vt Nauta naui, & inſtrumentum artifici, ſed nos vt ſuperius diximus: confitemur eſſe endelenchiam dantem eſſe,

ſed non recipientem, vt cæterę formæ materiales, & ex gremio materiæ eductæ: Eodem pacto ſoluitur, & illud, cum dicũt, ex venatione motus Ar. cognouit formas æternas, dicimus, quòd nos ex intelligere vniuerſaliter venamur animam eſſe formã ſęparatam, & ideo æternam; poſſumus quoq; illud dicere, quod communiter fertur, animam ex accidenti moueri, quod negãt Auerroiſtę, aſſerentes animam homini aſſiſtere, & non homini exiſtere. Ad illud de problematibus communis eſt omnium ferè reſponſio Ariſtot. eo in loco de aliorum mente, ſententiaùe fuiſſe locutum, vel dicamus, veriſſimum eſſe animam quodammodo à natura tradi, non tamen ita vt ex gremio materiæ ſit tradita, ſed ſua naturali virtute, quæ in ſemine eius eſt, & operatur: Ad illud verò, igitur ſenſus ſunt illi obſtaculo, negamus, quoniam duo genera entium intelligere debet anima, & æterna, & caduca, cum forma media ſit, & ad vtrunq; ſe habet, quare per ſenſus non propterea à cognitione diuinarum rerũ ſe auertit; cum igitur ſcientia rerum caducarum intelligi non poteſt abſque ſenſibus, idcircò non ſunt illi obſtaculo. Verùm quia hæc omnia difficultatem pariunt, nec videntur Ariſ. conſona, ſed ab eius initijs longe recedunt, illamq; ſecum afferunt quæſtionem, an anima per ſui ſubſtantiam, & eſſentiam intelligat, ſenſibuſq;, & phantaſia in operari egeat, in ſequenti capite aperientur, nec ab Ariſtotele recedamus: ſcio tamen paradoxa videri.

Animam nedum in ſe manentem, verum quoq; ad nos vergentem non indigere ſenſibus, nec phantaſmatibus, ſed per ſui ſubſtantiam intelligere: & ſi Platonicum dogma eſt, nos etiam ad delectationem ſcribentesq;, Peripateticum quoq; eſſe quaſi Paradoxum cum lucis filijs aperiemus. Cap. XXXIII.

AN animus phantaſmatibus indigeat, & ſenſibus operetur, veluti ſibi proprium? an per ſui ſubſtantiam, vt cęteręmentes, intelligere queat? quæſtio fuit olim à veteribus excitata, & in ea laborauerunt: ſtudioſa profectò difficultas, quã nos,

nos,ne otio dediti ſimus,excitabimus,ad delectationẽ quoque ſcribentes,occaſione illa ducti ex ijs, quæ ſuperius monuimus, auget difficultatem; quoniam vt dicitur,Ariſtotelem cum Platone conciliare,eſt ipſos poſt mortem quaſi baptizare, vel torqueri,idemq; confiteri, & referre; Obſecramus vos igitur lucis filios,apollineoſq; homines,ne morſibus lædatis,& capharnaitarum illud olim dicatis, aduerſus fidei noſtræ Sacramentũ durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum intelligere? patienter igitur ferte,& ordinem obſeruabitis, quo procedemus, primũ quidem Platonizantium referemus ſententiam,& quadã eorũ accipienda obſeruabimus:Secundò quid puri Peripatetici ſentiant,in medium afferemus: Tertiò authoritates, & argumenta purorum Peripateticorum diſſoluemus,ſaluis tamen (vt tabelliones dicere conſueuerunt) iuribus,& cauſis.

Quoad primam huius difficultatis partem, ſi Platonicis credendum eſt,& illis aſſentiendum facilis eſt, inquit, D. Thomæ reſponſio q. 14. ſuarum diſputationum diſputatarum de anima,quoniam hęc Platonici accipiunt,animam ab initio ideas, & rerum omnium ſimulacra in ſeipſam retinere monuerũt,negligunt igitur ſpecies illas,quas nos intelligibiles vocamus de nouo genitas via,ſenſu,& phãtaſmatæ acquiſitas, ac illas in intellectu recipi,& ideò ita cum Biſſarione lib. 3. cap. 28. in quæſtionibus de ani.arguunt,aut iſtæ ſpecies genitæ ſunt, vel creatæ: ſed neq; genitæ neq; creatæ,igitur pura figmenta: Quòd genitæ non ſunt,probatur,quoniam id, quod genitum eſt, caducum,& corruptibile iure eſt,etiam ex ijs,quæ Ar. monuit in ijs, quę de Cęlo ſcribit aduerſus Platonem noſtrum,ſed iſtę ſpecies non ſunt corruptibiles,ergo neq; genitæ; ſi enim corruptibiles ſunt,vel per ſe,vel per accidens, non per ſe, quia illud per ſe eſt corruptibile,quod à ſuo contrario corrumpitur, ſed ex Ariſt. quoq; ſeptimo Phyſic. 20. ad partem intellectiuam non eſt cõtrarietas,quia non eſt motus,neq; igitur interitus, neq; ortus, non per accidens quoq; corruptibiles ſunt,quia illud per accidens corrumpi dicitur, quod ad corruptionẽ ſui ſubiecti corrumpitur,at ſubiectum iſtarum ſpecierũ intellectus eſt, qui incorruptibilis omninò eſt, vt probauimus; igitur neq; ex accidenti: Dicent fortaſſe,quòd iſtæ ſpecies ſunt creatæ, hoc minimè dici poteſt, quoniam negat Peripateticus creationem, di-

cent,

cent,quòd non omninò creatæ,ſed concreatæ,neq; hoc ſolum, quia concreatio ſpecies eſt creationis, & ad creationis genus reduci debet,ſed cum non datur genus,puta creatio,igitur neque concreatio. Sunt igitur ſpecies huiuſmodi,& ſimulacra ab initio illi inſite antequam corpori vniatur, & conſequẽter per ſui ſubſtantiam, veluti eius proprium ſeipſam intelligit, & ea omnia,quæ illi inſunt, quòd ſi ſenſibus quandoq; vtitur, ex accidenti,ideſt vt ab illis excitetur,non autem,vt obiectiuè recipiat,excitatione enim illa in ſeipſam anima redit, cum in corpore elapſa eſt facta, veluti dormiens, & ebria; & vt puer propter nimium materiæ fluxum,ſicuti etiam accidit nobis,quòd ex inſpectione aliquorum ſenſibilium reminiſcimur aliquorũ, quorum videbamur obliti: hæc autem Platonizantium poſitio ab illa pendet de rerum naturalium generatione, vt in capite de ideis poſuimus: omnia enim idearum participatione fieri monuimus: hinc orta eſt Platonicorum quoq; ſententia,videlicèt præceptores non docere,ſed ſimiles eſſe obſtentatricibus ita in Platonem aſſerebat Socrates filius ſum obſtentatricis,ſicuti ergo in naturali genitura obſtentatrix non generat, quia fœtus intus adeſt, ſed tantum fœmellam ad pariendum excitat, ita ſe habet in ſpirituali hac genitura,ſcientia intus alit,& ſeminalis rerum formula,præceptor verò fauet,miniſtratq;, idcircò Socrates in Theages ait, nemo à me vnquàm didicit quicquàm,quanquàm mea conſuetudine multi euaſerint doctiores me exhortante, & excitante, bono quæ Dæmone inſpirante: animus igitur à Deo ſcientiarum ſemine nõ minus quàm ager ſegetum poſſidet,hinc Sacerdos Orpheus Muſas dixit Iouis,& memoriæ filias, ſcientiæ enim in memoriæ profundo latent, à Deo tributæ, Plato etiam epiſtola ſeptima ad Dionyſium, animas de diuinis quicquàm ſcire poſſe aſſeruit, niſi diuinis formis,quæ à materia ſeiunctæ ſunt,coniunguntur. Non defuerũt qui huiuſmodi ſententiam Auerroi quoq; tribuere, nec à Platone differre, dum intellectus vnitatem ſtatuere conatur foris venientem,omnium ſpecierum pleniſſimum,ſemperq; adeptũ eſſe, licèt inde corpori coniunctũ per varia phantaſmata variè intelligere: ſicut ſcriptũ eſt 3. de anim. commẽtatione quinta hoc quoq; ſentiſſe referunt non nulli ex lucis filij, vt patet ex ijs, quæ monuit ſeptimo Phyſ. vigeſimo. Verum yt ſuperius dictũ eſt;

eſt: durus ſermo iſtorum, Ariſtotelem ſcilicèt, & Platonem inter ſe conciliari, conſonaq; eos proferre.

b. Sed Platonicorum ſententia ita moleſtari conſueuit, ſi anima ſenſibus, & phantaſmatibus non eget, igitur abſq; ratione, & irrationabiliter corpori coniuncta eſt: probatur conſequentia, quoniam cum non poſſit ſuum; ſibiq; proprium opus perfectè intelligere, & excitare, qua igitur ratione corpori vnitur? non quidem propter animam, quia eſt illi impedimentũ, neq; propter corpus, quia ipſa corpore nobilior eſt, igitur abſq; ratione fuit corpori coniuncta: Secundò ita arguunt. Si anima à corporeis ſenſibus libera per ſui ſubſtantiam poteſt intelligere abſque ſenſuum adminiculo, igitur eius vnio ad corpus nõ eſt naturalis, ſed violenta, quia contra eius naturam, & libertatem: Tertiò ſic arguere ſolent ab experientia de cæco, cæcus enim non iudicat de coloribus, igitur ſenſibus eget, ſi de coloribus ſcientiam eius anima pariet, igitur nõ per accidens, ſenſibus, & phantaſmatibus intelligimus, verùm per ſe, ab Ariſto. quoq; eorum ſententia elongatur ait enim Ariſ. omnis noſtra cognitio ortum habet à ſenſibus, & iterum nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu, rationi ergo, & Ariſt. aduerſatur Platonicorum ſententia, & propterea inter ſe diſſoni, nec cõciliari poſſunt; Idcircò aliorum fuit poſitio ſenſus non per accidens, ſed diſpoſitiuè animæ deſeruire aſſeruerunt, illud ſibi effingentes ab intelligentia agente ſpecies humanæ menti deſcendere, quas intelligere nequit anima, niſi auxilio ſenſus, vt diſponens cauſa, quare apud eos, ſenſus non ſunt nobis neceſſarij, cum intellectus alia via perfici poſſit, quàm via ſenſus, puta ab intellectu agente, vt à cauſa principali, igitur diſpoſitiuè tantùm hæc Auicennæ poſitio Platonico tribuitur, quæ parũ, (nè fallimur:) à prima differt poſitione; Puriores verò Peripatetici non ex accidenti, nõ diſpoſitiuè, ſed per ſe ſenſus neceſſarios fore ſtatuunt, vt repræſentantes animæ illud eorũ proprium ſenſibile obiectum, & ita obiectiuè, & repræſentatiuè, non autem excitatiuè, vel diſpoſitiuè, quod ex dictis Ariſt. liquidò conſtat, tertio de anima, *oportet, inquit, phataſmata ſpeculari*, ratio eſt, quoniam omne recipiens, ait Auerr. debet denudari à natura recepti: Rurſus Ariſt. 1. de ani. 13. *intelligere, vel eſt phantaſia, vel non ſine phantaſia*: item tertio de anima tex.

 in-

num videtur illi, de quo ſcribit Paulus: *Seminatur mortale, reſurget immortale*, Seminatur corporale, reſurget ſpirituale, & illi de quo ſcriptum eſt, *Rogo pater, vt ſint vnum, ſicut, & nos vnum ſumus*, & vt quæ diſperſa ſunt, congregētur in vnum, vt ſcilicèt quæ ſenſibilia ſunt, intelligibilia fiant. Aliam quoque Platonici aſſignarunt cauſam, quare anima corpori copuletur, ſcilicèt vt particularia, quæ quodāmodo infinita ſunt, intelligat, Sed pro intellectu rationis huius illud eſt primum accipiendum, quod accipit Dionyſius cap. vltimo ſuæ Hierarchiæ: Animam ſcilicèt infimam eſſe mentium omnium corporibus proximiorem; Eſt ſecundò accipiendum, eſſe etiam ab idearum radio illuſtratā; ſed quia à fonte illo ideaȓ, maximè diſtat, multiplex fit, & præ ceteris hebetior, & multiplicior, ita enim ait Dionyſius, vnaq; quæq; mens, (inquit.) pro ſua capacitate accipit, & capit; Quare iſte idearum radius primæ intelligentiæ, puta Angelo datur, vt duo, ſecundè verò datur, vt quatuor: Tertiæ verò puta animæ rationali datur vt octo; Perſpicacius igitur, & vigoroſius recipit Angelus idearum radium, quàm infima mens; quia Deo vnitior, infima verò remotior, ideò multiplex facta ē ob idearum diſtantiam, & elongationē, quod exemplis oſtēdemus: linea.n. quātò à centro magis recedit, tātò magis pluris radius etiam ſolis huius fit maior, in ſole enim vnicam lucis formam præfert, in igne verò plures, in aere plures, in aqua plures, in Terra tandem quàmplurimas: Iure igitur ait Dionyſius. Vnaquæq; mens pro ſua natura fit capax: Exemplo quoq; de Medico perito, & imperito oſtēdi poteſt; Medicus enim peritus vnico ſigno præuidet ægrotantis caſum, imperitus verò plurimis; Sagax quoq; miniſter vnico nutu omnia intelligit, quæ Dominus facienda iubet, hebes verò compluribus, ita & mens ſe habet prima.n. intelligētia: Simplicius radium idearum recipit, puta omnium ideas, & rerum ſimulacra ſub genere ſubſtātiæ, & accidentis, quæ duo ſunt, ac ſub ijs ideas omnes tùm ſubſtantiæ tùm accidentis intelligit, vt ſua capacitas exquirit, ait Dionyſius: Cum igitur mens humana infima eſt intelligentiarum, hebetior fit propter idearum multitudinem, & ſingulariū multiplicitatem, & hæc in cauſa eſt, vt corpori vniri expediat, vt ſcilicèt ſingularia intelligat, nec ſequitur igitur violenter venit ad corpus; Sed illud iure ſequitur, ergo naturaliter hoc eſt

illud,quod Diouyſius cap.vltimo,vt dictum eſt ſupra:intelligẽtias monuit, habere ſcilicèt dentes quaſi cibum illum idearũ, quem ſupra diuinum radium diximus,infimis mentibus maſticare more nutricis infantulo,vt ſubitò digerat, penetrat ergo prima intelligentia viſcera illarum duarum idearũ, puta ſubſtantiæ,& accidentis, de quibus fabricat ſibi conceptus, & ita de alijs,hæc ratio Mercurio quoq; tribuitur: Sicuti inquit,anima mentibus ſupremis ſuccedit, ita præcedit corpus, habetq; cũm extremis charitatis,& amoris nexum, atq; cognitionem; vt quæ infra ſe ſunt,diligat,& ipſa à ſuperiorib⁹diligatur: Amicabiliter igitur ad corpora deſcendunt infimæ mentes ipſæ, & non vi,& coactè,vt nonnulli arbitrati ſunt, hinc fit, quòd ſicut ardenter ad corpus,venit radius huiuſmodi, ita & ſuam originem ardenter petat, ſicut radij ſolares vſq; in terram ad Solẽ quoq; reflecti ſolent, facta ſunt enim ſimulacra illa in mẽte infima quaſi impura,& vmbratica: Ad ſuam igitur puritatẽ animæ redire cupiunt; Tertiam rurſus Platonizantes reddũt cauſam animæ deſcenſus ad corpus,vt beatior ſcilicèt euadat, ſiq; enim hebetior ingenio ſit, ac ſemper corpore validus, quanti facienda ſit corporis valitudo, ignorabit, ideò confert illi, vt infirmetur,ſaltem vt præcium ſanitatis agnoſcat,& recuperata iterum ſanitate,ſuauius perfruatur, ita anima cęteris mentibus hebetior,& obtuſior, quia infima comparatione indiget ad pleniſſimum rerum maximarum iudicium, à cõtrario enim veritas eluceſcit,ait quoq; Ar. Expedit igitur anima in corpus labi, vt mundanis agitata procellis conditionem,& huius vitæ miſeriam perpẽdat,animaduertatq; quàm quietus, quàm dulcis ſit in Deo portus;hanc rationẽ à Plotino accepimus Aeneadę 4.lib.8.cap.7.Poteſt anima, inquit, viciſſim hic aſſurgere, peritiam eorum,qua hic cognouit,& paſſa eſt,reportans,vt diſcat, quàm beata ſit apud ſuperos habitatio, tandem omninò hærere parenti,nunquàm adhæc vlterius redituram;Poſtrema Platonicorum ratio ad illud tendit,ſcilicèt ad mundi ornamẽtum,& vt Dionyſius ait,diuina prouidentia factum eſt,vt Deus vndiq; colatur, & ſicuti vniformis eſt mundus, ita & omniformis fiat,& in vnaquaq; ſphæra collaudetur in Cęlo,in Terra,& in medio,neq; aliqua ſit ſphæra,in qua nomen Dei nõ reſonet; Arguit Dionyſius igitur ſic: Si Deus ſphæras ornauit mẽtibus

vndiq;

vndiq; circumſuſas,igitur,& mediam quoq; ſphæram ornauit; Plato enim in Thimeo Moyſen imitatus: In principio Creauit Deus Cęlum,& Terram,hæc duo,inquit,fecit vt membra huius mundanæ ſcenæ præcipua; Media verò aer, & aqua, interiecta ſunt quaſi non ſui, ſed & illorum gratia inuenta: In his igitur ſphæris omnibus debet laudari Deus veluti in Templo, at collaudare nequeunt animæ, niſi corpori vniantur veluti in ſuis ſphæris mentes: Cùm igitur animas procreauit, earum ſimiliter effectus in lucem prodire fecit,vt ſunt, vegetare, ſentire, & huiuſmodi, ſed hos exercere non poſſent, niſi corpora animarent organica:igitur decentiſſimè factum eſt,vt ad corpora dimittantur, vt mundus ſcilicèt vniformis fiat, & omniformis: Conſona eſt hæc ratio, Plotino quoq; eadem Aeneidæ quarta inter Angelos,& beſtias (inquit,) expedit dari medium, ſcilicèt anima rationalis: Tres enim ſunt animæ inferiorum uiriũ, puta phantaſia,ſenſus, & nutriendi virtus, quas ineſſe oportet non minus quàm mentem; Inanis igitur,& vacua uis illa erit, quæ numquàm prodit in actum:harum igitur trium uiriũ abſque corpore non eſt actus: Datur igitur animæ corpus, vt ſuas exerceat vires: Facultas igitur intellectiua,quę eſt animæ proprium ſemper operatur,cæterè verò non ſemper,ſed ad tẽpus, & ab hac operatione ſunt alienæ; Nos verò hæc de anima dicimus,narramuſvè,ſed non explicamus,idcircò narraſſe ſit ſatis.

His itaq; ſic apertis, Platonicè primùm reſpondebimus ad ea omnia,quæ noſtrę aſſertioni aduerſari videntur,mox quoq; Peripateticè ſatisfaciemus,vt concinna ſint omnia: Ad primũ igitur moleſtantium nos argumentum,cum ita arguant; Si anima corpore,ſenſibus,& phantaſia non eget,igitur irrationabiliter fuit corpori vnita: Reſpondemus, & primò aſſerimus, nõ irrationabiliter,ſed iure, vt ſcilicèt mortalia cum immortalibus copularẽtur,& vt quæ ſingularia ſunt, vniuerſalia fiãt, atq; vnum,& idem imperium ſenſibilium, & intelligibilium in vnũ congregetur.Secundò rationabiliter propter idearũ multitudinem; traditus enim fuit illi idearum radius,ſub ratione multiplicitatis, & vt ſuperius diximus: minutatim cibus ille idearum illi ab eius quodammodo nutrice eſt traditus,ſed vt indè illum digerat,traditum eſt illi corpus;Tertiò non irrationabiliter, quoniam cum anima in medio ſit collocata inter ſupremas,

mas,& infimas ideſt bruta; Omniſq; mens,ſeu ſpiritus, vt à Dauide dicitur: Deum debeat collaudare, corpori poſita, vt cæteræ mentes, quæ corporibus ſuis proprijs inhęrere datæ ſunt, hinc colligere ſecundum, ſeu alterum poſſunt moleſtantes noſtram aſſertionem non per ſe,& primo corpore indiget anima ſenſibus,& phantaſia, vt rerum ſpecies percipiat, quoniã a radio illo idearum venerant. Sed ex accidenti, & ſecũdario corporeis ſenſibus,& phantaſmatibus eget, idearum enim radius, etſi multiplex ſit in mente ipſa, intus tamen alit, non igitur vt ſpecies, & ſimulacra rerum percipiat, vt comminunis Peripateticorum omnium eſt ſententia: rectè igitur dicimus indigere excitatiuè, non autem obiectiuè: Ad illud ſecundum, quod à moleſtantibus afferri ſolet, igitur violenter, & contra naturam corpori iungitur. Nam ſi potens eſt anima per ſui ſubſtantiam abſq; ſenſuum adminiculo intelligere omnia: Non igitur libera erit, ſed cõtra ſuam libertatẽ: Dicimus hoc, quod infertur, non ſequitur, immò totum oppoſitum, naturaliter enim deſcẽdit, ſicut appetit infans naturaliter cibum, illum fractũ, vt digerat; Appetit autem anima de cunctis peculiariter cognitionẽ habere, quod nõ poteſt, niſi corpori vniatur, vt inde corporeis ſenſibus excitata, de omnibus habeat ſcientiam; ſed quid moleſtantium ad illud? puta de cęco nato, quo pacto (viſibiliũ) cũ non iudicet de coloribus, (vt dicitur;) iudiciũ faciet? igitur neceſſariò ſenſibus eget; Reſpondemus quòd cęco ſufficit radius ille idearum,& ſenſus interior, quo omnia, & de omnibus iudicabit; Quare ex his omnibus liquidò conſtat, ſenſus, & organa eorum ex accidenti animæ deſeruire ſecundum Platonem, ſed non per ſe, cum ſpiritus intus alat, idem radius ille idearũ, quẽ diximus, menti traditum ſub multiplicitate, ac debilius, quàm cæteris ſupremis mentibus, ſed dicetis, quorſum hæc? nõ enim ſunt Ariſt. conſona, ſed longè ab Ar. recedunt, non igitur cõciliari poſſunt ex Ar. 1. de anima illud eſt famoſiſſimum: *oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari*,& rurſus, nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſibus: Adhæc,& ſimilia dicimus, vera ſunt hæc excitatiuè,& ſecundariò, quod non negabit Ar. 7. Phyſ. 20. Animam ſe habere ſicut dormiens in hoc corpore; Cũ igitur per ſenſus intelligere videtur, eſt excitari à ſomno,& expergiſci: Ad illud verò, quod difficillimum apparet, ita reſpõdemus,

demus, atq; confitemur intellectum humanum ſe habere ſicut tabella raſa, in qua nihil eſt depictum 3. de anima 14. Verũ nõ ita venit audiendus Ar. vt communis ſententia explicat: ſcilicèt, ſicut tabella raſa, & nuda recipit picturam, ita mens humana recipit ſpecies intelligibiles, quoniam intellectus eſt forma, formæ verò agere eſt, ſed non pati vllo genere paſſionis, ideſt neq; perfectiuè, cum ſit ab initio ſui ortus perfectus, & ſimulacris, ſeu formulis plenus. Sed ita venit Ar. intelligendus, quòd ſcilicèt, cum mens noſtra ad immaterialia, & immortalia aſcendat, ſeipſam intelligendo, & diuina; eſt ſicut tabella picta, quæ eſt ornata, & perfecta; cum verò mortalia hæc, & caduca, & vilia reſpicit via ſenſus, vt particularia intelligat, fit veluti nuda tabella imperfecta ſcilicèt, miſera fit, paupercula, itavt illud dolens, dicere poteſt, nuda ægreſſa ſum, ideſt ad nuda, & ſingularia, ad vilia egreſſa ſum; vt DINA illa Iacob filia, Peregrinaui à proprietate illa, qua diues, fio; dum cæleſtia reſpicio, nuda igitur reuertetur, non vtiq; ab illis formulis, quibus ditata ab initio fuerat, ſed nuda, quia imperfecta, & vilis facta eſt, vt rudis tabella, & dicere poteſt, vide domine, & conſidera quoniam vilis facta ſum, Sed dicetis fortaſſe, hæc non eſſe Ar. cõſona, ſed retortam eſſe Platoniżantium interpretationem, hoc minimè concedimus, immò ab Ariſt. hoc recepimus in 4. enim decimo textu 3. de ani. quærit, & dubium diſcutiendũ proponit, an animus perficiatur? in decimo 5. reſpondet dubio propoſito, & ſubdit: Intellectus humanus ſe habet *vt tabella*, quæ ſcilicèt perficitur cum depingitur, & pulcra fit, cum verò nuda eſt, rudis, & informis: ſic propemodum animæ euenit, dum ſeipſam reſpicit, & æternas illas Imperij intelligibilis formas intelligit perficitur, pulcra fit, & pulcro diuino ſimilis euadit, ait Plotinus noſter: Inconſona eſt igitur illorum expoſitio: Videlicèt ſicut tabella raſa recipit picturam, ita & mens humana dũ recipit rerum ſimulacra, & ſpecies, quoniam vt ſapè dictum eſt intellectus non recipit de nono, quia iam receperat ab initio ab idearum radio, quę ſecundum eius capacitatem ait Dionyſius Areopagita receperat, licèt plurificatas ita vt illi congruit corpori vniri per accidens, tamen vel diſpoſitiuè vt ait Auic. quod quodammodo idẽ eſt, vt ſuperius diximus: Quare ex ijs quoq; negabimus illud, quod aſſumunt moleſtãtes, ſicut ſe habet ſen-

ſus ad ſenſibilia, ita & intellectus ad intelligibilia; quoniã intellectus non recipit, igitur ſimilitudo non currit, neq; fortaſſis verum eſt, ſimpliciter ſenſus recipere ſpecies ſenſibiles, cum ſit forma, & formæ eſt agere, & non pati, ſed organum illud eſt, quod recipit, & patitur, ſed ex hoc diſcedamus; Deinde neque fuit mens Ar. intellectũ recipere, ſed opinio fuit, & mens Auerrois, quem nos in hac concluſione refellimus, quoniam formæ eſt agere, & non pati. Quòd ſi quandoq; Ar. videtur conſonũ intellectum ſcilicèt recipere ſecundum ſimilitudinẽ venit Ar. intelligendus: quoniam fit intelligibile, cum ſit quoq; intellectus, in ſeparatis enim à materia idem eſt intelligibile intellectus; Quare potius Auerroiſtarum erit dictum, qui à Plotino, (vt auguror,) illud accepit, hominem per cogitatiuam, & phantaſiam non eſſe hominem, ſed animal, cogitatiua igitur erit illa, quæ recipit, & intellectum recipere denominatiuè vult, non autem formaliter: Sed quid ad illud profectò difficile reſpondebimus? igitur intellectus agens eſt ſuperfluus. Tenet.n. hæc conſequentia, quoniam in intellectu, quem vocant poteſtatis, omnes ſunt idearum ſpecies tanq; in loco; Fruſtrà igitur ponitur ab Ariſt. intellectus agens, probant, quoniam apud eos munus intellectus agẽtis eſt abſtrahere modò ea, quæ ſunt in actu abſtracta non indigent abſtractione, ſed ea, quæ ſunt potẽtia. Pro ſolutione hui⁹ difficultatis debemus primũ illud academicum accipere, quod fortaſſis muſſiabitur, & negligetur, ſed nõ à lucis filijs, quòd intellectus non ob id dici debet potentia, eo quia eſt potentia ad recipiẽdum ſpecies de nouo genitas, quoniam iam diximus, omnium rerũ ſimulacra in ſe retinere actu & non potentia; Sed idcircò potentia dicitur, quia aliquandò progreditur ad obiecta vilia, & fit vilis; & potentia, quæ ſui natura dicit inperfectionem res.n. materiales, & viles iure potentia nuncupari debent, hoc eſt imperfecta uis, ſcilicèt materiæ ſimilis, quæ pura eſt potentia, & imperfectionum genitrix: Eſt ſecundò accipiendum, quod Laicorum quoq; turba irridebit, munus intellectus agentis, vt Plotinus ait, non eſſe illud, quod Laici putant, eſſe ſcilicèt ſpecierum productiuum, & purgatiuum, ſed munus eius eſt interius ſuo lumine excitare, & ſpecies intus exiſtentes actu iam depuratas repræſentare ab omni ſingularitate, & materialitate, ne illis ſimilis fiat, non igitur

vt

vt fiant actu intelligibilia, quia primo erãt potẽtia intelligibilia; hoc non concedimus, neq; aſſerimus, ſed dicimus cum Plotino intellectum agentem duplici de cauſa largiri primò, vt ſuo lumine ſpoliet ſpecies illas, ſeu quidditates à cõditionibus materialibus: Secundò vt cognoſcat eas, quoniam intellectus agens eſt, qui cognoſcit, & non intellectus potẽtia ita nos admonet Plotinus, & cum eo Simplicius, intellectus, inquit, ſeipſum cognoſcit intellectus agẽtis merito, nõ autem merito ſui; Et ideircò ſtatuimus, intellectum agentem eſſe neceſſarium, vt ſcilicèt primo repræſentet intellectui naturam ſpeciei ſine cõditionibus ſingularibus, & materialibus; Secũdò vt intellectus ſeipſum cognoſcat, negamus tamen, & eos refellimus aſſerentes, intellectum agentem eſſe neceſſarium ad diſponendum intellectum ad recipiendum ſpecies intelligibiles de nouo productas: quoniam vt ſuperius ſtatuimus, intellectus non recipit huiuſmodi ſpecies, ſed iam ab initio actu ſunt in intellectu tã rerum materialium, quàm immaterialium, propterea illorum negamus opinionem, aſſerentium, intellectũ iure, & verè agentem dici debere, quia imprimit, hoc negamus, quoniam reale agens, & verum quæ imprimit in paſſo, per motum, & tranſmutationem imprimit, modò intellectus agens, ait Plotinus, nihil imprimit phantaſmatibus, neq; mediante motu agit; Dicitur itaq; agens impropriè eò quia refert naturas vniuerſales, non referendo conditiones materiales, & ſingulares; Recedit igitur Philoſophia noſtra à communi omnium Laicorum ſentẽtia, & negat munus intellectus potẽtiæ eſſe ſpecierum receptiuum à phantaſmatibus productas quod ſi Ar. monuerit, & illud 3. de an. dixerit, *intellectum eſſe locum ſpecierum*, non ita venit Ar. intelligendus, vt ipſi aſſerunt, idem eius natura eſt de nouo ſpecies recipere, ſed aliter erit interpretandus, vt inferius in hoc eodem capite declarabimus: Oſtẽſum eſt enim ſpecies huiuſmodi de nouo genitas, ſeu concreatas nõ dari, ſed pura figmenta fore, munus ergo intellectus, quem vocãt poteſtatis eſt, vt fiant intelligibilia hoc eſt fiat id, quod intelligit: vt iure de eo dici poſſit, in ſeparatis à materia idem eſt intellectus, & intelligibile, & res intellecta, quod eſt quoq; Ariſtoteli conſonũ 3. de an. textu 18. Intellectus, inquit, poſſibilis eſt, omnia fieri intelligibilia, munus verò intellectus agentis eſt facere omnia

intelligibilia,igitur vnum ſunt ſecũdum ſubſtantiam,& re, ratione tamen diſtincti,hinc fit , vt intellectus agens ſit ille, qui intelligit,intellectus verò poteſtatis ſit intelligibile per intelligibilia ipſa: Ex quibus omnibus faciliùs illa, quæ ab aduerſarijs afferuntur,dilui poſſunt,& ad illud,quod attulerunt. Si intellectus non reciperet rerum ſpecies , non erit igitur quodãmodo omnia. Dicimus,quòd eſt omnia, non quia omnia recipit , ſed quia actu omnes in ſe ſpecies retinet ab initio , & tam materialium,quàm rerum immaterialium,neq; verũ eſt,quod Laicorum turba ſibi falsò perſuadet,ob id intellectum dici potentia,quia eſt in potentia ad recipiendum,ſed dicimus, quòd eſt potentia per ſimilitudinem , eo quia intelligit res potẽtiales,ideſt materiales,& viles, & fit ſimilis illis:Deinde dicitur intellectum recipere , quia cum in ſeparatis à materia idẽ ſit intelligẽs,intelligibile,& intellectus, fit intelligibile, quod quodammodo recipitur,ſeu recipi videtur, proptereà negabimus nos cum noſtris accademicis munus intellectus potentiæ eſſe receptiuum ſpecierum de nouo genitarũ , ſed dicimus munus eius eſſe,vt fiat intelligibile,ſicut eſt etiam intelligens,negabimus quoq;& illud,quod aſſeritur,ſpecies intelligibiles eſſe cauſam materialem intellectionis , intellectus igitur eſt cauſa totalis : Totum igitur aſſertionis noſtræ fundamentum in eo cõſiſtit,quòd hæc propoſitio , quæ famoſa eſt à Plotino idẽ intelligens,intelligibile ſit, & intellectus ; non modò de intelligentijs,& cęleſtium formis intelligitur, ſed de humanis quoq; mẽtibus: abs quo diſſentit Laicorum ſchola,rectè igitur ſentiunt Plotini ſectatores , dum aſſerunt intellectum denominatiuè recipere , non autem re : Ad conſequentias verò illas quas putant inſolubiles,ſcilicèt, igitur omnes habebimus intellectũ in habitu , ſi ergo ſimulacra ab initio omnium quilibet noſtrorũ retinet,igitur, & ab initio operaretur : Item ergo ab initio intellectus quiuis eſſet ſciens,ſed oppoſitum videmus,non enim ſubitò ſcientes ſumus,ſed temporis interuallo. Ad hæc omnia Peripateticè etiam cum eorum Auer. reſponderemus: Intelligit intellectus in me,ſi non intelligit in te,ſi non in Socrate, in Platone tamen intelligit: Barbara profectò reſponſio.proptereà, & Platonicè , & Peripateticè animas per eorum hypoſtaſes multiplicatas faciẽtes dicimus ex ijs,quæ docet Ar.7.Phyſ.

parti-

particula xx. quod in cauſa eſt, quia intellectus in corpore ſe habet vt DORMIENS, *vt ebrius, & vt puer*, expedit igitur vt excitetur à ſomno, ab ebrietate, & ab humoribus illi craſſioribus, pueris aduenientibus eorum mentes impedientibus, quibus remotis, ſtatim intelliget, ſapiens enim aliquis non ob id, quia dormit, ſapiens non erit, aut quia ebrius, à corporea igitur mole eſt impedimentum, phantaſia quoq; ſenſibus operatur, cùm non ſint impediti, ideirco verum erit dicere pueros habere intellectum in habitu, quòd ſi non operantur, ob cerebri humiditatem euenit, vbi anima collocata eſt, ſenſibuſq; nõ excitatis, quod Plato vocat obliuionis campum, & negligẽtiæ propè fluxum humorum, ita vt anima etiam ſui obliuiſcatur, ſuaq; negligat; Sed ex his, quæ ſcribimus, duo præcipua inſurgunt dubia: & primum. Si ab initio mens humana ab idearum radio hoc munus accepit, vt omniũ ſimulacra in ſe retineret, dabitur igitur reminiſcentia, quam Ar. vbiq; reiecit, & in Platonem inuehit: Secũdò ſi in ſeparatis mentibus omnibus à materia idem eſt intelligens, intelligibile, & intellectus, ac etiam humana de mente eſt propoſitio, igitur ſcientia in nobis ſubſtantia erit, & non qualitas, quod Ar. aduerſatur, quia in prædicamento poſuit ad aliquid, & qualitatis: Quo pacto ergo hæc omnia Ar. concinna erunt? Ad primum dicimus, quòd nõ ſequitur reminiſcentia, ſed excitatio, quæ differt à reminiſcẽtia, aliud eſt enim excitari, aliud recordari, excitamur autem à ſomno, ab ebrietate, at animam in corpus labentem dormitare non negabit Ar. 7. Phyſ. 20. vt Platonicus, doctiſſimus Biſſariõ explicat: Deinde non negabit Ar. memoriam non reſidere in parte intellectiua, ſed in ſenſitiua in ijs, quæ de memoria, & de reminiſcentia ſcribit: Sed quoniam iſtud affirmare eſt quodãmodò à fide, & religione diſcedere, quæ admonet poſt mortem animam recordari, propterea purè Laicè huiuſmodi opinionem diſcutiendam in ſequenti capite proponemus, & illud ſecundò, an ſcientia noſtra ſubſtantia ſit, vel accidens, Laicè quoque diſputabimus.

Diſputatio de reminiſcentia, diſcutienda proponitur an Plato, & Ar. conciliari poßint, an quoq; ſcientia noſtra ſubſtantia iure dici debeat, ſicut de cæteris mentibus Plotinus aſſeruit. **Cap. XXXIIII.**

DVo proponũtur à peritioribus noſtris Sacerdotibus quæſita, ac diſcutienda ex ijs, quæ capite præcedenti diſſeruimus, an ſcilicet mens humana reminiſcatur? poſteà, an ſcientia noſtra iure quoq; ſubſtantia dici debeat? aut potius accidens, vel qualitas? Superius enim dicebamus menti humanæ ab initio inſertas ideas omnium fuiſſe, nec ſenſibus indigere per ſe, ſed per accidens, ergo ſcire noſtrum arguit Peripateticus cum ſuo Ariſt. erit reminiſcere, & reminiſcentia quædam: Itidem ſi præpoſitio ab Ar. tradita 3. de an. in ſeparatis à materia idem eſt intelligens, intelligibile, & intellectus, de quibuſcũq; mẽtibus intelligenda venit, illud iure ſequitur, ergo ſcientia noſtra eſt ſubſtantia, ſicut & ſupremarũ intelligentiarũ, quod Ar. aduerſatur, qui ſcientiam noſtram in prædicamento poſuit, ad aliquid, & qualitatis. Per arduum igitur erit, Ar. cũ Sacerdotia Philoſophia conciliare, quid igitur dicendum? Simplicius 2. Phyſi. digreſſione illa in decimã octauam particulam de ideis videtur aſſerere Ari. & Platonem in verbis dumtaxat differre, non autem re ipſa, quòd ſi aliquando Ar. ideas refellere conatur, nõ in Platonem inuehit, ſed in plebeos Philoſophos ideas putantes veluti monſtra in concauo Orbis Lunæ pendentia, nõ enim negabit ait Simplicius in hac digreſſione peritiſſimus Ar. naturæ filius rationes ad veritatem ſpectantes animæ inſertas eſſe, cum ipſa ad veritatem inueniendã ſit naturaliter procliuis, idcircò illud aſſeruit primo diuinorum: *Anima natura ſcire deſiderat*, apertiuſq; eſt illi naturaliter inſertus intus veluti Syndereſis, clamans, illudq; veritatis ſimulacrũ intus exiſtens, vt theſaurum abſconditum, & in hoc mortali corpore inuolutum: ad quod inueſtigandum, expedit ſenſibus, & imaginibus elaborare, vt inſtrumentis fodientibus: Iure ergo Philoſophiã diffinientes, dixerunt eſſe Theſaurum in hac terra ſenſibili latitantem, ideſt in hoc mortali corpore terreno, & fictili, quod

quidem

quidem experientia,& ratione liquidò conſtat; Videmus.n.& experimur,homines adeò tenacis eſſe memoriæ,vt ſi octoginta etiam annos clauſerint eorum,quæ à pueritia didicerūt,vel habuerint,recordantur,quòd niſi á ſtabili illo fundamēto, qm̄ inſertæ ſunt nobis rerum omniū rationes veluti radices, radicibuſq; adhęrentes fieri non valerent,impoſſibile enim eſt,niſi intrinſecùs receptæ ſint,ſeruari poſſe ; Ratione quoq; ita probamus: Homo Dei eſt,ait Plato,ſimilitudò,ſed in Deò omniū rerum rationes ſunt,igitur & in homine licèt per Deum; Deo enim apprimè hoc prędicatum conuenire congruit,& per eius eſſentiam, ac naturā,animæ verò per ſimilitudinē,vel vt Theologi admonent,per participationem,hac quoq; ratione cū vndiq; doctiſſimo Simplicio.3.de an com.4. ſoluitur illorum cauillatio aſſerentium hoc prædicatum intellectū eſſe immiatū ſoli Deo competere,& congruere; qui iure,& per eſſentiā diuinus eſt: Confitemur vtiq; ſed per prius Deo,deinde cęteris mētibus, ergo ordine quodam nobis ſuffragatur Barbarus Auer. ſeptimó diuinorum 8. Quandocunq; inquit, aliqua prædicata ſunt pluribus congruentia,& hiſce dignius vnum, illi primùm conueniunt, cęteris propter ipſum : Iure ergo Pythagoras Sacerdos noſter,Deum eſſe omnium cauſam,nos admonet; Non diſcrepant igitur Plato,& Ar.ro,ſed tantum verbis,ait Simplicius. Ergo dicetis vos,dabitur quoq; ſecundum Ar.reminiſcētia? quam millies negat? Reſpondemus pro Simplicio, quòd in verbis differre eſt,quia Ar.vocat reminiſcentiam excitationē, excitatio enim eſt à ſenſibus internas rationes iam obſcuratas adminiculantibuſq; à noſtris dicitur opinionis,& fidei acquiſitio via interrogationis,nam pro veritate inuenienda interrògamus, & reſponſionibus veritatem inuenimus ; Hinc Plato, qui excitationem quāq; cum Ariſt.poſuit, Dialogis vſus eſt,vt via interrogationum,& reſponſionum veritatem meditaretur ob id Socratem ad interrogationem,& nō ad ſolitam orationem introducit , & munere fungi obſtentationis ſuperius monuerit,non valet ergo illorum cauillus: Animę omnium rerum ſimulacra inſerta ſunt,ergo ſcire noſtrum eſt reminiſcentia,& denuo acquirere ſpecies,ſed ſequitur,ergo eſt excitatio,& opinionis acquiſitio,ſicut ſi diceremus Geometram, vel ebrium dormientem, dumq; dormiūt,quaſi obliuiſci,& excitari dein-
de

de à ſomno, ita vt vigilans geometra iure nuncupari debeat. Hæc tamen Simplicij,& ſectatorum ſententia ab omnibus ferè reijcitur tanquàm Ar. diſſona illis rationibus, & argumētis ſuperioribus capitibus adductis, & præcipuè ijs duabus, quòd ſi intellectus eſt potentia,& indifferens ad omnia recipiēda,tursus quia recipiens debet denudari à natura receptorū, pônere igitur ideas, non eſt Peripateticum: igitur re diſſentiunt Ar.& Plato: Nec valet illud, quod Simplicij ſectatores afferunt, de theſauro veritatis,quoniā nō decet veritatem occultā ſeruari, ſed lucere omnibus, *qui domi ſunt*, quibus pro Simplicio ita reſpondemus,quòd ipſi non diſtribuunt de intellectu in ſe manēte,& ad nos vergente,& vt nobis eſt iūctus,quę omnia ſuperius declarauimus, Ariſt.enim 3.de anima monuit,intellectum in ſe manentem eſſe omnia,& omnia fieri, ſed quo pacto id fieri poteſt,niſi in eo inſertę ſint omnes rationes? Falſum eſt igitur,animam in ſe manentem imaginibus exterioribus intelligere; & ita reminiſci,quoniam in ſe manens intelligit! Nec valet illud afferre,quod arguunt, igitur intellectus bis, & denuò ſpecies rerum, & rationum acquirit, quoniam quæ intus inſitæ ſunt, numquàm delentur,ſi tamen obſcurantur, & obruunt, licèt ab exterioribus excitentur,quæ excitatio non debet dici propriâ ſcientia,& reminiſcentia,ſed opinionis rei acquiſitio,de his.n. propriè eſt reminiſcentia,quæ pariunt ſcientiam,ſed huiuſmodi,quæ mentem excitant,non pariunt ſcientiam, quia ſcientia intus alit,vt ſpiritus,pariunt igitur fidem,& opinionem,reminiſcētia ergo in ſenſu eſt,excitatio verò in intellectu,qui ſe habet,vt dormiens 7.Phyſ.20. Quare Plato à ſenſibus exterioribus ponit reminiſcentiam,non ab intellectu,vt aduerſarij ſibi perſuadent: idcircò oportet hoc loco quærere, an memoria in ſenſu, vel intellectiua potentia locari debeat? & iure quidē cū Ar.in ijs,quæ de reminiſcentia ſcribit,illud teſtatum reliquit, an memoria ſit in parte intellectiua,manifeſtum non eſt,ſicuti in ſenſitiua. Videtur ergo ad illud tendere, quod magis in ſenſitiua,quodq; ita probari poteſt:Si enim nos illam particulam *reminiſcere*, ſeu reminiſcentia rectè obſeruabimus, nil aliud denotat,quàm quandoq; operari, & quandoq; non, quandoq; intelligere,quandoq; verò minimè: At anima in ſe manens sēper intelligit,igitur ſenſus eſt,qui quandoq; operatur,quādoq;

non

non operatur, in eo igitur reſidet memoria: Secundò ita arguitur. Obliuio quodammodo alteratio, & corruptio vt Platonici aſſerūt iure dici poteſt, ſequitur, & alterationem corruptio ipſa, ſed ad partem intellectiuam, ex Ar. quoq; 7. Phyſ. 20. non eſt alteratio, neq; corruptio, neq; ortus, neq; interitus, quia inquit Ar. non eſt ibi motus, ergo neq; contrarietas: Si enim ibi eſſet contrarietas, eſſet vtiq; corruptio. Sed quæro, dicet quid corrumpitur? corrumpuntur ne fortaſſis ſpecies illæ receptæ? minimè; quoniam omne quod corrumpitur, vel per ſe, vel per accidens corrumpitur, non per ſe, quia quod per ſe corrumpitur, à ſuo eſt contrario, ſed ibi non eſt cōtrarietas, neq; per accidens, nam illud corrumpitur per accidens, ad corruptionem ſui ſubiecti corrumpitur, at intellectus, qui locus eſt ſpecierum eſt incorruptibilis, ergo neq; per accidens, propterea Auicennæ non eſſe conſentiendum arbitror, qui poſuit 3. de ani. ſpecies conſeruari tantum à ſenſitiua potentia, & ab intellectu intelligi, ac tamdiu iudicat eſſe in intellectu, quàmdiu in intelligente ab eo, ſequitur ex ijs, quæ Auic. admonet, quòd intellectus non ſemper intelligat: at Philoſophia noſtra ponit intellectum in ſe manentem ſemper intelligere: Arguitur etiā contra Auicenn. Si ſenſus poteſt conſeruare ſpecies, multo magis intellectus, qui eſt facultas perfectior, conſeruabit. Ariſ. 3. de anima 6. docuit intellectum eſſe locum ſpecierum, locus aūt debet conſeruare locatum, igitur in intellectu conſeruantur, & non in ſenſitiua, vt ait Auic. Nonnulli verò ex doctioribus illud Ar. ponderantes in ijs, quæ de memoria, & reminiſcētia; an ſcilicet memoria ſit in parte intellectiua; *non eſt ita manifeſtum, ſicut in parte ſenſitiua,* duas poſuere memorias, puta intellectiuam, & ſenſitiuam, de ſenſitiua manifeſtū eſt, inquit, Ariſ. de intellectiua verò probant ab experientia, quandoque enim recordamur rerum vniuerſalium, quæ fuerūt annis elapſis, igitur in aliqua potentia fuerunt res huiuſmodi, & in aliquo loco conſeruatæ, modò intellectus eſt vniuerſalium, non autem ſenſus, ergo in parte intellectiua adhuc eſt quoq; memoria. Rurſus habemus memoriam de his, quæ ad cauſas vniuerſales ſpectant, puta de Deo, & de intelligentijs, modò neq; Deus, neque intelligentiæ cadunt ſub ſenſum: Poſtremò Ariſt. admonet intellectum eſſe Theſaurum ſpecierum 3. de anima, quorū ſententiam

tiam approbamus, cum ſit fidei, & religioni decens, quæ animā admonet poſt mortem recordari: Placuit quandoq; non diſtributionem illorum, qui vt hos doctiſſimos viros, & vndecunq; illuſtres conciliarent, duplicem eſſe monuerunt memoriā, dependentem, & independentem, hanc poſuerūt in facultate ſenſitiua, quoniam poteſt, nulla virtute adhuc concurrente, recordari; illam verò ponunt in facultate intellectiua; cum non poteſt recordari, niſi auxilio, & virtute ſenſus, & phantaſiæ; ſed cū illud didicimus, à noſtriſq; accepimus accademicis, intellectū non indigere ſenſibus, nec phantaſmatibus, ſed ſemper intelligere per ſui ſubſtantiam, & eſſentiam, (vndiq; ſunt nobis anguſtiæ.) Accepimus enim memoriam fieri non poſſe, niſi mediante organo, at cum organa ſunt aliquādo impedita, aliquādo non igitur ſenſitiua apparet, quæ quādoq; operatur, aliquādo verò non; Idcircò ita hoc quæſitum dilucidandū arbitror, quòd ſcilicèt in vtraque potentia, & facultate ſit memoria per connexionem ſcilicèt, connexæ enim ſunt hæ duæ potentiæ, ita vt primò, & per ſe in ſenſitiua, eſt: per connexionem verò, & ſecundariò in intellectiua: quod quidem refero, non tamen approbare audeo, ſi fortaſſe fidei, & Religioni aduerſor: ſæpè n. dictum eſt, ad delectationem nos ſcribere, vt B. Pater Aug. ſolitus eſt quoq; dicere; Eſt igitur talis inter intellectum, & phātaſiam, ſeu vt dicunt: communem ſenſum connexio, vt intellectus abſq; phantaſiæ adminiculo recordari nequeat, & ita per accidens memoria in facultate erit intellectiua, ſed per ſe in ſenſu: Illud etiam afferre non diſplicebit, præſertim in rebus Phyſicis oblectantibus, in ſenſu eſſe memoriam *apprehenſiuè*, in intellectu verò *conſeruatiuè*: Peripateticè ſcribentes, cū locus ſit ſpecierum ex Ar. 3. de anima, ſed de his ſatis, hæc enim diximus, vt illud diluatur cauillationis impedimentum, at inductio, ergo intellectus reminiſcitur, ſalua ſēper Religionis laude: Admonet enim nos Paulus. *Nemo vos ſe ducat per inanē Philoſophiam*, quæ cruci aduerſatur: Ad illud verò quod aſſertioni noſtræ refragari videtur, ſcilicèt ſi in ſeparatis à materia idem eſt intelligens, intelligibile, & intellectus, de quibuſcūq; mentibus vera eſt præpoſitio iure ſequitur, ergo ſciētia noſtra erit quoq; ſubſtantia, quod eſt immediatè ab Ari. diſſonū, qui ſcientiam noſtram in prędicamento ad aliquid vbiq; locat, hic

aduerſariorum cauillus facilè ſoluitur: Si illud quoq; obſeruabimus, quædam eſſe ad aliquid bifariam, vel ſecundum eſſe, vel ſecundum dici, ſecundo modo ſcientia eſt ad aliquid, quæ impropriè, & per ſimilitudinem ad aliquid dicitur, & refertur, nō autem primo modo ſcilicet ſecundum eſſe, ſecūdum igitur nomen, ſed non re, refertur enim, ſed non poteſt aliter referri, niſi ad hominem, & ſic ſecundum proportionem, & analogiā, vbi enim eſt relatio ſecundum eſſe, & re, eſt iure mutatio, ſed in intellectu nulla eſt mutatio, verum in parte ſenſitiua, non enim intellectus eſt quandoq; ſciens, quandoq; non ſciens, ſed ſemper ſciens, ergo reſpectus ille eſt tantum ad aliquid, quatenus ſcilicèt refertur ad hominem: hoc pacto venit, etiam declarādus à vobis Ar. qui videtur ponere ſcientiam in prædicamēto qualitatis: Reſpondentes verum eſſe impropriè, ideſt ſecundū ſimilitudinem, non autem propriè, quoniam ſicuti qualitas eſt illa, ſecundum quam quales eſſe dicimus, ita & per ſimilitudinē ſecundum ſcientiam ſcientes eſſe dicimur.

Si Platonicis credimus, illud iure ſequitur, intellectum OMNIA intelligere materialia, et immaterialia, et nō modò in aptitudine, vt nonnulli aſſeruere: ſed etiā in actu, quod quoq; Peripateticum eſſe videtur, nō autem theologicum. Cap. XXXV.

CElebris eſt quidem enunciatio ab Ar. tradita 3. de an. particula quarta, dum illud monuit, intellectum eſſe immixtū, intellectū ſcilicèt OMNIA intelligere, quæ ſic prolata ſententia videtur Platoni aſſentire, qui ideas, ſeu vt ait: ſcintillas, & rerum ſimulacra in ſe retinere monuit, idcircò Peripatetici vniformes non ſunt, nonnulli ex illis propoſitionem Ar. ita declarant, INTELLECTVS OMNIA intelligit, verum eſt inquiunt, materialia, & materiales omnes formas de aluo materiei eductas, non autem immateriales, & ſeiunctas ab ea: quibus aduerſantur iuniores quidam, vt in ſuis dilucidarijs liquidò conſtat: loca Ar. obſcuriora aperientes, ac ita arguunt, Ar. 3. de an. illud volens nobis, oſtendere, intellectum ſcilicèt

eſſe immixtū,& ita probat,Intellect⁹OMNIA intelligit,& potentia eſt ad intelligendum eorum,quæ ſunt,ergo immixtum; Illa igitur particula OMNIA ita accipi debet in conſequētī ſicuti in antecedenti ſed in conſequenti accipitur vniuerſaliter,& non pro formis materialibus tātum,ergo, & immaterialia quoq; intelliget: Rurſus, ſi particulam illam obſeruabimus eo in loco ſupracitato eorum,quæ ſunt,liquidò apparebit omnia intelligere,& materialia,& immaterialia:Tertio ita arguūt ab intentione Ar.intentio enim inquiunt,Ar.eſt per huiuſmodi medium probare,intellectum eſſe abſtractū,& ab omni materia ſecretum, ſed non probaret intentum ſi materialia dūtaxat intelligeret, non enim valet hæc conſequentia. Intellectus intelligit materialia omnia,ergo eſt à materia ſeiūctus:Sequitur ergo,quòd per illam particulam,OMNIA,pro in materialibus,& pro materialibus accipi debet, à modo igitur recipiēdi venit propoſitio illa intelligenda,quia ſcilicèt vniuerſaliter intelligit,& tūc iure ſequitur,intellectus, vniuerſaliter intelligit,ergo eſt abſtractus,quia nulla virtus materialis vniuerſaliter intelligit,ſed ſingulariter:profectò acutiſſima ſunt,quæ adducunt,& illud quoq; addi poteſt aduerſus Auerroē,ac ſectatores,qui ponunt cogitatiuam,omnes formas materiales intelligere,& tamen non ſequitur, ergo eſt abſtracta, ſed defenditur Auerr.à ſectatoribus, & ita reſpondent aduerſarijs: Non illud deducere Auer.quod arguunt, quia non probat intellectū eſſe immixtum,quia omnia intelligit,verùm quia vniuerſaliter recipit: Et propterea dilucidantes ita Ariſt. propoſitionē declarant.Intellectum omnia intelligere, ſtat bifariam, ſcilicèt, vel in actu,vel in aptitudine: primo modo non omnia intelligit, ſed ſecundo modo, quia aptus natus eſt ad omnia intelligēda: itaq; poſito phantaſmate,& phātaſia,ſequitur ergo, omnia intelliget: Vnde placuit quibuſdam ita Ariſ.propoſitionē explicare,de intellectu ſcilicèt adepto cum fuerit ſic ſingula factus, & intellectus agens ſibi copulatus, vt forma, intellectus enim inquiunt,non poteſt intelligere formas immateriales quiditatiuè, quia illi nō conceditur,dū in corpus labitur, ſed ſe habet ad eas æq; ac ničticoracis ad lucem oculus ſolis, & nūquàm intellectus ſine phantaſmatibus intelligere poteſt: Philoſophia verò noſtra propoſitionem Ariſt. vndiq; veriſſimā fore admonet,

net, ne dum in aptitudine ſcilicèt, verùm etiā ad omnia intelligendum actu, cum ideas omnium rerum in ſe retineat ab initio, & actu in eo ſunt, & per ſuam eſſentiam ſupernas rerū videt cauſas, in quibus cauſæ mediæ, earumq; effectus quilibet continentur: Idcircò animæ Plato alas tribuit, quibus ad omnia volat, per primam omnia ſibi applicat, per ſecundam ſe applicat omnibus, quod etiam ita probamus: Si intellectus omnia fieri poteſt, etiam, & Deus, & Deus quidem euadere, cur inde non omnia intelliget viſibilia, & inuiſibilia, & quę facta ſunt, inquit Paulus ad Romanos? Arguit igitur Platonicus ſic. Si animus primum bonum, primumq; verum appetit, ipſumq; potiſſimū affectat illi ſimilem fieri, quomodo ſimilis illi fiet, niſi Deū intelligendo? Adhuc arguit, & Proculus, à Deo ipſo Opifice Sūmo deſiderium omnia intelligendi accepimus, ac propterea mentibus noſtris rerum ſimulacra inſerta ſunt, fruſtrà igitur eſſet nobis hoc munus inſitum. Verùm pro clariori intelligentia aſſertionis huius, illud iure hoc loco quærere debemus, primum quo pacto intellectus ſe intelligit, & quomodo ſe intelligere poteſt: Reſpondemus, intelligit ſe primo per quiditates in eo intellectas, puta intelligendo lapidis quiditatem, & omnium materialium, tunc cognoſcit, & intelligit ſe non eſſe lapidem, nec aliquid aliud materiale, ex cognitione igitur ipſarum rerum materialium ab eo intellectarū, cognoſcit eſſe ſubſtantiam nobiliſſimam immaterialem, & perfectam, cognouit, quoq; non eſſe quiditatem materialem, ſed ſeparatā: Per quatuor ergo illa quæſita quodamodò: de quibus Ariſ. 2. poſt Primo monuit, cognoſcit primum ſe eſſe: quid eſſe: propter quid eſſe; hæc verò aſſerunt, cum ſit ſingula factus, & hoc eſt illud noſtrorum Platonicorum intelligere ſe per reflexionem, dum anima ſupra ſe ipſam reflectit, propterea non valet illam afferre cauillationem, & conſequens, ergo intelligit ſe per accidens, & non per ſe, quia aliorum intellectione ſe intelligit, quoniam reflectere ſe ſupra ſe, eſt animæ proprium: Omnia igitur intelligens, vt in ſe manens eſt, intelligit actu, cum actu omnia ſciat. Nec illud obſtat, quod aſſerunt. Intellectus *noſter ita ſe habet ad potiſſimas cauſas* ſicut oculus nicticoracis ad lucem ſolis, quoniam hoc verum eſt de intellectu vt vergit ad corpus, non autem de intellectu in ſe manente, licèt Auerroes in ſua comē-

tatione:afferat propoſitionem illam 2,Meth.dicere difficultatem,non autem impoſſibilitatem,quaſi innuens,poſſe vtiq; intellectum quiditatiuè,ſubſtantias etiam immateriales intelligere per ſui eſſentiam,& ſubſtantiam,& non per cōmunia quędam prædicata, & attributa, vt Aduerſæ partes huius noſtræ aſſertionis afferunt,quòd ſi obſcurè quādoq; intelligit,vt exēplo Ar.de nicticorace oſtendit,lumen ſolis, qui intueri nō poteſt,verum erit de intellectu progreſſo,qui ſenſibus, & phātaſmatibus intelligendo indiget: Obſeruet ergo Sacerdos Philoſophus hanc diſtributionem de intellectu in ſe manente, & de intellectu ad nos vergente, & ita omnibus obuiam ibit cauillis,qui moleſtiam huic noſtræ aſſertioni afferre ſolent, habent enim aduerſarij pro conſtanti,nullibi Ar.etiam per totum tertium de anima alium tradidiſſe intelligendi modum, quàm cū phantaſmate hoc fundamento,quia Ariſ 3. de anima 30.32.& 39. ita ſemper arguit, ſicuti ſe habet ſenſus ad ſenſibilia, ita & intellectus ad intelligilia, ſed ſenſus numquàm abſq; ſenſibilibus ſentire poteſt,ergo neq; intellectus abſq; phātaſmate,quę omnia veriſſima ſunt,& nos nō negamus de intellectu progreſſo, dum materialia intelligit, non autem dum ſeipſum per ſui eſſentiam cognoſcit, & ſeipſum per ſe intelligit, ſeipſum enim intelligens,omnia intelligit etiam omnium plantarum ſpecies idealiter,& per eius modum intelligendi proprium,quem vocamus quoq; modum intelligendi vniuerſaliter, ſenſus enim ſingularium eſt intellectus verò vniuerſalium, quod ſi contigerit,particularia intelligere,& cognoſcere, ſenſibus excitantibus eueniet, intellectus enim non intelligit particulare, quia tunc particulare fieret vniuerſale, omne enim recipiēs per modum recipientis recipitur,ex Ar. 3. de anima 6. & 5. nam ſicut ſe habet ſenſus ad particulare, ita & intellectus ad vniuerſale, ſed ſenſus non poteſt cognoſcere vniuerſale, ergo neq; intellectus particulare: Famoſa eſt quoq; Ar. propoſitio, intellectus *eſt quod quid eſt*, Platonicorum tamen, & accademicorū ſchola nos admonet, intellectum vtiq; particulare intelligere poſſe,non ſub ratione propria,puta vt ſingulare eſt, ſed vt Simplicius ait ſpoliatum, & purgatum ab omni materialitate,& ſingularitate,ſed non videtur hoc dictum Platoni conſonum, idcircò illis Platonizantibus Scotiſtis aſſentiendum eſſe opinor,

affe-

aſſerentibus,intellectum particulare intelligere per actum reflexum,vel vt alij dicunt,per accidens,ſenſibus ſcilicèt mediãtibus,vel connexione , quam habet intellectus cum phantaſia particularium theſauro;Nec erit incongruum aſſerere, intellectum quoq; virtualiter ſingulare cognoſcere , atq; intelligere,dum in vniuerſali clauditur,ſed quicquid ſit, hoc vnum noſtra Philoſophia,ſubſtinet. Intellectum ſcilicèt omnia intelligere poſſe,ne dum in aptitudine verum,ac in actu,cum ſcintillas omnium ſpecierum ab igne illo , & ſilice idearum eminentisſimo excuſſas diximus in ſe retinere , quaſi ſub cinere : Nec diſplicebit illud , quod quidam ex Peripateticis dixerunt per communicationẽ ab intellectu percipi poſſe , ſingulare ipſum, cum obiectum intellectus ſit omne ens;ſingulare verò ſub ente cadit,nec valebit illud Ariſ.3.de anima 10.in medium afferre : Intellectus eſt,quod quid eſt,ideſt vniuerſalium,quoniã verum erit præcisè, non negabit tamen bonus Peripateticus per communicationẽ intelligi poſſe , quatenùs ſcilicèt ſub ente cadit : Sed illud eſt hoc loco videre,an quoq; Theologicum ſit;intellectum omnia intelligere?arbitror dicendum,quod non,quoniã ſolus diuinus intellectus omnia percipit,cæteri verò quantum illis præſtatur,neq; conueniens eſt , vt omnes primo intellectu æquentur,quia tunc nihil inter Deum,& creaturam diſtaret, ſi omnia,quæ Deus nouit,cęterorum cogitatio aſſequeretur;& ſi mentes illæ,quas iure intelligentias vocamus, quia ſemper intelligunt,nos intelligere nequimus, qui corporeis ſumus ligaminibus perplexi,neq; ea, quæ Deus nouit, noſcunt, quod nobis eueniet,vt diximus:ſenſibilibus corporibus deditis; Experimur quoq; in nobis gradus multigenos,multa enim à Salomone,ab Habramo cognita fuiſſe patet,quæ cęteri non cognouere doctiores ; Cum igitur tot eſſe gradus , liquidò conſtat , humanum intellectum ea , quæ ſuperioribus patent , intelligere minimè poſſe,non igitur conſoni nos Theologi ſumus cũ Philoſophis ita aſſerẽtibus,omnia intellectum intelligere in actu : Ad argumentum verò eorum ex Ar.3.de anima,intellectũ omnia intelligere:Reſpondemus,quòd aliud eſt appræhendere, & aliud compræhendere , appræhendere quidem intellectus humanus vtiq; poteſt de Deo quædã, ſed non eius prædicata propria,quoad eius,quod quid eſt,ſpectantia,ſolus enim Deus, inquit ,

quit, Pater Dionyſius de Deo, omnia nouit, & ſolus filius, & cui voluerit filius reuelare, igitur ſolus Deus omnia intelliget actu, quia ipſe vera intelligentia, & intellectus eſt, & dici iure debet, omnes rerum proprietates, proportiones, & numeros verè intelligens: Apprimè ergo Ioannes Scotus in Prologo illud quærens, an Theologia ſit de omnibus, ita ſoluit, Theologia ſola de Deo eſt de omnibus, Theologia verò Angelorũ de omnibus quidem, ſed nõ de facto, licèt de poſſibili, poſſet enim Deus omnia illis innoteſcere, Theologia verò hominum neq; de facto, neq; de poſſibili, nec illud obſtabit, quod ſcriptum eſt, ſpiritus veritatis docebit vos omnia, quoniam nõ de omnibus abſolutè loquitur Dominus, ſed de ijs, quæ ab eis erant percipienda, atq; intelligenda: Dixerat enim prius. Multa habeo vobis dicere, quæ non poteſtis portare modo.

Et ſi Religioſa, & Seniorum noſtrorum ac quoq; Laicorum quorumdam Philoſophia mentem humanam non indigere ſenſibus admonet ſenſibus tamen interioribus egere omninò admonemus, quibus ad boni, & mali diſcretionem excitemur, ad ſummumq; pulcrũ conſcendere valeamus. *Cap. XXXVI.*

DVo ſuperius cum Trimegiſtris, & doctioribus Platonicis monuimus, primum animam non indigere ſenſibus, nec phantaſmatibus ad intelligendum: Secundò illud quoq; meminimus, triplicem eſſe hominem, idealem, ſenſibilem, animarium, ſeu vmbratilem: Verùm quia omnis diſtributio qualis illa fuerit, ad bimembrẽ: vt reducatur oportet, idcircò iure Plato noſter in conuiuio hominem geminum vocitabat, illumque interiorem, & exteriorem diſtribuebat, quod quidem conſonũ eſt Theologis, & Theologiæ noſtræ, Paulo ſcilicèt, & Moyſi, Paulus enim compluries vtrumq; repetit, exteriorem, & interiorem, corruptibilem, & incorruptibilem, animalem, & ſpiritualem, & vtrumq; cum ſuis geminatis ſenſibus, & ſenſiterijs: Eſt quoq; Moyſi conſonum primo Geneſeos: Ab initio, inquit, creauit Deus maſculum, & fœminam, nec tamen fœmina producta

ducta erat: igitur ſi acutioribus credimus, de homine gemino erat ſermo, & Platoni aſtipulabatur: Multa enim Plato Theologis conſona protulit, ait D. Augu. de Ciuitate diuina: Si igitur Moyſis verba intus, & medullitus perpendantur, ſenſum, ſeu exteriorem hominem fęmineum iudicabit, interiorem verò maſculeum, ſenſibus igitur exterioribus dumtaxat vtentibus fęmineos vocitant Sacerdotes noſtri cum Platone in Epiſtola ad Dionyſium, immò & cęcos homines, & ſurdos, de quibus fortaſſe cantabant filij lucis, dum ex Aegipto tenebrarum Symbolo exeunt, dicentes, *Manus habent, & non palpabunt*, oculos, ſed non vident, nares quoq;, ſed non ſentiunt, odorem, & fragantiam diuinarum rerum: Sed compati debemus triplici de cauſa miſeros: Ne addatur primo afflictio afflictis; Secũdò quia olim ſi Macrobio credimus, vaticinati ſunt à Syncopē patientibus, ab hominibus exterioribus Theſauri Platonicę Philoſophiæ neglectoribus, illum fodere non valentibus; De exterioribus propterea ſenſibus tritè, & minutim ſcripſerãt, de interioribus verò admodum nihil, niſi fragmenta quædã de ſenſu communi, & phantaſia, illudq;, quòd apertius erat declarãdum reliquerunt, & illud præcipuè quæſitum tam neceſſarium obſcurarunt, an ſcilicèt imaginatiua virtus, exiſtimatiua, memoratiua, cogitatiua, & phantaſtica idem ſint, an re diſiungantur? an ſeiuncta, vel coniuncta ſint? ita vt idem ſit, imaginare, rememorare, recogitare, & phantaſiare: Tandem de communi ſenſu illud ſolum dixere eſſe theſaurum, & locum ſpecierũ omnium ſenſibilium, illud verò de ſenſibus melioribus nihil tetigerunt, de ijs ſcilicèt, quibus ſummum pulcrum, ſummumque verum, & bonum percipere valemus, neglexere, aut non cognonere, idcircò in minimis habuere: Tertiò compatiamur eos, qui lumine lunari afflati ſunt, non autem ſolari, & Apollinco: Propterea Euſebius Ceſariēſis de hoc gemino lumine ita ſcribit, dum, Inquit, Philoſophos inter ſe cum alijs comparo, non facilè eos negauerim claros non fuiſſe viros, at cum Hæbreorũ Theologis comparo, & doctrinam doctrinæ illorum confero, caduca, & friuola mihi videtur omnia; illa enim diuinitùs edita ſunt, hæc verò humanitùs, illa lunari lumine, hæc verò ſolari: Dicamus igitur laicos, ſenſibileſq; Philoſophos vndique exterioribus ſenſib⁹ vtentes lumine Lunę afflatos fuiſſe, quod Paulus

lus Roma, 1. tetigit; Si doctrinam igitur Hæbreorum noſtræ comparabimus, ſolari quidē lumine afflatos iudicabimus, ſed velo obumbrato, quod ſcindit Pater omnipotens in duas partes tempore paſſionis Chriſti, nos ergo ſole irradiante ſuper Zenith capitis noſtri loquimur, ac ſcribimus; Idcircò veteres Sacerdotes noſtri ſcilicèt gentium Theologi illud nobis ſtatuere mandatum, & decretum inuiolabiliter obſeruandum, ne cum cæcis hominibus de coloribus, ideſt, de ſenſibus diſputationē habeamus, cum admodum ſurdi quoq; ſint: Orent igitur tenebrarum filij, vt radius ille idearum ad illos deſcēdat, ſcintillet, & ferueat, & diſputabimus: Neceſſe eſt igitur ſenſus interiores accipere, illiſq; vti, quibus ad diuina, inquit, Plato, conſcendere valemus: Exterioribus enim ſenſibus nihil veri, certique de diuinis intelligere poſſumus abſq; corporis ſeparatione, cum illas percipere eſt illis coniungi, ſicut lignum viride ſole prius exiccatur, mox igni admouetur, nec tamē ipſe, ſed ignis lignū accendit, Deus ergo non ſecus ac ignis mentes à ſenſibus exterioribus, eorumq; odoribus, ſaporibus, coloribus, & alijs obiectis eorum per Philoſophiam ab omni humiditate optimè purgatas à confinibus ijs mundanis ad ſe trahit, & lumine veritatis eas accendit ſcintillis illis ignitis, ideſt ideis animæ inſertis, quibus animus, ſeu homo interior ſeipſum nutrit, nihil quærens extrinſecus, nihil de confinibus ijs cogitans, altiora ſpeculatur, calidum, & humidū ſenſibile illicò negligit, dura, & mollia, aſpera, & lenia, & ea omnia, quæ ad tactum ſpectant, & quæ ad odorem, & guſtum, & ſecum ſic loquitur, *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus*, quaſi diceret, heu me miſeram, ſenſibus ijs exterioribus nihil aliud diſcernere arbitror, niſi quæ fœtida, & odorifera hic ſunt, quæ ſonora, quæ cōcinna, ipſum verò pulcrum, ſummū, ſummūq; bonū minimè, tunc Dauidis illud in ſe clamātis audit, ſenſib⁹ interiorib⁹ inſitū: *Guſtate, & videte quàm ſuauis eſt Dominus*, vt ſciatis reprobare malum, & eligere bonū, reprobare turpe, & pulchrum eligere; Hinc Paulus nos admonet, veterem hominem expoliari, ideſt ſenſibus exterioribus, & nouum induere hominem, ideſt, ſenſus interiores: Reddit Origenes rationem, quare interioribus ſenſibus vti primū debeamus, quoniam cum Deo agere, eſt à ſenſibus exterioribus aufugere. Et quia in Ariſtotilem nati ſumus ab initio, mox in

Pla-

Platonem renati, vt alter Bacchus, delector, & hoc loco illud Ariſtotelis 3. de anima afferre famoſiſſimum, omnis, inquit, noſtra cognitio ortum habet á ſenſibus; Verum eſt, dicã ego, ſed non à ſenſibus exterioribus, ſed interioribus conſonum illi; *initium ſapientiæ eſt timor Domini*, ſcio tamẽ, vt ait Plato ad Dionyſium; Quicumq; hæc audient, primo aſpectu renuere, & nos negligere, ſed non à filijs lucis hæc irridentur, quibus datũ eſt noſſe diuina, & Regni intelligibilis myſteria.

Sed inſurget hoc loco calumnioſus quidam, & ita in nos inuehere, etſi hæc omnia Platonica ſint, non tamen Diuo Paulo conſona: Paulus enim cum de gemino homine hæc ſcribit, de Adam admonet terreno homine, & de Chriſto cęleſti, & nouo homine, ſed quorſum hæc de ſenſibus interioribus, & exterioribus? Rurſus vnum tantummodo habemus corpus, quod licèt nunc ſit corruptibile, fiet tamen incorruptibile per reſurrectionem in die nouiſſimo, vt quoq; Paul. aſſerit: *Saluatorem expectamus D. N. Ieſum Chriſtum*, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ; Reſpondemus huic calumniæ, quòd licèt Paulus, vt putatis de Adam primo homine, & de Chriſto ſecundo loqui videatur primo aſpectu, conſequenter tñ de geminatis ſenſibus intendit, quoniam ad illud tendebat Diui Pauli Theologia, nos Chriſto homini nouo, interiorique conformes fieri, vt Paulus deinde ait, illud aſſerens, ſi igitur, inquit: portauimus imaginem terream, portemus, & cęleſtem: Scimus ergo vnum eſſe corpus humanum, ſed geminũ hoc pacto, quia vmbratilis, & animarius, exterior, & interior, vmbratilis, mortificandus, vt Paulus idem admonet: *Mortificate membra veſtra*: Secundus viuificandus, vt vita Chriſti manifeſtetur in nobis ideſt in corporibus noſtris, huic reſponſioni fauet idem Paulus, qui cũ de duplici homine diſſeruiſſet, ſtatim illud ſequitur: *Qualis terrenus, tales, & terreni*, qualis cęleſtis, tales cęleſtes: Si igitur portauimus imaginem terreni, portabimus imaginem cœleſtis; Eſt enim Chriſtus figura, & exemplar, cui conformari debemus per carnis mortificationẽ; ob id ſemper illud repetit, *non regnet igitur in veſtro mortali corpore peccatum*, vt obediatis concupiſcentijs eius, neq; exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibeatis vos Deo tanquàm ex mortuis viuentes, & membra veſtra Iuſtitiæ

lus Roma. 1. tetigit; Si doctrinam igitur Hæbreorum noſtræ comparabimus, ſolari quidē lumine afflatos iudicabimus, ſed velo obumbrato, quod ſcindit Pater omnipotens in duas partes tempore paſſionis Chriſti, nos ergo ſole irradiante ſuper Zenith capitis noſtri loquimur, ac ſcribimus; Idcircò veteres Sacerdotes noſtri ſcilicèt gentium Theologi illud nobis ſtatuere mandatum, & decretum inuiolabiliter obſeruandum, ne cum cæcis hominibus de coloribus, ideſt, de ſenſibus diſputationē habeamus, cum admodum ſurdi quoq; ſint: Orent igitur tenebrarum filij, vt radius ille idearum ad illos deſcēdat, ſcintillet, & ferueat, & diſputabimus: Neceſſe eſt igitur ſenſus interiores accipere, illiſq; vti, quibus ad diuina, inquit, Plato, conſcendere valemus: Exterioribus enim ſenſibus nihil veri, certique de diuinis intelligere poſſumus abſq; corporis ſeparatione, cum illas percipere eſt illis coniungi, ſicut lignum viride ſole prius exiccatur, mox igni admouetur, nec tamē ipſe, ſed ignis lignū accendit, Deus ergo non ſecus ac ignis mentes à ſenſibus exterioribus, eorumq; odoribus, ſaporibus, coloribus, & alijs obiectis eorum per Philoſophiam ab omni humiditate optimè purgatas à confinibus ijs mundanis ad ſe trahit, & lumine veritatis eas accendit ſcintillis illis ignitis, ideſt ideis animæ inſertis, quibus animus, ſeu homo interior ſeipſum nutrit, nihil quærens extrinſecus, nihil de confinibus ijs cogitans, altiora ſpeculatur, calidum, & humidū ſenſibile illicò negligit, dura, & mollia, aſpera, & lenia, & ea omnia, quæ ad tactum ſpectant, & quæ ad odorem, & guſtum, & ſecum ſic loquitur, *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus*, quaſi diceret, heu me miſeram, ſenſibus ijs exterioribus nihil aliud diſcernere arbitror, niſi quæ fœtida, & odorifera hic ſunt, quæ ſonora, quæ cōcinna, ipſum verò pulcrum, ſummū, ſummūq; bonū minimè, tunc Dauidis illud in ſe clamātis audit, ſenſib⁹ interiorib⁹ inſitū: *Guſtate, & videte quàm ſuauis eſt Dominus*, vt ſciatis reprobare malum, & eligere bonū, reprobare turpe, & pulchrum eligere; Hinc Paulus nos admonet, veterem hominem expoliari, ideſt ſenſibus exterioribus, & nouum induere hominem, ideſt, ſenſus interiores: Reddit Origenes rationem, quare interioribus ſenſibus vti primū debeamus, quoniam cum Deo agere, eſt à ſenſibus exterioribus aufugere. Et quia in Ariſtotilem nati ſumus ab initio, mox in Pla-

Platonem renati,vt alter Bacchus, delector, & hoc loco illud Ariſtotelis 3.de anima afferre famoſiſſimum,omnis,inquit,noſtra cognitio ortum habet á ſenſibus;Verum eſt,dicã ego, ſed non à ſenſibus exterioribus, ſed interioribus conſonum illi; *initium ſapientiæ eſt timor Domini*, ſcio tamẽ,vt ait Plato ad Dionyſium; Quicumq; hæc audient,primo aſpectu renuere, & nos negligere,ſed non à filijs lucis hæc irridentur, quibus datũ eſt noſſe diuina,& Regni intelligibilis myſteria.

Sed inſurget hoc loco calumnioſus quidam, & ita in nos inuehere,etſi hæc omnia Platonica ſint, non tamen Diuo Paulo conſona: Paulus enim cum de gemino homine hæc ſcribit, de Adam admonet terreno homine,& de Chriſto cœleſti,& nouo homine,ſed quorſum hæc de ſenſibus interioribus, & exterioribus? Rurſus vnum tantummodo habemus corpus, quod licèt nunc ſit corruptibile, fiet tamen incorruptibile per reſurrectionem in die nouiſſimo,vt quoq; Paul.aſſerit: *Saluatorem expectamus D. N. Ieſum Chriſtum*, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ; Reſpondemus huic calumniæ,quòd licèt Paulus,vt putatis de Adam primo homine, & de Chriſto ſecundo loqui videatur primo aſpectu,conſequenter tñ de geminatis ſenſibus intendit, quoniam ad illud tendebat Diui Pauli Theologia, nos Chriſto homini nouo,interiorique conformes fieri,vt Paulus deinde ait,illud aſſerens,ſi igitur,inquit: portauimus imaginem terream, portemus, & cœleſtem: Scimus ergo vnum eſſe corpus humanum, ſed geminũ hoc pacto,quia vmbratilis,& animarius, exterior, & interior,vmbratilis; mortificandus, vt Paulus idem admonet: *Mortificate membra veſtra*: Secundus viuificandus, vt vita Chriſti manifeſtetur in nobis ideſt in corporibus noſtris, huic reſponſioni fauet idem Paulus, qui cũ de duplici homine diſſeruiſſet,ſtatim illud ſequitur: *Qualis terrenus,tales,& terreni*,qualis cœleſtis,tales cœleſtes:Si igitur portauimus imaginem terreni,portabimus imaginem cœleſtis;Eſt enim Chriſtus figura,& exemplar,cui conformari debemus per carnis mortificationẽ; ob id ſemper illud repetit, *non regnet igitur in veſtro mortali corpore peccatum*,vt obediatis concupiſcentijs eius, neq; exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato,ſed exhibeatis vos Deo tanquàm ex mortuis viuentes, & membra veſtra Iuſtitiæ

quaſi illud innuens:Cedant quæſo heus vos Corynthi membra veſtra carnalia, ſenſus illi exteriores melioribus ſenſibus interioris hominis, ad quam ſenſus ceſſionē cum deueniſſet Paulus,ſubdit illud dicens:Nūc autem ſoluti ſumus à lege mortis, in qua detinebamur,ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus,& nō in vetuſtate literæ, & iure quidem legem ſcriptam,legem mortis vocat,quoniam hominem animalem expiabat moriturum, lex verò Chriſti,immò,& ipſe Chriſtus ſanctificat hominē ſpiritualem ſemper victurum, ijs quoq; ſenſibus interioribus Deū videbimus,ſicuti eſt, non autem in ænigmate.i.per ſenſus exteriores, ſed per interiores his quoq; ſenſibus melioribus cātus illos,hymnos,& ſonus audiet anim⁹, & interior homo, de quibus ſcriptum eſt, *& qui habitabunt in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te* cantantes in tympano,& choro,in chordis,& organo, his ſenſibus melioribus panem illū guſtabimus Angelorum,de quo dicitur *Panem Angelorum manducabit homo* ſcilicèt interior,& ſaporem panis iſtius corruptibilis deſpiciet ac tantā erit panis huius delectatio,& guſtus, & omne delectamentum in ſe habentis, vt præ languore, ac dulcedine illud dicet, *Beati, qui habitabant in domo tua Domine*, in ſecula ſeculorum laudabunt te? His ſenſibus tanta erit nominis Ieſu fragrantia, & odor ſuauiſſimus,vt animus præ odore illud clamitabit, *oleū effuſum nomen tuum*: ij quoq; ſunt ſenſus, quos Euangeliſta vocat vires totas,quibus iubet lex,vt Deum diligamus toto corde,& totis viribus:Quare vt ſummatim dicamus, his melioribus ſenſibus in Deo oblectabimur, non quidē ſenſibus corruptibilibus,cū nihil corruptibile maneat, ſed incorruptibilib⁹.

Interdum caueat animalis homo, ne portionem illam ſuperiorem animario homini traditam diſſipet cum meretricibus,& voluptuoſis ſenſibus ijs,quibus filius prodigus conſumpſit,& Eſau cum eo olim,quando rebus voluptuoſis ſe implicauit,& vires interioris hominis debilitauit: Quos Daniel Vaſa templi vocitat: Templum Dei eſt vtiq; interior homo,& in eo reſident,quæ diſſipauit,debilitauitq; in delitijs, & voluptatibus Baldaſar,heu infelicē, qui edulio rubeo cum Eſau pro carnis voluptate ſcilicèt primogenita vendidit,& à Deo,qui intra hominem reſidet, extra ſe quærit.

Quænam

Quænam Ambroſia, manna, aut nectar illud ſit, quo homo animarius veſcitur apud Platônem in Phædone, quænam alæ illæ geminæ, quibus quoq; Cælũ euolat. Cap. XXXVII.

TRia præcipuè de anima in hoc capite accipiendæ ſunt, primum illud eſt annotandum, animam nõ eſſe corpoream, veluti ſibi falsò Democritici effinxere, quos non immerito Philoſophia noſtra Sacerdotia vocat philocalios. i. Plebeos Philoſophos, abſq; ratione differentes, & circa ſenſus dumtaxat, & corporis vmbram Philoſophantes, quos ita arguit D. Thomas contra gentes. Si anima corporea eſt, igitur erit formata, corpus enim ex materia, & forma formatur. Rurſus ſi eſt corpus, ergo corpus in corpore erit. Dicent fortaſſis Democritici: Eſt vtique corpus, ſed tenuiſſimum corpuſculum quidem ſubtile, non vnum ex quatuor elementis, ſed preter illud in potiori parte corporis cordi, vel cerebro aſſignatum, ibiq; reſidens, & inde reliqua corporis membra gubernans, ſed hæc neq; veritati, neq; rationi ſunt conſona: Corpus enim ſiue tenue, ſiue tenuiſſimum, diuiſibile eſt, quia quantum, at anima indiuiſibilis: Prçtereà aut corpus erit animatum, vel inanimatum, etiam ſi tenue, aut tenuiſſimum fuerit, etſi eſt inanimatũ, quo pacto animabitur, etſi animatum, quæro de illa anima, & de illa igitur progreſſus ad infinitum. Rationi ergo aduerſantur: Aduerſatur quoq; Philoſophiæ veritati, & Platoni noſtro, qui illud admonet, quod quoq; Laici adhortantur; Formæ eſt agere, & nõ pati, paſſiones enim corporis, & materiei ſunt, & non formæ, at anima cum illa ſit, quæ agit, igitur corpus anima nõ eſt: corpus etiam ſuapte natura nihil agit, cum ex materia, & quãtitate conſtet, & ad materiam extendatur. Extenſio paſsio quædã eſt corporis, Si enim à Platonico quçres, quid corpus ſit? ipſius eſſe materiæ extenſionem reſpondebit: Verum illud erit obſeruandum, vt ſi corpora aliquid agere videantur, non ex ipſa ſui molè, vt Democritici putauerunt, ſed ex aliqua vi corporibus inſita, ideſt forma, ignis enim vt Laica Philoſophia docet: non

in quantum ignis agit, ideſt in quantum corpus, ſed in quantū calidus, caliditas ergo illius forma eſt, & vt Alexandrei aſſerūt, ſubſtantialis forſan quia id, quod poſito ponitur, & ablato auſertur, eſt de ſubſtantia eius, ſed poſito igne, ponitur æquè, & ſimul caliditas, caliditas ergo ipſa forma eſt ſubſtantialis ignis: ſed diſputent ij de hoc problemate: Nos rem ipſam aggrediamur, & illud oſtendamus, quod ſcilicèt non à corporea mole eſt actio, ſed ex aliqua vi, ſeu forma corporibus inſita, quod ita probari poteſt, materia, quę infinitudo vocatur à Platone, vna eſt numero in omnibus, vt etiam docet Ar. 1. Phyſ. Si ergo à materia eſſet actio, igitur & vna, eademq; eſſet omniū corporum operatio, at cum variæ ſint corporum operationes, igitur à forma eſt operationis diuerſitas; & non à materia quantitate extenſa, ideſt corpore: Aduerſatur tertio Democriticorū poſitio fidei, quę docet animas eſſe ſpiritus, & intellectuales ſubſtātias, idcircò Io. cap 4. de Deo, inquit, Spiritus eſt Deus, & Paulus Angelos vocat Spiritus Dei, Spiritus adminiſtratores.

Quæretis fortaſſe: Vnde tanta Democriticorū fallacia? vnde tam falſus error, hæreſis, & hallucinatio? arbitramur nos, quia animę actiones non animaduerterunt, animam ſcilicèt tres habere actiones, ſeu tripliciter agere, in corpore primū, ſecundò per corpus, tertiò in ſeipſam, agit in corpus illud regens, & gubernans, agit extra corpus circa corporalia vagando, & migrādo, agit in ſeipſam, cum in corporea intelligit, & ad ſacra illa numina ſe vertit, agit in corpore per potentiam vegetatricem quam Platonici vocitant naturam, quando ſcilicèt ſibi corpus ſimile generat, nutrit, & auget, agit per corpus, quādo agit per potentiam ſenſitiuam, ſeu per ſenſus exteriores, per exteriores quidem videndo, audiendo, guſtando, olfaciendo, & tangēdo; per interiores verò agit, cum eorum corporum, quæ ſentit, exterius imagines quaſi reliquias ſenſuum ſecū ipſa reuoluit, per ſeipſam agit tertiò quando neq; corpora per ſenſus exteriores attingit, neq; corporum imagines per interiorē ſenſum recolligit, ſed ſenſibus expoliata, quaſi aliena incorporalia inueſtigat, & inuenit, atq; incorporea iudicat, neq; corporis imaginem fore intelligit: Iure igitur actionem hanc intelligentiam Platonici, & Peripatetici vocitarunt: Triplex ergo, vt ſummatim dicamus, eſt animæ actio, & operatio, NATVRALIS,

SEN-

SENSIBILIS, & INTELLIGIBILIS: Si has ergo Democritici animę actiones obſeruaſſent, aduertiſſentq́; non omnia corporea eſſe iudicaſſent, Democriticos Luto pueris ſe ipſos mergentibus asſimilamns, qui Lutea omnia iudicant, qa ad eam ſolùm tendũt operationem, qua anima per corpus agit & potentiam vegetabilem ſeu naturalem: Si enim pueri à Luto abſtergentur, carnei, non Lutei videbuntur. Dimittite ergo heus vos Democritici, ſenſus, ac tertiam illam animæ actionẽ conſcendite, & incorporalia inuenietis, hoc per bellè Platonici aperiunt, dum per quatuor gradus ad ſpiritum aſcendunt, à ſenſu ſcilicèt ad imaginatiuam, ab imaginatiua ad phantaſiã, à phantaſia ad intellectum, ſenſus circa corpora verſatur, imaginatio circa corporum ſimulachra, phantaſia circa ſingulas ſimulacrorum intentiones, intellectus verò circa ſingularũ intẽtionum naturas cõmunes, ſeu rationes penitus incorporeas, & ideò bonus Platonicus non negat, intellectũ ſingulare quoque cognoſcere depuratum tamen ab omnibus his materialibus conditionibus, alioquin non poſſet vtrumq́; inuicẽ cõparare, & differẽtiã ponere ĩter ſingulare, & vniuerſale: Verũ eſt tamen illud ſingulare ita depuratum non amplius ſingulare dici debere, cum naturam induit vniuerſalem, quem modũ intelligendi vocauimus aliàs per actum reflexum; Ex his deinde eorum facilè diluetur cauillus, qui pro Democriticis afferri ſolet, omne ſcilicèt ſimile ſibi ſimile gignere, etiam in accidentibus; Ergo cum anima corpus generat, corporea igitur erit, ſed facilis eſt reſponſio: Cum enim corpus generat, actione naturali agit, & vegetabili, non autem intelligibili, corporale quoq́; gignit, quia per ſenſus agit, non autem in ſeipſam.

Ex his, quæ diximus aduerſus Democriticos, illud iure ſequitur, ſecundum quod propoſuimus, de animi eſca, & cibo, quo veſcitur, non eſſe ſcilicèt corporeum, nam cum corporea non ſit, igitur neq́; illi cibus corporeus congruet: Vnaquæq́; enim natura, vt Plato admonet: cibo ſibi proprio veſci debet, vt ſi aerea erit, aereo cibo ali debeat, ſi aquea, aqueo, veluti eſca ſibi cognata: Quare veriſſima eſt propoſitio. Simili ſimile veſci, ſimiliter, & incorporea, quoniam ea ratione cibus aſſumitur, vt tranſeat in ſubſtãtiam eius. Idcircò panem comedimus, vt caro inde efficiatur; Eſca igitur animæ quia incorporea eſt, ſpiritualis

tualis erit; diuinaq; ſit eſca hæc, vniformes ſunt Sacerdotes noſtri, & pro eſca veritatem ſtatuunt diuinorum, quam Plato noſter vocat nectar, quandoq; ambroſiam, ſeu manna, quæ ſunt animæ cibus, quo omni tempore fameſcit, non veluti pueri, qui non ſemel, aut ter in diem eſcam petunt, ſed quoto quoq; tēpore, omniq; ætate appetunt: Nā ſi artifices veritatem ſuę artis ita exquiſitè exquirūt, & ideò ſemper interrogant, quid faciet Philoſophus? Doctiores etiam noſtri aſſerunt animam tanta voluptate in inquirenda veritate per fundi, dum cibo hoc ſuauiſſimo veſcitur ſuper mel, & fauum, vt neq; moleſtiam aliquam habeat ſibi ad mixtam, neq; in faſtidium vertitur, neq; in dolorē, neq; turbari, neq; fatigari, quia nihil, ei optabilius, nil dulcius, ſed in hac eſca langueſcit, & præ gaudio ſegregari, ac ſeiūgi expetit: inde illud canit: *Venite, & videte quanta fecit Dominus animæ meæ*, guſtate, & videte quàm ſuauis eſt cibus iſte: Hæc eſt illa caro HELISIACA, quam nuncupant Iouis pabulū, hæc illa galaxia, qua ab initio veſcebamur; hæc Iouis piſces, cancrūque Lunare, Cereris fructus, Iouis hortum; de quo in Simp. Plato ſcribit, ita vt veneno mendacij polluti illud dicere habēt *aruit tamquam teſta Virtus mea, quia oblitus ſum comedere panem meum*, & illud quoq; Dauidicum: *Alienati ſunt peccatores errauerunt ab vtero, & locuti ſunt falſa*. Mendacium ergo eſt: econtra venefica eſca, ait Plato de Republica. Mendacio mens fit Dæmoniaca: ager incultus, ſpeculum ſordidum: & ad lumen illud intelligibile Lippis, & Optalmica nicticorax ad ea, quæ vera ſunt, mendacio pollui exiſtimat, ſicut qui apoſtemate ita oculorum laborant. Idcircò Dominus noſter. *Ego, inquit, ſunt veritas, caro mea, non eſt, ficticia*, fantaſtica, ſed verè eſt cibus animarū quo ſigno Sacerdotes noſtri animam eſſe immortalem demōſtrant, quia immortalem eſcam petit, & ſpirituali cibo veſci appetit, non ſemel, aut ter, ſed omni tempore, vt dictum eſt, ideſt ne dum in corpus labitur, ſed cū à corpore quoq; liberabitur, veluti prius dum in cæleſtibus extiterat, vbi veritatis contemplatione, vt in Phedro Socrates admonet, nutriebatur: Hinc Sacerdotes noſtri de felicitate, ſeu beatitudine differentes, nō in bonis fortunę poſuerunt, in pecunijs ſcilicèt honore, & dominio, quoniam non ſunt ſummum bonū, vt opinatus eſt MIDAS, non enim propter ſeipſa, ſed propter corporis commoda

moda comparantur,non in honore, vt AVGVSTVS quoniam in alterius arbitrio ſunt, & præter meritum ſæpiſſimè im penduntur,& amittuntur;non in dominio,vt *Cæſar*,quia quātò pluribus dominamur,tātò acrioribus vexamur curis, pluresq; hoſtes habemus, plura ſubimus pericula, nimioq; labore laxamur,& terimur, ait Illuſtris ille Franciſcus Petrarca de remedijs vtriuſq; fortunæ: Neq; in bonis corporis, robore.ſ.ſanitate,vel pulchritudine, vt *Milo* Crotoniates exiſtimaſſe videtur, nam minimis offenſium culis ſubijcimur: Neq; in bonis animæ irrationalis,puta ſenſuum voluptatibus, quibus ſemper cōcomitatur ſuſpicio,dolor, & pęna, deniq; multis,longiſq; dolori bus emitur vna,breuiſq; voluptas;Neq; in bonis animæ natura libus,puta,intellectus acumine,tenaci memoria,promptavolū tate, quæ bona naturalia dicuntur, licet bene vtentibus bona ſint,ſicuti malè mala,neq; in bonis animæ acquiſitis, vt morales virtutes,& ſpeculatiuæ,quemadmodū ſtoicorum turba; nā tęmperantia, fortitudo, cęteræq; virtutes morales adeo laborioſæ ſunt,& negotioſę,vt in eis non ſit finis ille,quē quęrimus, quem eſurimus,quem ſitimus ſemper,nos animi tranquillitatē quærimus, ſed non inquietè, aut terrena hac tranquillitate, & ſub cęleſtium ſpeculatione, quoniā in virtutibus ſpeculatiuis nō eſt quies,& finis vltimus,& ſi ijs purgamur,vt cap.7.monuimus,non tamē ijs beamur: Philoſophiæ noſtræ Sacerdotiæ ſuffragatur Laicorum Philoſophia aduerſus Democriticos ſęlicitatē ſtatuentes in ſpeculatione ſub cęleſtiū,quos ita refellimus: Cęleſtia ſub cæleſtibus præſtantiora ſunt; Quare cum Platone fęlicitatem ſtabilimus in rerum diuinarum ſpeculatione,ideſt, veritate diuina enim vera ſunt,cętera apparentes vmbræ,vt ait B.P.Aug.Res ſunt volubiles,ita vt eadem fluminis aqua varia; Veritatem tamen finem illum vltimum vocamus, in hac enim vita anima ambiguitatem,voluntatiſq; anxietatem ſemper ha bet ad mixtam, propterea à corpore ſeparata animā beamus in puro Deo, & pura veritate probitateq; ſumma tamquam in propria cauſa, at Solus Deus propria eſt ipſius animæ cauſa; idcircò non in Angelorum ſpeculatione primum, & contēplatione,vt Algazel aſſerere videtur,& cum eo Auic. qm̄ Angelus non eſt ſuæ ipſius animæ cauſa,propterea in Angelis anima qeſcere nō poteſt.Innata eſt enim nobis, & intellectui noſtro cō-

ditio,

ditio, vt rei cuiuſq; cauſam exquirat, nec quieſcit, donec cauſã reperiat, cuius nulla ſit cauſa; Voluntas etiam in ſummo bono quieſcit, & bonum vltimum petit, appetitq;.

His modo declaratis, & apertis, ad nectar illud deſcẽdamus, eſcam ſuauiſſimã, qua anima à corpore libera veſcitur, & illud accipiamus non modò Platonicum, verum etiam Theologicũ: Duos ſcilicèt eſſe animæ actus circa Deum: Videre per intellectum ipſum Deum, ac deinde cognito gaudere per voluntatẽ: Viſonem, & cognitionẽ huiuſmodi vocat Plato nectar, & ambroſiam, quem Angelorum cibum Theologi appellitant lac, & mel de Terra viuentium. Alas deinde geminas, quibus ad Cœlum illud intelligibile volat, intellectus, & voluntas ſunt cõſona: Eſt tandem Philoſophia noſtra Sacerdotia Theologis præcipuè ſubtilibus aſſerentibus gaudium viſione præſtãtius, quoniam magis meremur in hac vita amando, quàm intellectu inquirendo, & indagando, ſtatuunt igitur ſubtiles Platonizãtes ſæpè cum Platonicis gaudium ſuperare viſionem, quod quoq; eſt concinnum illud canticorũ ſeptimo. *Venter tuus ſicut aceruus tritici*, propterea illud iterum hoc loco ſcribã: Veteres Philoſophos diuino lumine fuiſſe afflatos, qui ſi à veritate aliquando, deuiarunt, excuſandi ſunt, quoniam de Deo loqui difficile eſt cum lumen habitet illi in acceſſibile, quare ſi nos interdum aliquid ab ijs accepimus ea efficiemus lege, quam nos edocet B.P.Aug. vt ea accipiamus tãquàm ab iniuſtis poſſeſſoribus ſicum olim Hębrei ab Aegiptijs vaſa aurea, & idola, vt in meliorem conuerterent vſum, abſtulerunt, & mutuò vendicarunt.

Alas etiam geminas ita peritiſſimi Platonici declarare nituntur: Animam dũ ad corpus deſcendit, duabus exornari alis duobus ſcilicèt luminibus, diuino, quod vocant ingenitum, & naturali, ideſt genito, diuino nectare, & ambroſia veſcitur, naturali verò, aqua illa Lethei fluminis, cuius obliuiſcitur nec de diuinis cogitat, & ſeipſam negligit, & ob id terrena petit, & ea, quæ corporea ſunt appetit: Verùm quia Domina eſt actionũ, ad diuina rurſus euolat lumine illo ingenito afflata, & quæ terrea ſunt, negligit. Euolat igitur Philoſophus Religioſus à ſenſibus ad intellectum ad illum ſcilicèt amorem, diuinum, & tunc à corpore ſeparari dicitur.

Mentem

Mentem conflari ex geminata natura ex diuidua ſcilicet, & indiuidua, non modò Platonicum eſt, verùm etiam Peripateticum. Cap. XXXVIII.

TRia in hoc capite aperiẽda ſunt, primum, quibus, & quot modis mens apud Platonicos accipiatur, ſecundò quid p diuiduam, & indiuiduam naturam intelligere debemus. Tertiò, quænam ſi mentis conſlatio, & compoſitio? Videtur autem neq; mens, neq; diuiduum, & indiuiduũ ſimpliciter dici; Quo ad primum per mentem aliquando veteres Theologi animi perfectionem intellexerunt, idcircò Mercurius Sacerdos maximus mentem ſerò aduentare monuit, ideſt ſapientiã, & animi perfectionem, quam Ar. animum, ſeu intellectum adeptum vocitat, & Plotinus intellectum perfectum, ad quem conſequẽdum, non in diſcurſu illo naturali eſt fidendum, ſed à Dijs implorandum: Accipitur quandoq; mens pro ſapientia increata, & ingenita apud Mercurium, pro Deo ipſo ſcilicèt, quam, inquit etiam ille, nobis quàm diligentiſſimè procurandam, & illi vniri, cui omnia tendunt, neq; abſq; lumine illo inueſtigãda; de quo ſcriptum *eſt, in lumine tuo Domine, videbimus lumen*: Nec præualent illorum hoc loco cauilli, Deum notiſſimum eſſe ex terminis tam cognitis, & illud, obiectum intellectus eſt ens, igitur, & omne ens: Quoniã & ſi Deus notiſſimus eſt, quoad ſi eſt, non tamen quoad quid eſt, neque infra ens eſt Deus, ſed ſupra omne ens, ſicuti ſuper omne bonum, & ſupra omne pulcrũ, ſuper æternitatem ait Dioniſius, & Plato, & non æternitatẽ, quoniam etiam diuinæ, & ſupremæ illæ mentes, & animæ rationales æternæ ſunt, licèt cũ tempore admixtæ, erit ergo tale ens, tale æternum, tale bonum, & tale pulcrum ad quod non attingit humana, & rationalis mens, niſi lumine illo; quod à patre luminum ſuperfunditur, ſit colluſtrata. Et quoniam rationales mentes aqueam naturam ſapiunt, idcircò clamat Dominus: *ſi quis ſitit, veniat ad me, bibat*; Accipitur tertiò MENS apud veteres Theologos, & præcipuè apud Hermophylũ pro ęterno Dei Verbo, quod à longe, & ſub nube cognouerunt; hinc mentem ab humida natura emanaſſe, in Pimandro aſſeruit, & ipſi

aſtare docuit,quod eſt concinnum Theologis noſtris patribus ſtatuētibus primùm eſſentiam illam diuinam, per ſe actualiter exiſtentē,cui in mediatiora ſunt eſſentialia ad intra ſcilicèt intelligere,& velle quàm notionalia,tribus tamen perſonis communicabilem,idcircò mentem ſecundam dixerunt,quā Philoſophia noſtra Sacerdotiā verbi ſeminarium nominat, quæ etſi non indegenerat,non ob id aliqua imperfectio illi ineſt,porrò, etſi potentia generandi illi non ineſt, tamē potentia generatiua ait ſubtiliſſimus Platonicus Scotus quolibeto ſecundo,potētiam verò vocamus generatiuam,quoniam in filio terminatur vt in adæquato termino,& vt cæteri dixerunt, exanſta, quæ eſt inconſona vox,nec quadrat rationi,vt exauſta dicatur,cū fons ſit omnium peremnis, ſed ò quàm pulcherrimè priſcorū Theologia hoc trinitatis myſterium ſub ænigmate attigerunt, dum Mentem hanc ſecundam ab humida mente emanantē monuerunt,lucem quoq; ignitam vocarunt,germen æternum à Terra illa intelligibili geminatum,quod conſonum eſt Moyſi Gen. 1. *Germinet Terra germen ſuum*,Scio & doctiores Platonicos aliter Hermophylum interpretari,& per mētem humidam, grauidā intelligunt,ideſt ſemina rerum omnium in ſe retinere,idcircò mentem illam eminentiſſimam P A N, ideſt totum vocaſſe,ideſt fecunditate plenam,in qua omnia complectūtur. Sicuti ergo,quæ à terra veniunt,à ſemine veniūt, ita omnia à ſeminaria illa virtute,ſcimus,& omnia veritati eſſe concinna.

Accipitur quartò M E N S pro idearū circulo,eſt enim Deus Mundi illius centrum,cuius circulus eſt ipſa mens,ideſt idearū cumulus,eſt tamen huiuſmodi mens ab illa eminentiſſima mēte ſeiuncta,licèt illi copulata etiam,quam Plato 7. de Rep. vocauit ſummi boni filium, & in Phylelpho progeniē primæ cauſæ,& lucis increatæ filiam,& ipſam lucem creatam,& inſenſibilem, ſeu intelligibilem ab intellectu illo eminentiſſimo ratione ſeiunctum. Alij verò omnium entium terminum, & formā dixerunt: Nos verò vnum,& iure hanc mentem,& idearū circulum V N V M vocitabimus: Verùm non primò vnū,ſed participatione vnum,idcircò ſecundam mentem nominabimus, nō re,ſed ratione à prima illa eminentiſſima mente ſeiunctā:Enim verò tanta eſt huius ſecundæ mentis altitudo,profunditas,atq; difficultas, vt nonnulli ex Platonizātibus occaſionem accepe-

runt, vt Platonem omnino Theologum facerent, & vt dicitur: poſt mortem illum baptizare voluerunt, trinitatemq; perſonarum diuinarum ordine quodam cum Mercurio attigiſſe aſſeruerunt, DEVM primò primitate ſcilicèt naturæ ſtatuentes, ſecundo mentem ipſam, de qua hic ſermo eſt, illius eminentiſſimæ mentis filiam. Tertiò animam rationalem huius mentis ſecundæ progeniem, tandem hæc tria identicè dici aſſerunt, & ita Platonem nobis perſuadent, adumbratè, & ſub ænigmate Trinitatem agnouiſſe, indicaſſeq; monuere; Quæ omnia, etſi Religionem quodammodò ſapiunt, & pietatem, nõ tamẽ perſonarum Trinitati quadrabunt, nec accommodari poſſunt; Nã ſi hæc Mens, quam idearum circulum vocamus, non re, ſed ratione ab illa eminentiſſima mente ſeiuncta eſt, ſed quorsũ hæc cum verbo? & patris ſummi filio? à patre realiter, & perſonaliter diſiuncto? ideæ vero ratione. Deinde ſi anima rationalis ab idearum circulo deſcendit, quorſum hæc cũ ſpirituſancto? qui vtriuſq; perſonæ eſt nexus? durus profectò ſermo eſt, & quis poteſt eum intelligere? Sed diſputent Theologi Patres difficultatem hanc; Accipitur poſtremò mens pro anima rationali, quę iure dicitur mens, quando ſeipſam intelligit, & ſeipſam contẽplatur, cùm verò ad corpus deſcendit, & circa corporalia verſatur. Dicitur, & animus, ſi agit: anima, ſi quãdoq; patitur, & paſſiuè ſe habet, vt mens dicitur ingenita, vt vergit ad corpus, dicitur genita, ad generationem ſcilicèt corporis: Sed nos ad mẽtem humanam diſcendamus, quam Sacerdotes noſtri vocant mentem participatam, participatam quidem, quia ab illa eminentiſſima mente numquàm ſeiungitur ait Plotinus, ſed illi vt radius cum Sole iuncta eſt, hinc illud nobis teſtatum reliquit, MENTEM in MENTE, ſicùt cum Sole radius, & iterum MENTEM à mente numquàm recedere, quod prima facie eſt diſſonũ, & pietati aduerſari apprimè videtur: animæ quoq; damnari nũquàm, poterũt vt ſi radij Solis ad Solẽ ſe habeant, à Sole ipſo numquã recedentes, neq; elongãtes: Verũ ſi nos Plotinum à morſibus his defendere conabimur, & per mentẽ lumẽ illud ſuper cęleſte intelligimus, quo quilibet homo præter rationabilem illum diſcurſum irradiatur, qui radius ad Deũ reuertitur, qui miſit illud, veluti huius ſolis ſenſibilis radius ad ſolem rurſus reuertitur: Quod ſi ita Plotinum declarabimus,

Hh 2 conſona

conſona Theologis erit interpretatio, qui nos admonet, Deũ dediſſe nobis poteſtatem filios eius fieri, ſi tamen à voluptate carnis, & ſanguinis dimoueamur, ſi lucem illam, & deitatis radium ſuſcipiamus. Si poſtremò ſecũdum Deum regeneremur; Arbitratus ſum ego quandoq; Plotinum de mẽte humana indagaturum, vnicam poſuiſſe, & vnicum intellectum, quẽ ſectatus eſt Auer. Sicut vnus eſt ſol omnibus irradians. Placet modò, & ſecuriùs de diuino radio fuiſſe locutum, aſſerere.

Sed deſcendamus ad ſecundam huius aſſertionis partem, & illud aperiamus, Platonicam animã ſcilicèt ex diuidua, & indiuidua naturà conflari: Sed quænam ſit hæc diuidua, & indiuidua natura varia eſt Doctorum ſententia. Nonnulli dixerunt, & ita Plotinum declararunt, vnicum eſſe intellectum in omnibus hominibus, quem ſectatus eſt Auer. vt dictum eſt: & illum quidem diuiduum per cogitatricem virtutem, quam vocat animam ſecundam, & phantaſiam rationalẽ, & hęc diuiſa eſt, quoniam à materia pendet diuiſionis, & multitudinis origine, & fonte, & ita diuidua, ideſt diuiſibilis, multiplicabilis: Indiuiduà tamen, quia vnica eſt, vt ſol vnicus omnes irradians homines, & domos, portas, & feneſtras, ſi tamen non ſit clauſam, & ſolis radios reijcient, quorum ſententiam Sacerdotia Philoſophia noſtra refellit, & meritò reijcere debet veluti inconſonã: dicimus enim animas multiplicari, & ſi non per materiam, quæ eſt multitudinis fons, multiplicatur verò per eorũ ypoſtaſes, & Ioannes Scotus admonet per materiam totius, & iure eorũ ſentẽtias reijcimus, quia principium bene operandi omninò negãt; Alij verò veritati magis adhærentes, ex diuidua, & indiuidua conflãt, ideſt, ex genita natura, & ingenita; genita quidẽ, quia ab eius propria idea deſcendit, & progẽnie illa ideali, vel genita, dum ad ſuum deſcendit idolum, ſeu corpus, ingenita verò ratione ſuæ præſtantiſſimæ naturæ, eſſentiæ, atq; ſubſtãtiæ; Placuit tamen nobis aliquando ita Plotini ſententiam aperire, & de media anima intelligi debere, quam vocant rationalẽ, quæ apud eos media eſt inter animalem animam, & intellectiuam, ipſa enim ſit ſæpè ambabus ſimilis, & vtrãq; ſapiens naturam, diuiduã, atq; indiuidua euadit. Vel de anima mundi Plotinũ, & Platonem fuiſſe locutos dicemus, quæ diuidua iure dicitur cum per quamlibet mundi plagam, portione quadam eſt diui-

ſa,& diffuſa. Indiuidua quidem, quoniam à ſeipſa non diſtat,& nõ immeritò naturam dixit, geminatam, quoniam natura inſtrumentum eſt diuinitatis, & vnica eſt, ſed per ſeminariã virtutem, viuificam, & parturientem, & mundanas rerum ſeries concipientem, diuidua eſt, ideſt communicabilis, vel cum noſtris Sacerdotibus de mente humana Plotini, & Platonis ſententiã intelligi debere putamus, qua diuidua apprimè eſt, quia in qualibet corporis parte ſuas exercet operationes, & ob id quodammodo diuiſa, ideſt diffuſa,& vt noſtri docent: vndique mobilis: huius verò diuiſionis occaſio eſt idolum eius, ad quod ipſa eſt procliuis, cui propriè diuiſio congruit, & ideo in propriè diuiſa, cum incorpora ſit: Eſt ſecundo ex indiuiſa natura glomerata, quoniam à ſeipſa non diſtat, licèt per quãlibet corporis partem ſit diffuſa, veluti de anima mundi ſuperius dicebamus: Sed iam tertiam huius aſſertionis partem contemplemur, quænam ſit glomeratio hæc, qua anima glomeratur? & quod nam glomerationis genus eſt illud, quo anima ipſa conflatur? cum ſimplex ſit forma? Scimus enim non conflatione rationis glomeratam fuiſſe, ſeu vt dicunt Logica, quæ ex genere fit,& differentia, veluti ex materia, & forma, genus quoque vt aiunt: vicem materiæ gerit, differentia verò formæ, neq; conflatione Phyſica, vt ex pura potentia, materia,& actu, ideſt forma, veluti ex partibus componentibus eſſentialibus, igitur glomeratione Methaphyſica,& vt dicitur ex abſtracto, & abſtracto ex intellectu,& intelligibili, & vt Platonici admonent: ex eſſentia,& eſſe; ex infinito,& termino: ex quinq; enim generibus Pythagorici etiam omnia componunt, veluti rerum omnium principia, eſſentia, idem, alterũ, motus,& ſtatus, ex eſſentia enim omnia conſtant, quæ eſt potentia illa communiſſima formarum omnium receptrix, ad eſſe, & non eſſe obediens, ex eſſe, ſeu idem, ideſt actu, nam cum hæc eſſentia ſit infinita, terminatore,& formatore indiget, ex altero, quia quandam tum intra ſe, tùm extra ſe differentiam habet, ex ſtatu; quoniam in ſuo principio, quod eſt illud verè vnum, ſuam retinet vnitatẽ, alioquin ſubitò euaneſceret, ex motu, quia de potentia ad actũ quælibet natura exijt, ex actu ergo & potẽtia, iure ergo animæ multitudo dicitur, vel ex actu,& potentia, ſeu non repugnãtiæ à primo,& eminentiſſimo ente recedentes, nõ enim repugnat,

illis mentibus maior perfectio: Quod genus conflationis Platonici quoq; vocant, ex priuatiuo, & poſitiuo, quæ eſt omnium glomerationum nobiliſſima etiam ea, quæ eſt Phyſica, hinc famoſa deſcendit ad nos propoſitio Peripatetica etiam ex intellectu, & intelligibili fit verius vnum, quàm ex materia, & forma in compoſito Phyſico, & reali: arbitratus ſum aliquãdo more Platonico Empedoclem clarius conflationem hanc aperuiſſe, dum duas nobis reliquit conflationes: Vna inquit, eſt, quæ tendit ad vnum, altera verò quæ tendit ad multa. Quo enim lõgius ab ipſo vno recedimus eò magis in compoſitione verſamur, & in multitudinem labimur, at cum anima in tertio gradu mentium collocetur, iure omne compoſitionis genus in ea reperitur quodammodo. A multitudine verò ad vnũ aſcendẽs in vno tanquam in obiecto feliciſſimo beatur, & in eo quieſcit veluti diſcipulus quouſq; non fit magiſter, ita mens nunquam quieſcit, niſi vni fiat ſimilis, quæ nõ eſt propriè compoſitio, ſed vnio cum ſuo exemplari, ad quod fortaſſe tendit illud Euangelicum: *Porrò vnum eſt neceſſarium*. Hæc duo arbitror illa fore, litem ſcilicèt, & amicitiam; quæ poſuit Empedocles, de quibus ſuo loco dicemus: Nos interim ad illud reuertamur, quod Peripateticum ex Auer. diſputatione ſeptima, *ex intellectu, & intelligibili fit verius vnum*, quã ex materia, & forma in compoſitione Phyſica, & reali; Inquiramus igitur cauſam quare fit verius vnum: Reſpondent nonnulli ex doctiſſimis Peripateticis; ex intelligibili, & intellectu fieri vnum æternum, at in compoſito reali non fit vnum æternum, ęternum quippe dicunt, quoniã intelligibile fit idẽ eſſentialiter cũ intellectu, quiditates enim materiales vbi primum ſunt illuſtratæ ab intellectu agente aſſerunt, & à conditionibus materialibus, & in intellectu potentię recipiũtur, & intellectus ſtatim fit ipſa quiditas, & ita verius vnum, materia verò dum formam recipit, non fit forma, neque forma materia, & ideò non verè, & propriè vnũ: Aſſignant quoque, & aliam potiſſimam cauſam, quoniam inquiunt, ex intellectu, & intelligibili non fit vnum tertium ſicut ex materia, & forma in compoſito reali, quod eſt ipſum compoſitum: Placuit tamen aliquando nobis illis aſſentire Peripateticis aſſerentibus, & cauſam reddentibus, quoniam materia diuiſibiliter recipit formam ideſt dimenſionibus mediantibus, & non immediatè,

diatè, vt intellectus, intelligibile: Idcircò verius vnum: Rurſus intellectus cognoſcit ipſum intelligibile, at materia nō cognoſcit formam, ideò verius vnum: Item intelligibile cum intelligitur, fit immateriale, ſed forma in materia minimè, verū corruptioni ſubijcitur: Modò ſentiendum putauimus, & illud primo accipimus quoq; Peripateticum tertiò de anima 19. In ſeparatis à materia idem eſt intelligens, intellectus, & res intellecta: Iure ergo verius vnum ex intellectu, & intelligibili fit, ac fieri, debet: Placuit tamen doctiſſimis Peripateticis quibuſdā aſſerere propoſitionem hanc ex tertio de anima 19. nō de omni intellectu verificari, ſed dumtaxat de mentibus cęleſtibus, & præcipuè de eminentiſſima illa diuina, à qua pendent: Anima verò, & intellectus humanus ex Ar. inquiunt text. 30. & 39. tertij de anima, à corpore dependere, & propterea illud hic declarandum arbitrati ſumus, vt hæc Ar. propoſitio ita famoſa aperiatur, ac dilucidetur, quam Auer. 2. Cęli com. 3. ſcribit, triplicemq; eſſe conflationem INFIMAM, MEDIAM, ET MAXIMAM: Infima illa eſt, quæ ex materia, & forma fit, & iure infima nuncupatur quoniam cum materia formæ vnitur, forma non fit materia, neq; è conuerſo, ſed quodam ex his reſultat temperatum: Infima quoq; iure dici debet, quoniam ex corporea, & corporea fit, nemo autem ambigit formā, & materiam eſſe corporeas: Secunda verò conflatio, quæ media dicitur ex corporeo, & incorporeo fit, vt ex intelligentia, & orbe, ex quibus fit verius vnum, quàm ex materia, & forma, cū ex ijs tertium quodam non reſultat, ait ipſe Auer. neq; mediantibus quantitatibus ſeu dimenſionibus intelligentia ab orbe recipitur, vt in compoſito reali Phyſico: Ex abſtracto, & abſtracto eſt tertium compoſitum, & hanc obſeruauit præ cęteris Ariſ. 3. de an. 19. Idem eſt in ſeparatis à materia intellectus, & intellecta res, quæ iure maxima dicitur conflatio: In prima ergo cōpoſitione, quæ eſt infima, fit vnum, in ſecūda fit magis vnum, in tertia maximè vnum: qua de re aſſerendum putamus de quolibet intellectu Ar. ſententiam verificari, ſed analogicè, & per prius de eminentiſſima illa mente, quæ nihil extra ſe, neq; ſupra ſe aliquid intelligit: ſcriptum eſt enim x. Met. com. 2. quòd illud verius vnum dicitur, quod minus fit particeps diuiſionis, at cum Deus ſit ſummū vnitatis faſtigium, & omninò indiuiſi-
bilis,

bilis,eſt ſimpliciter vnum,cętera verò potius numeri, & vt noſtri admonent potius vnitates.communis verò Peripateticorũ ſententia eſt, & præcipuè Marciantonij Zimaræ Theoremate 127.nõ de omni intellectu; ſed de eminentiſſimis intelligi debere iudicat,non autem de intellectu, qui à corpore depẽdet, ab obiectis,& phantaſmatibus: ſcriptum eſt enim 3.de anima 30.& 39.Oportet intelligentem phãtaſmate ſpeculari,ſed nos ſuperius declarauimus cum Sacerdotibus noſtris Ariſt. verba excitatiuè intelligi debere: probauimus quoq; ſcientiam noſtram in prędicamento ſubſtantiæ eſſe reponendam, omnia ergo conflata ſunt præter illam mentem eminentiſſimam Deum penitus ſimplicem, & ideò tam rerum omnium potentiſſimũ, quàm omnium ſimpliciſſimum, in ſimplicitate enim conſiſtit vnio,& in vnitate poteſtas: Ideo exijt edictum à Sacerdotibus noſtris,vt nemo dicere audeat,ex pluribus eſſe cõpoſitũ, quoniam ſi modò rectum compoſitus fuerit, ex aliquo conſtabit, quod erit tanquam ſubiectum, & aliquod quod erit tanquam forma. Itaq; non erit vndiq; perfectiſſimus, cum in eo ſit pars altera imperfectior ipſo toto,non erit agens ſummũ, quia non per ſe totum aget,quicquid aget,ſed per partem alteram ideſt formam, cui agere eſt, non erit beatiſſimus, quia non fruetur vbiq; ſeipſo, non enim ſe totum in membro quolibet complectetur: Videbit enim in ſe aliquid aliud præter Deum, quoniã non idem pars eſt,& totum: Iure ergo dixit Plotinus,Deus ipſe intellectio eſt, & non in aliquo intellectu tanquam potẽtiæ, & propterea potius intelligibile, quàm intellectus aut quouis alio nomine nuncupari debere.

Neq; illorum valent cauillationes de compoſitione, quã vocant, cum his,ſed non ex his, vt formalizantes aſſerunt: Deus enim neq: ex his,neq; cum his,quia non immediatè, vt ſibi falsò perſuadent,mouet orbem, vt formam ipſam formaliter informantem, ſed illi aſſiſtit. Illud verò de attributis quoq; friuolum eſt,cum in eſſentia illa eminentiſſima ita abſorbeantur vt potius dicant non identitatem,at non conflationem, & ratione ratiocinabili dumtaxat diſtinguntur, ſeu ex natura rei, ideſt ſi diffinirentur vna in alterius diffinitione nõ poneretur, eſſent enim Sinonyma,& non diuerſa,propterea non tranſlatiuè dumtaxat, quoniam ablata qualibet ipſius intellectus ope-

ratione, ſeiungerentur, & adhuc eſſet non identitas: Hinc liquet illorum error, aſſerentium attributa eſſentiæ in hærere per modum in hærentiæ ſeu dicunt formæ, quod penitus veritati repugnat, attributa enim nulla prorſus modò eſſentiam perficiunt, neque perficere poſſunt, cum de ſe ſit vltimatè perfecta, igitur per modum ſubſiſtentiæ illorum quoq; ex ijs omnibus, quæ diximus, liquet error, aſſerentium, intellectualitatem eſſe ſummæ deitatis attributum, quoniam intelligere, & intellectus idem ſunt in Deo, immò ipſe Deus, vt Plotinus monuit, potius intelligibile dicitur, quàm intellectus, & hac fortiſſima, & validiſſima ratione Ioannes Scotus ſubtiliſſimus Platonicus quolibeto primo probabat dari eſſentialia quædam ad intra, quæ nullum dicunt reſpectum ad extra, ſicuti ſunt intelligere, & velle, idcirco eſſentialia immediatiora notionibus nixus eſt oſtendere.

De animabus mundi ſubterranei, quas Dæmones vocamus, à Laicis Philoſophis neglectas, & quaſi ſphynges, & Chymeras eas irridentibus.

Cap. XXXVIIII.

ANIMAS ſubterraneas, ſeu Dæmones, omnes ferè lucis filij ſaltem illo naturali lumine afflati, gentium Theologi conceſſerunt, ſoli ſenſus, & tenebrarum filij animas ſubterraneas temerè negarunt, & veluti inanes fabulas vt de pigmeis fabuloſè ſcribitur, neglexerunt Auerroes inter omnes iſtius pollutæ, & ſordidæ cohortis princeps, vt in quadam eius epiſtola de hominum reſurrectione legere eſt, à nomine primùm animas Dæmonum inuerecundè irridet, & non Dæmones, ſed Dimenes vocat, hóc eſt terrores, igitur ad terrorem inquit, & vulgarium pauorem prædicantur: Vulgares enim rationibus Philoſophicis gubernari non poſſunt, igitur terrore, & pauore gubernandi ſunt, quis ita fatuus, inquit, omninò erit, & ita ſtupidus, vt poſt tot mala commiſſa, poſt mortẽ cruciari audiat, & à malis ſpiritibus torqueri, & puniri, vt non pertimeſcat? O hominis polluti apertum mendacium, & blaſphæmia, nominũq; corruptor: Nõne à Platone nominũ interprete, diuinoq;

furore afflato accepiſti, Dæmonem, ideſt ſapientem, & non terrorem, Ducem quoque ſignificare, peritum? perlegiſti enim Platonis Cratillum, & ſapientem Ducem accepiſti; qu id ergo falſum tibi nomen effingis? & nomina cogis? perlegas, & rurſus Platonis Thimeum, & Dæmonem inuenies, & non Dimenem, & terrorem, ſed Ducem peritum, & ſapientem; Apuleius Dæmones quoq;, & non Dimenes confeſſus eſt, & non negauit; Verùm animas eſſe dixit hominum defunctorum vitiorũ omnium affectas, in Dæmonum conuerſas, & veluti Laruas, & lemures, & inde nos pauere, & terrere, Apuleij ſectatores addidere Dæmones, & animas huiuſmodi habitare poſteà in orbe triſti, in fornacibus, in ſepulcris, & ſimilibus; Apuleio videtur ſuffragari Plotinus, qui quoq; hominum animas Dæmones dixit, & ex hominibus fieri Heroes, & aereos ſpiritus, quos Poetæ Iunonis filios effingunt aeris deprauata anima, ſi tamẽ boni meriti ſunt, ſi verò mali lemures, & non Heroas, laruaſq;, & deprauatas animas, ſepulcrorum terriculamenta, à quibus laruæ illæ exeunt, vt ſint auriſpicibus adminicula; horum ſententię delirium profectò exiſtimauimus, & mentis morbũ, à ratione enim longiſſimè diſtant; nam ſi hominis animam in Dæmonem vertimus, in aliam ſpeciem vertimus, at verſio hæc nonniſi via interitus, & corruptionis fieri poteſt, hoc autem intolerabile eſt, animas hominum eſſe mortales, & corruptionis cõpotes, quod enim in aliam vertimus, in corruptionem, & interitũ vertimus & illud ab eo, quod erat, detinere neceſſe eſt; Iure ergo B. P. Auguſt. inter hæreſes horum ſententiam connumerat, vt de hęreſibus cap. vigeſimooctauo legimus; Quàm hæreſim Tertulliano quoq; impingere: Arbitramur autem Tertullianũ ſecundum methaphoram illud intellexiſſe, qua vti ſacra eloquia cõſueuerunt, vt illud, vos *ex Patre Diabolo eſtis*, & illud, progenies viperarum, quis vos liberabit à ventura ira: Sicuti enim viperę genitrices occidunt in natali eorum, ita Phariſeorũ turba matrem Synagogam in Prophetis ſuis occiderunt: Caueãt igitur exorciſtæ, ne ſpiritibus immundis credant, dũ illos exorcizãt, aſſerentibus eſſe animas interfectorum, Socratis, vel Platonis animam, quoniam veritati aduerſantur, & apertum eſt mẽdacium: Verùm ſi ita accipient obſeſſorum verba, ego ſum, ſcilicèt ſpiritus Socratis, hoc eſt ille ſpiritus immundus datus Socrati

erati in flagellum; & exercitiũ iſtius vexati corporis, recta eſt locutio, non autem ſic intelligenda, ego ſcilicèt ſum ſpiritus, & anima Socratis in Dæmonem conuerſa: Caueant quoq; qui noſtræ Religioſæ Philoſophiæ oblectãtur illud aſſerere, quod Pythagoræ, & Pythagoricis tribuitur, hominem Dei ſtatuam apprimè venerandam, in beſtiam demigrare; quæ potius Aegyptiorum quorumdam fuit ſententia, ponentium animas quaſuis eſſe eiuſdem ſpeciei, beſtijs ſimiles, eaſdemq; eſſe piſcium, & formicarum animas: Quam quoq; ſentẽtiam Platonis emuli Platoni Viro ſapientiſſimo tribuerunt, & Pythagoræ, occaſione illa, quia in Thymeo hæc, vel ſimilia verba prẹlegerũt: *Virorũ animas in mulieres reuiuiſcere*, vitijs verò immerſos in beſtias dilabi, inferis verſari, & cum auribus grege facto vnà volare, in piſcibus, & maris vndis; In Phedone etiã illud perlegere auaritiæ ſtudentes, & rapinis in miluos, & vulpes: Quẹ omnia à Platone lumine diuino afflato aliena vt diximus omninò ſunt: Nõ enim ignorat Plato animas hominũ ſpecie differre ab animabus formicarum, piſcium, miluorum, & luporũ, nec illud quoq; ignorauit Plato, animæ hominis proprium eſſentiale eſſe intelligere per ſui ſubſtantiam: Illud ergo eſſentiale proprium, quo pacto in alterius proprium verti poterat? in deteriorem, & in brutalem permutari, Aegyptiorum ergo fuit olim ſententia, ſed non Platonis, neq; Pythagoræ: propterea termagiſter Hermophylus hoc animaduertens ad Titium filium eius, ita aduerſus Aegiptiorum delirium ſcribit: Anima (inquit,) hominis aliud, quàm corpus humanum, non quærit, nec petit, nec aliud capere poteſt; lex enim diuina tam nephariam prohibet genituram; Sed dicetis: Numquid B. Pater Aug. inter Platonicos primam obtinens ſedem, Pythagorẹ, & Platoni falsò hæc aſeribit x. de Ciuit. diuina cap. 30. & libro quoque 12 cap. 20. Reſpondemus cum doctioribus in Platonem; non falsò ab Aug. criminari, nam veriſſimum eſt, quod Plato aſſerit, homines in mulieres, & quandoq; in beſtias migrare non quoad naturam, ſed quoad habitum: Propterea x. de leg. illud per pulcrũ conſulebat: *Domi bruta diuerſa nutrienda*, vt ſcilicèt ab eorum brutalibus affectionibus inde caueamus; illaſq; odio habeamus: Quod quidem Platonicum Symbolum, me Hercle aureum eſt, & Moyſi congruum, qui in Gen. beſtias ad hominum ſeruitutẽ

fuiſſe creatas ſcribit, hoc eſt ad eorum fugiendos mores, non
ergo in Aſinos conuertit, ſed in aſininum hominem, & Lupinũ
non tamen in corporis formam, ac liniamentum, ſed vt dictũ
eſt, quod habitum illum ferinum, beluinumq;. Placuit tamen
Platonem, & Pythagoram ita, à calumnijs liberare, illud ſcili-
cèt dixiſſe, vt vulgares terreret, eoſque à vitijs retraheret, & à
malis deſiſterent, licebit enim quandoq; Medico etiam perito
mentiri pro ægroti ſalute: Magis conſona tamen eſt Theolo-
gorum ſententia, qui hominis animum ita in beſtiam vertunt,
dandæ ſcilicèt pœnæ gratia per eminentiſſimam, & exquiſitiſſi-
mam imaginationem, vt Daniel teſtatus eſt de Rege Babiloniæ
qui in bouem fœnum deuorantem ob ſua grauiſſima ſcelera di-
uinitùs tranſlatus eſt, donec purgatus reſipiſceret, hac quoque
furioſiſſima, & vehementiſſima imaginatione, inferiores Dæ-
mones corpora ingredientes humana, imaginationibus no-
ſtris ita ſe ingerunt, vt illas moueant, & vt ſimus quandoq; bru-
ta, arbitremur. Dei ergo imaginem in brutum vertere intole-
rabile eſt: ſed tranſeamus ad Platonem noſtrum, qui apertiùs,
& clariùs de Dæmonibus locutus eſt, & illos confeſſus eſt, & nõ
negauit. Sed eſſe ab animis hominum ſpecie diſtinctas affirma
uit. Verùm omnes bonos exiſtimauit, & nullos malos quãdoq;
aſſerere videtur hac ratione, quia cum Dæmones ſapientes di-
cantur, & ſapientia ſe imbutos ſignificent, Duceſq; peritos, &
Deorum interpretes ſupra hominum naturas; propterea om-
nes bonos exiſtimauit. Si verò Dæmones contingit quandoq;
malos eſſe, ex euentu eſt, hoc eſt ad hominum iudicium vt fla-
gellentur interdum homines, & puniatur: Ipſi verò ſtatim in-
ferunt, à Dæmonibus malis, hæc flagella veniunt, veluti à pra-
uis Dei miniſtris, ſed tolerandus eſt Plato vir quidem ſapien-
tiſſimus, quia Luciferi caſum, & Angelorum peruerſionẽ non
agnouit, & illo diuino lumine in ijs, quæ de Dæmonibus ſcruta
mur, fuit deſtitutus, dumtaxatq; de Dæmone, naturave ſupra
hominem, & non vltra egit· in hanc Platonis ſententiam venit
Calcidius, quem ſectatus eſt Democritus, & Democritici om-
nes, orantes, & dicentes. Oremus fratres Chariſſimi rogemuſ-
que vt bonos Dæmones habeamus, ſeu Eudemonios, & Genios,
non autem illos truculentiſſimos vultu, & aſpectu terribiles
quorum plaga orientalis admodum plena eſt, quos terra ex-

pellit, mare reijcit, æther non fert, ſed ab aere tantum oſcuro, caliginoſo mortis vmbra recipiuntur: Orpheus gentiũ Theologus maximopere venerandus Dæmones ſub ænigmate ita effingebat; Titanos vocitabat ex terra ortos in hominum vltionem: Iouis miniſtros, Dionyſiacos, Bacchum dilaniantes, & dilaniatum deuorantes abſq; Iouis mandato, quẽ dilaniare noluerat, quod ænigmatica Theologia admonere videtur, nulli hominum ſub diuina prouidentia viuentium licere in ſeipſum manus iuferre, quia Titanorũ eſt, Dæmoniacorumq; manus in metipſum inijcere, quamdiu ſub diuina prouidentia, ſicut enim natura corpori animam alligauit, ita à natura eſt ſoluendum, non enim licèt hinc abire, anteaquàm Deus iubeat: præcioſa profectò Theologia, etſi ethnicorum eſt, noſtræ tamẽ Theologiæ cognata, quæ non occides, admonet.

Porphyrius, Proculus, & Pſillus ex numero quatuor elementorum quatuor Dæmoniorum genera venati ſunt, Terreũ ſcilicèt, aqueum, aereum, & igneum, Terrei Dæmones ij ſunt, qui nobis per carnem aduerſantur, aquei verò per ſanguinem, & pituitæ admixtionem, aerei verò per ſpiritum ſuperbiæ, ignei autem per excandeſcentem, & inflammantem iram præcipitãt quorum aliqui occidentales ſunt, alij orientales alij meridionales, alij verò aquilonares, quorum primi per diuinationem, alij deſperationem tertij per nimiam fiduciam in Dei benignitatem, aquilonarés autem per rebellionem homines à Dei bonitate euertere conantur: proptereà in quatri vijs morantur, vt hincinde tranſeuntes adoriantur, quod apprimè fatidicæ mulieres, & Phitoniſſæ obſeruant, in triuijs quoque commorantur, quia loca ſunt, vbi gentium turba vnà plurima cogitur; Sunt etiam ſpiritus verſantes, & domeſtica loca petentes, qui conuerſari appetunt, vt magis tentent, maximæq; aduerſentur; Soli ergo tenebrarum, & ſenſus filij Dæmones cum Ariſt. temerè negant mordentes, & irridentes proptereà irridentes interrogant, Rhetoricorũ ſecundo in cap. de interrogatione, quid ſentis, inquit, irridẽdo, de Dęmonibus ſunt ne Deorum filij? ſunt ne materia, vel forma? ſi materia, an prima? vel ſecunda? non prima, quæ pura eſt potentia, non ſecunda, quia elementum, ſi elementa ſunt, ergo animata, ſi verò formæ ſunt, in corpore igitur erunt: Quęrò in mortali, vel in imortali, ſi ſem-

ſi ſempiterno ſunt corpore, ergo in cæleſti corpore, at in eo ſupernæ mentes locantur; Si in caduco, igitur ſenſibiles erũt Dæmones, & ſub ſenſu cadent: Quæ vos igitur cepit inſania, ſi Dęmones numquàm vidimus? aut aliquo ſenſu percepimus? quid ſentis de Dæmonibus? Sunt ne fortaſſe formæ per ſe exiſtentes? minimè, quoniam nulla forma per ſe exiſtere poteſt niſi in materia, ſeu in corpore: Sed ò polluti hominis Sophiſticatio; ſibi ipſi aduerſans, & rationi, veritatiq;, & experientiæ, quæ eſt, vt dicitur: rerum magiſtra; in ijs enim, quæ de ſomno, & vigilia ſcribit, quodam áſſeruit eſſe genus ſomni Dæmoniacum, & illuſiuum, at Dæmoniorum eſt illudere, ergo ſibi ipſi aduerſatur Ariſt. nec præualet ſectatorum apologia, illud ad vulgariũ dixiſſe mentem, quia naturam quoq; Dæmoniacam appellitauit, & inter ſubſtantias quarto ſuæ Meth. connumerauit. Rationi etiam iſte pollutus homo repugnat, quoniã ſi Dęmones non dantur in entium latitudine, igitur imperfectum reddit vniuerſum, quod perfectum ſtatuerat primo de Cælo, probatur conſequentia, quia vniuerſum nihil eſt niſi ſpecierum omnium plenitudo: cui nullus deeſt perfectionis gradus ex pertinentibus ad perfectionem eius, confarcinatur igitur ita argumentum Phyſicum, & quoq; Platonicum: Dãtur animalia terrea, dantur, & aquea, aerea, igitur, & ignea dari etiam debent animalia: Quærimus quæ nam ſint hæc animalia ignea? non enim ſtellæ, quæ igneę exiſtimantur à noſtris Religioſis Philoſophis Cęlum ex materia ignea ſtatuentibus, quod Ariſt. omninò negligit, igitur Dæmones erunt animalia hęc, negabit fortaſſis Laicus dari animalia aerea ex ijs, quæ Ariſtot. monuit 4. Metheororum, qui in terra, & aqua tantum animalia generat: ſed temerè negabit, quoniam etſi animalia aerea terrã petũt, & in ea requieſcere quandoq; conſpicimus, non propterea non aerea negabimus, ſi ergo in aere gignuntur animalia, igitur & in igne, aliter deficeret vniuerſum à perfectione, graduvè illo perfectionis hoc argumento, ipſe Ariſt. 3. de gen. animal. probauerat huius difficultatis veritatem, & ſi eius ſectatores aſſerant, argumentum eſſe ad hominem, & ad Platonis mentem, & non ad mentem propriam, vel ſub dubio vertiſſe, & non in his locis inueſtigandum: Aduerſatur tertio Ariſto. experimento: impoſſibile enim videtur, hominem idiotam græco, ac latino

idiomate

idiomate loqui, niſi oppreſſus fuerit à Dæmone, nec valebit illud aſſerere, quòd ſolent ex humore atrabilioſo id eueniſſe, quin negat ipſe, & tota ferè eius cohors, ſpecies in nobis vnitas, & formulas in humanis mentibus, ſed veluti tabellas raſas, & nudas exiſtimat, qua igitur coniectura id excogitari poteſt, vt plebeus homo, & vulgaris ſine Dæmone hæc efficere valeat? Si nudus fuit animus illius ab initio. Quid quoq; farinam Ar. ſectãtes reſpondebunt? ad furorem hominis correpti, quẽ nec tres, neque quatuor ex fortioribus hominibus ſranare potuerunt: Quid etiam ad ſtatuas, & Ethnicorum idola reſpondebit pollutus homo? etſi ab arte, & magia illa euenire fatebitur, numquid magia, & ſcientia illa deperdita eſt? qua ſtatuæ loquebantur, & idola, heu vos inſanas mentes: illud igitur dicatis nobiſcum à Dæmone fuiſſe, quem veluti principem eijcit Dominus Ieſus ab eius imperio, vt ſcriptum eſt: *nunc princeps huius mundi eiicitur foras* ad loca illa ſcilicèt ſubterranea in ſeptẽ diſtributa, & iure quidem, quoniam ſicuti per ſeptennarium numerum nobis peccata remittuntur, ita & per eundem puniuntur, & diſponuntur, ſi quoq; Doctiſſimis Theologis credendũ eſt, ſuper illud Apoc. 15. de ſeptem Angelis habentibus ſeptem plagas nouiſſimas, in quibus ira Dei conſumabitur, ſeptẽ ſunt damnatorum loca, vt & ſeptem beatorum, & Paradiſi habitacula, ſeu manſiones vbi lux Solis ſeptuplò fulgebit, quemadmodus Iſaias teſtatur, vbi ſunt etiam ſeptem illæ Lampades ardentes, vt 4. Apoc. legitur, vbi ſunt ſeptẽ ſpiritus, quibus bona omnia diſponuntur, ſic & ex aduerſo ſunt ſeptem pro tormentis loca enumeranda, & ſeptem Angeli habẽtes ſeptem plagas nouiſſimas, in quibus ira Dei cõſumatur; Primus igitur huius mũdi ſubterranei locus PVTEVS vocabitur, vt teſtis eſt Pſalmus 65. No *vrgeat, inquit ſuper me puteus os ſuum*: Secundus dicitur: INFERNVS, de quo ſcriptum reperimus Pſal. 6. *In inferno autem quis confitebitur tibi?* Tertius locus dicitur, MORS, vt patet: *Non eſt in morte, qui memor ſit tui*: Quartus appellatur MORTIS VMBRA, vt quoque ex Pſalmo probatur. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis*, non timebò mala, quoniam tu mecum es: Et ſi conſiſtant aduerſus me caſtra Dæmonum, non timebit cor meum; Quintus locus SILENTIVM vocat Theologi, quoniam nulla eſt inferno laus, neq;

confeſſio de Deo, vt ſcriptum eſt: *Non mortui laudabunt te Domine*, neq; omnes, qui deſcendunt in infernum, ſed ſilebunt, tacebuntq; blaſphemabunt, iuxta illud. *Superbia eorum, qui te oderũt ſemper aſcendet*. Sextus locus nuncupatur EXTERMINIVM: Et perditio, vt in Ioannem, cap. 9. & in Mattheum: *Ite ad eſſe, quod eſt peius omni non eſſe*. Septimus dicitur, GEHENNA lamentationis Vallis, vt Dominus aſſerit: *Ite in gehennam ignis*: In puteum detruduntur incontriti, & inconfeſſi, qui os nõ aperuerunt Dei Miniſtris, vt optime explanat D. Aug. ſuper illud; Ne abſorbeat me puteus os ſuum: non abſorbebit, inquit, puteus os ſuum, ſi tu os tuum non clauſeris, & peccata confeſſus fueris: In foueam detrudẽtur auari, quem locum aptiſſimè nominum interpretes dixerunt mammonem forſan à Rege illo Saul auariſſimo, qui in Malachitas noluit eſſe pium, nec diuino præcepto ſubire voluit; ſed auaritiæq; ſtuduit, nõ diuitias Deo offerre auſus eſt: In carcerem detrudentur ij, qui fontem vitæ neglexerunt, & ciſternas diſſipatas ait Hieronimus, ſibi fabricauerunt, illud paruifacientes: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis*: In vmbra mortis collocabuntur, qui in vmbris huius ſeculi in apparentibus oblectationibus ita oblectati ſunt, vt veriſſima deſpexerint. In ſilentio reponentur ſtantes tota die ocioſi, neq; orantes, neq; collaudantes, neq; gratias Deo referentes, nec quicquam boni operãtes: In exterminio deſtinabuntur qui extra terminos rationis, metamq; malè agendi tranſierunt, nullo pietatis gradu in Deum, aut proximum vſi. In Gehenna ignis tandem claudentur blaſphemi Deo, quod non erat cõueniens, tribuentes, & ab eo, quæ conuenerant, negantes, ita enim à Theologis blaſphemia diffinitur, & iure in igne illo inſtrumẽto diuinæ iuſtitiæ torquentur, quem Iſaias cap. 30. vocat Dei flatum ſicut turres ſulphuris ſuccendens eos, quæ tropica eſt locutio iſtius mũdani ignis ad illum ſubterraneum, quæ loca, vt ſuccinctè dicamus, & ſi corporalia non ſunt, ſimilia ſunt tamen corporalibus, loca quidẽ tetra, vt ait Mercurius noſter Termagiſter ſubterranea loca perturbationis, vbi nullus ordo, ait *Iob ſed ſempiternus horror inhabitat*. loca ergo formidoloſa, inquit, Plato contraq; paludeſque: vbi vera animarum triſtitia.

Sed non ab re Doctiores modò quæſita, & difficultates proponunt

ponunt diſcutiendas, & primo illud quærunt, an Dęmones corporei ſint, an incorporei? ſi corporei, an animata vel inanimata corpora? ſi quoq; corporei, qualis figuræ erunt? cum omne corpus limitatam ſibi figurã terminat: Rurſus, ſi animata ſunt, nutriuntur ne? an ita viuunt vt incorporea? his, & conſimilibus difficultatibus, ita Religioſa noſtra Philoſophia reſpondet, verum prius illud adnotare expedit, quod ſi illis veteribus credẽdum eſt, aſſerentibus omnia eſſe corporea, Dæmones etiã corporeos facere neceſſum eſt, at qm̃ hæc veterũ opinio ab omnibus ferè Philoſophantibus reijcitur, præſertim ab Ariſto. 3. de anima, qui ab operationibus animę venatus eſt, animã incorpoream fore, igitur nõ omnia corporea ſunt, Deum quoq; omninò incorporeũ 12. diuinorũ demõſtrabat hac ratione quia nulla virt⁹ in corpore, ſeu in magnitudine mouet, tẽpore infinito: mẽtis igitur morbus eſt ſtatuere Deũ, animamq; mundi lucem corporeã, vt ipſi ſibi perſuadẽt, nec eorũ reſpõſio facit ſatis dũ ita reſpondent omne eſt corporeũ, quia corpori alicui eſt vnibile, igitur ſaltẽ per vnionẽ ad corp⁹, omne quod eſt corporeũ erit ex vnione, nã Deus neq; corpus, neq; corporeus, ẽ ſicut nec cõpoſitus, neq; cõponibilis, ſed ſummè ſimplex: Eſt ſecũdò obſeruandũ corpora eſſe in duplici manerie, quædam vbi plus eſt de corpore, hoc eſt de materia, quàm de ſpiritu, ſeu aĩa, veluti ſunt animalia hæc terrea, & aquea, quæ cõmuni quadam voce corpora craſſa vocitãtur, & mortalia: quædã verò corpora sũt, in quibus eſt multum ſpiritus, ſed parũ materiæ: Verum quemadmodũ prima illa corpora, quæ materia maximè vigẽt, & parũ ſpiritu ſequuntur ad ea, ſpiritus ita; vt ſecundum exigentiam corporis ſpiritus operetur, ſic vice verſa corpora ſecũda naturam ſpiritus ſequuntur: Dęmones igitur talia corpora sũt vbi magis viget de ſpiritu, quàm de materia, quam ſpiritualitatẽ, quaſi conſonam Beatis dotẽ ſubtilitatis, recipientes, & per eã corpora qualitatem ſequuntur ſpiritus, & ita non ſic mirabile videbitur, ſi quandoq; ianuas clauſas Dæmones ingredi audiuimus; omittã hoc loco referre quæ Magia admonet, per poros quoq; introire poſſe, per vacuitates, & per feneſtras, etiã ſi corporei ſint; Tertiò Philoſophia noſtra illud adnotat ſcitu dignißimum, quòd ſi Dæmones corporei ſunt, vbi magis viget de ſpiritu figurã tamen non habent determinatam, ita Pſellus,

Porphyrius,& Iamblicus Sacerdotes noſtri monuerunt, quoniam corpora fluxibilia ſunt, ad omne genus corporis procliues veluti nubium corpora: Videmus enim ſæpè nubes hominũ figuras effingere, Vrſorum, Draconum, ita Dæmonum corpora, differunt tamen, quoniam nubes meritò continentis,& ventorum agitatione varias ſuſcipiunt imagines; Dæmones verò voluntate conſilio, ac eorum propria electione modò breuiores, modò longiores, modò rotundam, modò quadratam effingunt; Amelius tamen,& ſectatores diſtribuunt de figura in eſſentialem,& accideralem, eſſentialis Dæmonum figura eſt (inquit,) orbicularis, quia perfecta; accidentalis verò ad libitum, & ad eorum voluntatem ſibi ſtabilitant; Sed ex hac Amelij reſponſione illud ſequitur, Dæmones habere corpora ſibi naturaliter unita; ſi figuram habent eſſentialem determinatam,& tunc dubitatio fiet obſcurior. Quartò Philoſophia noſtra illud aduertit, quòd ſi corporei ſunt, vbi maximè viget de ſpiritu, quàm de materia, inuiſibiles tamen ſunt,& inuiſibilia corpora adeo ſubtilia, tenua,& quoq; agilia, vt videri nequeant, neque tangi; Verum pro eorum voluntate,& conſilio videntur quandoq;,& percipiuntur, tanguntur, odorantur, colores varios,& figuras ſumere,& cum aerei ſint, diuerſos quoq; aeris colores, fœmellæ, & maris imaginem oſtendere volute; ergo Calcidius Dæmonem ita diffinit; Dæmon eſt animal aereum, corporeũq; immortale curam hominibus impartiens, quam diffinitionem nonnulli ex noſtris ita explicant: Dæmon eſt animal vtiq; corporeum, hoc eſt corpore vtens, vt vehiculo eius, propriũ tamẽ numquàm derelinquens æthereum, vel aereum; ob id animalia in triplici diſcrimine diſtribuunt, in Deos, homines,& Dæmones, Deos cęleſtinos, homines terreos, Dæmones aereos: Deos eminẽtiſſimum obtinere locum, homines infimum; Dæmones medium, quoniam cum vtraq; natura excelſa, & infima habẽt commercium: Sed aduerſus hanc Calcidij,& ſectatorũ doctrinam ita arguitur: Aer eſt ſimile in totum,& in partibus, ſi igitur aliquæ partes aeris animantur, ergo & totum animabitur, ſed nulla eſt in aere animi operatio, ipſo toto; Sed negabit Calcidius, aerem non eſſe animatũ à IVNONE anima propria, qua in eſſe conſeruatur, mouetur,& operatur, ſicut Terra à VESTA animatur: Tunc ita Laicus inſtat; Omne corpus

animatum

animatum eſt organicum, at aer non eſt organicũ; igitur. probatur minor, quia eſt fluxibilis, inſigurabilis, & interminabilis; Sed negabit rurſus Calcidius maiorem illam; omne corpus animatum eſt organicum; nam cœleſte corpus animatum eſt, & tamen non eſt organicum, non enim eget organis, igitur ſecundum corporis exigentiam natura operatur. Arguit tertio laicus; Vel aeri tribuitur anima propter generationẽ, vel per ſenſuum operationem ſcilicèt organorum: Reſpondebit Calcidius, quod aeri anima cõuenit propter motum, eſt enim naturâ tum quodam, anima verò motus principium. Tandẽ pro Calcidio reſpondemus Sacerdote noſtro, eſſe corpora non verò Phyſica, vt Laica Philoſophia putat, ſed medio modo tenuia, & ſpirituoſa, vt de Angelicis ſpiritibus aſſerebat Paulus: *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammeos*, igitur corpuſcula ſunt Dæmonum, corpora ignita, & flammea: quod etiam D. Baſilius ita oſtendit: Non enim, (inquit,) moueri poſſent Angeli de loco ad locum, niſi corporei ſint, ſicut & animæ quæ ſpiritus ſunt; Vehiculis tamen deſcendunt ad corpora, æthereo, aereo, & corporeo; quod quidem Platonicũ eſt. Quod ſi Dæmones, (inquit,) aliquando incorporeos diximus, in cauſa eſt, quia viſum, tactum, aſpectum, & huiuſmodi effugiũt, quæ tandem ſunt corporis affectiones; vt tendebat illud Porphyrij, in arbore, quam pinxit Chryſaorio: Animal ſcilicèt, aliud corporeum, aliud, incorporeum, ex parte igitur ſenſuum noſtrorum incorporei ſunt, quia nolunt videri, neq; tãgi. Sed adhuc inſurgit difficultas, ſi corporei ſunt Dæmones ex parte ipſorum, & eorum natura corporea eſt, igitur cibo, & eſca egent, qua nutriantur; Secundò igitur, mortales, ſed qua ratione nutriri poſſunt, ſi carent inſtrumentis nutrientibus, puta, epate, corde, & id genus inſtrumentorum? reliqua; huic difficultati ita reſpondendum eſſe arbitramur, quòd nutriuntur eo modò, quo decet, & quo corporei ſunt, aerea enim ſunt corpora, igitur aereo alimento veſcuntur: Non ne quoq; de ſpiritibus noſtris animalibus, vitalibus, & naturalibus, odore præſertim vini nutriri aſſerunt Doctiores Medici? Odor enim aereus eſt igitur aereo cibo alitur, quod ita probari poteſt: Dæmones quandoq; odore læduntur, igitur odore quoq; refocillantur: Læduntur enim odore rutæ, quæ eſt herba ſolaris, vt Phœbea,

vt ſcribitur, at cum ipſi ſint tenebrarũ filij, & lucis inimici, ab ea
læduntur ratione illius Sympatiæ, quam ruta habet cum Sole:
O quàm per pulchrè ſcriptum eſt Eccl. 33, *omnia Deus poſuit ſub
contrario*, contra tenebras lucem; & contra bonum malũ; Cada
uerum humoribus quoq; Dęmones nutriri fortaſſe aſſerere nõ
eſſet abſurdum, cum ſint eorum loca immunda, & polluta, & in
immunditie oblectentur, veluti animalia aquilonaria, quo ce-
ciderunt, abs quo immundicies omnis, & pollutio deſcendit:
Non ergo abſq; ratione noſtra Mater Eccleſia Spiritus Sancti
lumine colluſtrata Dęmones profumis reijcit, luminibus, Thu
rificationibus, aſperſionibus, canticis, & organis, & Muſica, q
cũ aerea ſit, & aere prolata, Dęmones apprimè lædit. Scit enim
Eccleſia Dæmones in cadaueribus, cimiterijſq; mortuorũ ob-
lectari: Quibus ita adnotatis, iure illud ſequitur, q Dæmones
perturbationibus ſubijciuntur, ſi.n. læduntur, igitur turbātur
ad exorcizantium minas, à nominibus Sanctis terrufiūt. Dili-
gunt ergo, & odio habent, ꝓpterea Iamblico de Myſterijs Ae-
gyptiorum non eſſe credendum putauimus, qui Dæmones nõ
perturbari aſſeruit, ſed omnino eſſe à perturbationibus immu
nes: Nec præualet eius argumentũ, qm immateriales ſunt, & à
materia nõ pendēt, nã mens humana à corpore quoq; & à ma-
teria in eſſe non dependet, tũ turbatur, & angitur quatenus ad
corpus vergit, & in corpore operatur: Ad illud verò an morta-
les, vel immortales? ita reſpõdere opinamur, eſſe immortales,
& mortales quoq;, nec præualebit ſophiſticantiũ cauillatio,
duo prędicata oppoſita non poſſunt vni, & eidem naturæ con-
uenire, quia diuerſa ratione mortales, & immortales ſunt Dæ-
mones, mortales quoad corpus, immortales verò quoad ani-
mam, & iure, quia ſi homines, qui terrei ſunt ita, mortales, &
immortales, multò magis, & Dæmones, qui præſtantioris ſunt
naturæ, & ſupra hominum naturam ab omnibus rectè Philoſo
phantibus ſtatuuntur; Sunt verò, qui aſſerunt Dæmones quo-
que immortales quo ad corpus voluntate tamen diuina ſeruā
te, vt de mũdo ſenſibili monuerat Plato: propterea illud omit
tam, quod de PANA Poetæ effingunt, quem magnum Dæ-
monem vocant, duabus rationibus, primo quia Dæmonem,
vt diximus, ſapientem ſignificat, vt in Cratillo Plato expo-
ſuerat, at PANA inter omnes ſapientes primum obtinere

locum ipſi prædicant, & oratorum more hyperbole vtentes, magnum Dæmonem vocitarunt, hinc illud admonent, Dæmones cum ſapientibus appetere commercium, vt de Socrate legitur: apud quoſdam de Socratis Dæmone differentes: Secundò ob id PANA magnum Dæmonem effingunt, quia quaſi immortalis, qui per nouies mille ſeptingentos annos vixiſſe referunt, ac deinde interijſſe, quem SILENVM dixerunt; Sed quoniam per difficile admodum fuit de Dæmonum natura, & affectionibus ſcrutari, præter ea, quæ Theologi, Bonauentura ſecundo ſentent. & Thom. in diſputationibus ſuis monuerunt: Propterea huic quæſito finem imponam; & illud de cæteris ſubterraneis animabus de pigmeis fabuloſis, de Syluanis, & Sattyris ſcribitur, vatibus diſcutiendam relinquam.

Hominem, quem Mundum in paruo, ſeu in epilogum vocant, Philoſophiæ noſtræ ſubiectum ſtatuimus, cuius modus conſiderandi, & vt dicunt ratio formalis vt religioſus eſt, & deitatis particeps. **Cap. XL.**

DIſſonum fortaſſe videbitur, à ratione, veritateq; alienum, dum hominem Philoſophię noſtrę ſcopũ, & vt dicunt ſubiectum ſtatuimus, ſtatim argumentis validiſſimis profectò nobis obuiam venient; Si Theologia de homine eſt, vt de genere adęquato, cur non ſcribitur Homologia? Theos enim Deum ſignificat, & logos, idest ſermo de Deo, à ſuo quoq; genere libri inſcribuntur omnes quiq; ſint, præterea ſi non de Deo, ſed de homine, igitur non erit Theologia omnium ſcientiarũ præſtãtiſſima, & nobiliſſima, à nobilitate enim ſubiecti Ar. & ſectatores 1. de an. ſcientias ſuas ſortiri nobilitates probauerũt; Rurſus ſi facultas Theologica ad diuinæ, & Mineruæ ſtudium, vt dicitur; nos dirigit, veluti ad finem, & Scopum illum omnium Deus; igitur Deus erit genus Theologiæ gentiũ, & noſtræ quoquè fidelium, & non homo: Multas enim rationes afferre ſolẽt moleſtantes nos, vt in progreſſu videbimus.

Sed ne conturbent vos hæc omnia, qm̃ nos iuxtà Peripateticorũ ſtatuta, & regulas hoc ſtatuim⁹, qui ita monuerũt, illud

ſubiectum,& genus ſtabilire debemus, cuius principia quærũtur, ſed de homine Theologia quærit principia; igitur homo genus erit,& non Deus.vel aliud, maior eſt Ariſt. 12. diuinorũ primo contextũ,qui ita arguit,principia ſubſtantiæ quęrimus, igitur de ſubſtantia eſt theoria, à ſimili ita nos percõtabimur, Principia hominis quęrimus,igitur de homine eſt theoria: minorem ita probamus: Hominis principium efficiens eſt Deus, cuius prædicatã eſſentialia, diſputantur in primo ſententiarũ per totũ,igitur de Deo,vt de principio ſcrutamur,& fine quoque conſequenter, cum ſit αλφα & ω.i. principium, & finis; De principio itidem formali quæritur,de eius anima, quæ eſt verè homo,de affectionibus etiam eius,& de eius tota corporis mole in ſecundo ſententiarum, qui vniuerſum creat propter hominem,poſtquàm omnia creauit: hinc ego ſemper,& ſæpè mecum ipſe excogitaui,D.Bonauenturam hoc argumento Chriſtum ſtatuiſſe Theologiæ ſubiectũ, quia de principijs eius perſonam conſtituentibus quærantur in Theologia, at quoniam Chriſtus indiuiduum quodam eſt, ob id ab eo diſſentire conatus ſum.ſi Ariſtot de hoc genere primo poſte, credendum eſt; nullum indiuiduum poteſt ſtabiliri ſubiectum alicuius facultatis,eò quia de iure ſubiecti eſt habere ſpecies,at Chriſtus indiuiduũ quodam eſt,hac quoq; ratione in his, quæ de Cælo ſcribuntur,Alexãdrum Aphrodiſeum iure reijciebamus, qui vniuerſum ſtatuit in libris de Cęlo ſubiectum, & illud indiuiduũ: Nos verò, qui aliquando diſputabamus, pro Aphrodiſeo ita ſatisfaciebamus: Cum dicunt nullum indiuiduum, poteſt ſtabiliri ſubiectum: Verum eſt ſubiectum totale,non autem partiale,non enim partiale ſubiectum debet habere ſpecies, quia eſſet in infinitũ abire,igitur de ſubiecto totali verificabitur propoſitio illa ſcilicèt; nullum indiuiduum poteſt ſtabiliri ſubiectum alicuius ſcientiæ,optimè igitur,vt ad D.Bonauenturã reuertamur, ſenſije Seraphicus Doctor, dum Chriſtum ſtatuit ſubiectum quia principia,& partes eius quærũtur,puta Deitas, caro,& anima eius, ob id Theologi iure Chriſtum funiculum triplicem vocant,quia anima eſt,verbum,& caro: ſed nos hanc diſputationem, & ſententiam defendendam Collegio Sancti Bonauenturæ,Romæ in Aedibus Sanctorum Apoſtolorum,ac diſputandam dimittimus, in eo enim Franciſcanæ noſtræ Reli

gionis

gionis primam ſedem obtinentes iure pro eo pugnare, habēt, integrali illud ſubiectum ſtatuentes; nos rem noſtram perſequamur, & cum Euſtratio ita percontemur primo moral. ſubiectum illud eſt, cui acquiritur finis eius puta Deum omniū centrum, igitur homo erit Religioſæ Philoſophiæ ſubiectum. Ratio hæc à Platone clariùs, & expreſſiùs aperietur de ſummo bono cap. 1. Summum bonum, inquit, finis eſt, cuius gratia omnia agimus, & vt finis vitæ eſt imprimis noſcendus, vt ad eū actiones noſtras dirigere valeamus, non minus quàm nauigāti portus, ad quem deueniat, ante omnia ſtatuendus: & Sagittario ſignum, ad quod tela ipſa dirigantur, primùm inſpiciendum, ita vt ſub compendio ſic arguitur. Illud eſt ſubiectū, ad quod omnia reducuntur tanquam ad finem, ſed omnia, quæ in Theologia noſtra aguntur, ad hominem, vt ad finem reducuntur, igitur homo erit Theologiæ Scopus, & genus; Arguitur tertiò, & probatur, Deum non poſſe Theologiæ genus ſtabiliri, ſi tamē regulis, & ſtatutis Peripateticis inanaliticis ſtandum eſt: ipſe enim tribus præcipuè nominibus conſueuit vocitare, ſubiectū quandoq; compoſitum, vt legere eſt primo Phyſ. 61. quandoq; genus, vt primo poſter. cap. 3. quandoq; ſubiectum: primo cōpoſitum, eo quòd debet habere principia, puta eſsēdi: ſubiectū etiam, quia debet ſubijci accidentibus, & paſſionibus, genus, quia debet habere ſpecies, ſed hæc tria Deo non conueniunt; non primo, quia eſt forma ſimplex, & omnis compoſitionis expers, & iure nullum ſimplex debet ſtatui ſubiectum, ſed compoſitum ex his, hoc eſt, principijs componentibus, nō ſecūdo, quia accidentibus non ſubijcitur, nec tertio, quia ſpecies non habet, igitur. Verum, quia hæc tria homini conueniunt, ob id hominem ſtatuere ſubiectū debemus, eſt enim primo ex principijs eſſendi conflatum, eſt ſecundò accidentibus, & affectionibus ſubditum: Eſt quodammodò genus habens ſub ſe ſpecies, igitur. ſpecies quidem dico, quia homo vel eſt idealis, vel animarius, vel vmbratilis, ſeu corporeus, & vt dicunt, interior, vel exterior.

Verùm vt vobis de Philoſophia noſtra omnia pſpicua fiāt, primùm illud eſt aduertendum, & quærendum, an homo ſit ſola anima, vel potius aggregatum ex anima, & corpore? in quo varia eſt Philoſophantium ſententia: non defuerunt qui olim

hominem

hominem ſolum corpus ſtatuerunt, & nihil ſupra crediderũt; Alij verò altiùs conſcendentes, hominem ex corpore, & anima exiſtimarunt, deniq; noſtri hominem animam rationalem putauerunt; corpus verò animæ vehiculum exiſtimarunt: Qui ergo hominem corpus dumtaxat habere, & ſupra corpus nihil eſſe dixerunt, à tota ferè Philoſophia receſſere; corpus enim nihil in ſe agit, quia materia eſt, cuius eſt pati, & non agere, nã corpus quò magis eſt materiale, & pingue eò magis tardũ, igitur ab aliqua virtute eſt actio illa in corpore: proptereà agere ad aliquid incorporale pertinet: hinc generare, nutrire, augere, currere, ſtare, ſedere, loqui, & artis opera fabricare, ſentire, intelligere homini tribuitur, & animę; igitur anima homo erit: Horum etiam Philoſophorum ſententia ab Ari. quoq; reiecta eſt, qui hominem ex anima, & corpore aggregatum exiſtimauit ex oſſibus, & carne conflatum hac ratione, quia nulla pars debet dici de toto, nõ enim domus eſt, lapides, néq; figura, ita & homo non rectè dicitur anima, non carnes, & oſſa: Deinde actiones ſunt ſuppoſitorum, inquit, ergo, & compoſiti dicũtur eſſe humanæ operationes, quia non anima ratiocinatur, & videt, ſed homo per animam pariter proprietates hominis non animæ ſoli, ſed compoſito conueniunt, vt facilitas ad ridendũ, noſtra tamen Philoſophia Platoni conſona illis aſſentit, qui animam ſolam hominem eſſe dixerunt, quod ita probamus; Inſtrumenta artificis non ſunt partes ipſius, ſic anima eſt opifex, corpus verò eſt Opificis inſtrumentum, igitur corpus non eſt pars hominis: Prætereà homo eſt, qui imperat, & dominatur, at ſola anima eſt, quæ imperat, & dominatur, corpus verò ſeruit. Vltimò ſic ꝓbamus: Anima rationis capax ab hoc mortali, & craſſo corpore ſeparata ſeruatur incolumis, corpus verò omninò corrumpitur, igitur ſolum vehiculum eſt animæ: Iure etiam eſt quid totum, hinc varia eſt Platonis, & Ariſtot. diffinitio, Plato enim ita hominem diffinit, homo eſt anima corpore vtens: Ariſtot. verò, homo eſt animal rationale mortale mentis particeps.

Eſt ſecundò adnotandum, & præcipuè quòd ſecùs putandum eſt, de corporibus includentibus animam rationalem, & ſecùs de alijs ex mortali forma conſtantibus, nam formæ aliorum animalium apud Platonem veræ animæ non

ſunt,& hoc triplici de cauſa,primò quia propriæ nõ ſunt eſſentiæ,cum à corporibus in eſſe dependeant,ſecũdò, quia nõ ſunt veræ vitæ,ſed quædam potiùs viuificationes; quoniã veræ vitæ libertatis ratione priuantur,ſunt igitur potius figuræ,ſeu imagines animarum,& idola,vt dicunt: Quæ igitur ex mortali anima conſtant,vtique verum eſt,quòd non ſola forma,ſed aggregatum dicitur ex anima,& corpore, & non ſola anima corpus illud conſtituit: Tertiò quia mortalis forma non eſt quid perfectum,& integrum, valens ex ſe ſubſiſtere , propterea animal ex anima irrationali, & corpore cõſtitutũ brutũ eſſe fatemur, cum Platone in Epimonide. Nec arbitramur omnino ab Ar.recesſiſſe,at ſi de conſtãtibus ex corpore,& anima rationali,quæ eſt omninò à materia ſeiũcta,ſecùs res ſe habet,cum anima rationalis æterna ſit, igitur non verè , & propriè debet dici pars alicuius compoſiti , *ex immortali, & mortali enim non propriè fit vnum,cum ſint alterius generis* , quòd ſi fit quodammodo vnum , non verè vnum,& propriè;ex intellectu , & intelligibili verius vnum fieri ait quoquè Pollutus Laicus Auerroes, ergo anima eſt, quæ verè eſt totũ , & integrum, & non compoſitum ipſum, conſona eſt hæc Philoſophia Peripateticis illis aſſerentibus totam quidditatem eſſe à forma , materiam verò vehiculum quidditatis nullàm in ſe claudẽtem perfectionem , ſed quodãmodo ens diminutum . Tertium adnotandum obſeruabimus pro huius quæſiti veritate,hominem ſcilicet tribus modis perpendi poſſe: Idealiter,hoc eſt,vt idealẽ, ſecundò vt animariũ , tertiò vt corporeum,ſeu vt dicunt,naturalẽ,naturalis inquàm excogitatur, quia natura, & eius ſcientia circa corpora naturalia verſatur: Primus,qui idealis dicitur, verè homo eſt, quia cum Deo, qui dicitur in idipſum manet . Idem animatius homo vtiq; eſt,ſed minus homo; corporeus verò potius hominis vmbra,& imago hominis, primus homo eſt aliquid ſupra animam,ſecundus eſt ſola anima,tertius eſt conflatus ex anima,& corpore , ſcimus tandem Peripateticos non aſſentire huic diſtributioni, negabit enim hominem idealẽ, negabit quoq; animam rationalẽ poſſe ſeruari ſeorſum à corpore inſtrumẽtario, quoniam ſecũdo de anima docuit eſſe actũ corporis inſtrumẽtarij,nec poſſe ſine eo ſubſiſtere : negabit tertiò Peripateticus hominẽ eſſe animam rationalem corpore vtẽtem,vt ait Plato,

ſed formantem aſſeuerabit, non enim eſt diſtinctio inter vtentem, & formantem apud Peripateticum: Platonicus verò ponit diſtributionem inter facultatem vtentem,& formantẽ:nitũtur tamen nonnulli ex Peripateticis doctioribus in hac diſcuſſione Ariſt. cum Platone quodammodo conciliare; Hominẽ, inquiunt, duobus modis poſſe contemplari, vel vt forma, vel vt compoſitum; Homo pro primo ſignificato, puta vt forma eſt ſola anima,ſi verò pro ſecundo,puta,formato eſt ipſe aggregatus ex corpore;& anima; Diuerſa igitur conſideratione Peripateticus hoc poſſet concedere, hominem ſcilicèt eſſe ſolam animam,& compoſitum quoq; puta pro primo ,& ſecundo ſignificato: omne etiam nomen pro cõcreto accepto,primo formam ſignificabit,mox compoſitum ex vtriſq:, & quoniã apud Platonem anima rationalis non modò homini conuenit;verũ etiam mundo, & Cęlo, & Dęmonibus; propterea de his omnibus eadem erit ratio: dicendo ſic; homo eſt anima rationalis mentis,& rationis capax,corpore vtens,mundus eſt anima rationalis maximè puræ mẽtis particeps, vniuerſi corpore vtẽs: demum eſt anima rationalis, media tamẽ inter animam mũdi & hominis,ideſt media conditione quadam prædita mẽtis particeps,corpore tenui vtens,& ſic de alijs,quòd ſi à vulgo homo ab vtroq;,ſcilicèt corpore,& anima dicitur; deprauata eſt vulgarium ſententia,& conſuetudo,ſic dicimus; accipe Lucernã, ſeu teſtam; ſed quid aliud eſt teſta,& Lucerna, niſi ille ignis lucens,igitur à luce dicetur Lucerna,quòd ex verbis Cyri ad Xenophontem declaratur; N*olite arbitrari,inquit,filij,chariſſimi*. cũ á vobis diſceſſero,me nuſquam, aut nullũ fore, nec enim dum eram vobiſcum,animum meũ videbatis, ſed cum eſſem in hoc corpore, ex ijs rebus, quas gerebam: intelligebatis, eumdẽ, igitur me eſſe creditote. Quartò adnotandum eſt, nihil homine nobilius eſſe,vt ait Mercurius cap. 10. ad Aſclepium: Animal diuiniſſimum,& maximè admirandum, Deorumq; ludũ vocat Plato 9, de Rep. monſtrum admirabile,ſeriò factum,quòd ſi aliquando prophanus illa euadit,quia in idolatriam venit, nõ auſert ab ſe omninò tamen excellentiam, Theologia etiam,fideſque noſtra hominem Deitatis participem, omnemq; creaturã vocat,cui omnia,inquit Eccleſiaſtes,continendi virtutẽ Deus ſoli tradidit,animal quoq; admirandum,huius mundanę ſcenę

miracu-

miraculum, omnia continens, animal adorandum, ideſt honorandum. ſtatua enim Dei eſt, inquit Dionyſius, qui hominẽ fecit ad ſui imaginem, quàm adita mentis abſcondita; quòd ſi ab homine Alchimiſtarum more partem illam craſſiorem abſtrahamus, corporis affectiones ſcilicèt ſtatim animæ eſſentiã perſpiciemus, quaſi vt dicunt quintam, ſtatuam videlicet Dei, & ſimilitudinem. PERSAE quoq; nationes mundi Hymeneũ naturæ, & Dei interpretem hominẽ vocauerunt quod etſi Deus non eſt, eſt tamen quidam Deus, & vicem quodammodo Dei gerit, ob idq; verè homo eſt huius mundi ciuis, ſolus animalibus imperat, cunctis prouidet, plurima inſtruit, materiam format, & figurat, familiam miniſtrat, Rempublicam regit, ſeruitutis impatiens, libertate gaudet, pro patria mortem ſubit, in æternis confidit, artium omnium inuentor, quas ſuo exquirit arbitrio, deniq; naturæ eſt emulus. Plato in Thimeo, inquit, Deum potuiſſe hominem duriorem, & ſolidiorem corpore facere, vt ab extremis minimè læderetur, placuit tamen molliorem reddere, vt eſſet ſpeculationi paratior, quaſi non ad hanc habitationem, ſed ad cœleſtem ſpeculationẽ progenitũ. CALDEI dixerunt, ſolum hominem non habere effigiem determinatam, ſed exteras, & aduentitias, quorum ſententia eſt Theologiæ noſtræ Symbola, vt apud Vatem legimus: *Veruntamen inquit, in imaginem pertranſit homo*, fit lapis aliquando in profundũ deſcendens. fit Dæmon, fit quoq; Dei per eius gratiam filius, vt ſcriptum eſt: *dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*: igitur verò Cameleontis, & Prothei iuxta Poetarum enigmata nomẽ induitur. Plato demum in Thimeo de vniuerſi natura vnum admirabile præ cæteris de hominis genitura dixit, hominẽ in diuino hoc Opificio imprimis præponitur, poſtremum fieri quaſi finis, finis igitur Dei in vniuerſi natura fuit hominem condere, & hominis gratia omnia ſunt condita, cæleſtia, terreſtria, Angelos, boues, & oues, & vniuerſa pecora campi, omnia denique ſub pedibus eius: Rurſus quid nobilius homine ideali? qui in mente reſidet, & regnat in mundo illo ſcilicèt intelligibili, in Deo immobiliter permanens, & in eo tãquàm in ſede requieſcẽs, vt Dei ludus, inquit, Plato 9. de Rep. ſeriò, vel ioco factus; Sed iure hoc loco inſurgit dubitatio præclara quidem, & ardua in Platonem, cum in 9. de Rep. vt dictum eſt: hominem di-

xerit mõſtrum eſſe admirabile,deinde primo de leg.ſubd idit, *Deorum ludum ioco,vel ſeriò factum,* quod ita declaramus cũ Doctioribus,ne noſtra afferre videamur: Monſtrũ quidem eſt homo,quia caput,figuramq́; Leonis quandoq́; oſtendit per iraſcibilem,& iraſcendi vigorem,equi caput per concupiſcentiam, Lupi,& Vulpis effigiem repreſentat,dum triſte vt Lupus ſtabulis,triſte gallinaceis pullis vulpecula,triſte,& monſtrificũ magis hominibus homo,quę omnia de homine vmbratico ſenſibili ſcilicèt vera ſunt equa inde figura aliqñ voluptuoſam vitã viuit,aliqñ ſtudioſam,dum hominis induit figurã,& hic eſt tranſitus ille animarum in beſtias,de quo Pythagoras.i. beſtiarum effectus,quod quidem eſt illi cognatum cant.2. *de demolientibus vineas*, vulpes ſcilicèt , ſerpentes Catuli Leonum Dæmoniacas formas ſignificantes: Nos verò proprio Marte Philoſophãtes, omniq́; cũ modeſtia,vt Religioſorũ eſt; ſcribẽtes,aliorũ quoq́; illuſtrium virorum dicta afferentes , dicimus hoc pacto *ludum eſſe Deorum*,quia SIMIA DEI,quin etiã appellitatur,propterea duo de Simia afferre putauimus, referemus primo Simiã puerorũ ludum eſſe, & ob id cathena in atrio alicuius Principis vt ludus ligatur,ludit quandoq́; Princeps,cum ea, & in illa oblectatur,quem Simia emulari quærit,vt Simia hominẽ: ſic propemodum (ſi licèt ita religiosè Philoſophari) Deus ab initio in homine oblectationem ſumpſit, tamquã in Simia Princeps,& Dñs,& factus deinde in hominũ ſimilitudinẽ, & puerorũ venit de Cęlo,vt puer,cũ eſſet purus actus,ad ludendũ venit cum Simia homine,vt ſcriptũ eſt,*ludens cum eo,omni tẽpore ludens* in orbe terrarũ,& delitiæ meæ eſt eſſe cũ cęteris filijs hominũ , mox nonne homo apud Deũ Simia apparet?& quo ad formã,& quo ad ſapientiã etcętera omnia?Simię igitur Dei ſunt homines,& nobiſcũ oblectatur,hinc x.de leg.ait Plato:Homo eſt Deorum poſſeſſio,& in Phedone monuit,q̃ ſi licebit ſacra enigmatibus Poetarũ,& Platonicorum admiſcere,cognatum eſt illi:*Intrauit Ieſus Capharnaum*.i.villã pinguedinis,& deliciarũ .i. ad hominẽ venit,quod alias prædiũ dicitur,quod dedit *I*acob filio ſuo Ioſeph.Accedit,& aliud de Simia dicendũ,quod .ſ. animal ẽ Dęmoniacũ ſicuti ẽt,& ſerpens, in quẽ ſe vt Simia Dæmõ trãſmutatus eſt, ſicuti etiã imagines ad Lucernæ lumẽ apparentes, & in ſpeculo reuerberantes Dæmoniacæ ſunt de Platonis mẽte :

occaſionem enim dant hoſtibus,vt nobis in nocte noceāt.Homo igitur Simia fit,quia Dęmoniacus euadit,vt de proditore Iſcarioth ſcribitur: *Et vnus veſtrum Diabolus eſt*,ſed vt Platoni, & velatæ Philoſophiæ noſtræ conſona proferamus, Ludus Dei eſt homo,dum ad ſuperiora,& diuina ſe vergit,& Deū imitari quærit,vmbra poſtremùm,& hominis imago; Ludus eſt igitur quoad imitationem; Plato dialo. x. imitationem potius,ob id Sophiſta quidā interrogatus,quid ſit Deus?immortalis homo & quid igitur erit homo? reſpondit, mortalis Deus: Sophiſticā ꝓfectò reſponſio;ſed ſi ludo factus, quomodò ſeriò factus? Reip.ludus quoad Deū,ſeriò,quia ſolus huius mūdi ciuis fact⁹ eſt,ſolus Deitatis capax,& rationis cōpos:nō igitur Plato ſibi aduerſatur,dū aliqñ ſeriò,induſtria,arte,& aliqñ ludo factū dicere cōſueuerit,ex his oībus illud colligā,nec elōgari arbitror à quæſito,quod anima ſit de ſe hæc, non per habitudinē ad corpus, & per conſequens ad materiam, vt recētiores quidā monuere,qm̄ terminus eſt per ſe primus creationis, & formaliter hic,& ſingularis antequàm in corpus infundatur,Ar.enim probauit in prohemio Metaph. ꝙ actiones oēs ſunt circa ſingularia terminatiuè tamē,& non circa vniuerſalia, ꝙ experimento artis ꝓbatur,quæ ad ſingulare terminat, & circa ſingularia verſatur,Igitur creatio non eſt ad terminū vniuerſalē,ergo cū anima terminus ſit creationis,erit *de ſe hæc*,& ſingularis,igitur nō ꝑ habitudinē ad corpus,& ꝑ conſequens ad materiā:ſed ad q̄ſitū de intellect⁹ multiplicitate,hæc clarius aperiētur,licèt ſcholaſticorū ſit munus,& laicorū præcipuè;noſtra.n,Religioſa Philoſophia de his nōq̄rit,niſi obiter,ꝓptereà ſilētio ptrāſim⁹,ſed vnū illud hoc loco nō omittā de humanitate,poſtq̄ de hoīe monuimus,humanitatē.ſ.virtutē eſſe,quæ in exteriori ſubuētione conſiſtit,defectibus aliorum condeſcendendo:Immo humanitas præſtantiſſima corpore Nympha,cęleſti origine nata, ętheteo ante aliàs Deo dilecta,cuius anima,atq; ſpirit⁹ ſunt amor, & charitas,cuius oculi grauitas, & magnanimitas , cuius manus liberalitas,& magnificētia,cuius pedes comitas,& modeſtia,cuius totū corpus tēpērātia,& honeſtas, decus; & ſplēdor.

Quintum pro huiuſce quæſiti dilucidatione,eſt obſeruandū Peripateticum,& Platonicum illud,ꝙ non ſemper libri inſcribūtur à ſubiecto,ſed quādoq; à principio ſubiecti,vt legere eſt.

in Peripateticos libros: Peripatetici enim ſuos quoque libros nō à ſubiecto inſcripſerũt, ſed multoties ab affectionibus ſubiecti, ne dum à principijs eius: Quandoq; à ſubiecto: ſi nos ea, quæ de Cœlo ſcribuntur, contemplabimur, & vt Simplicius refert de Alexandro, ſtatuit Alexander vniuerſum pro ſubiecto libri illius, quod ita probabat, Principia vniuerſi quæruntur, puta de elementis, & Cęlo, igitur vniuerſum erit in ijs, quæ Cęlo ſubiectum, conſequentia probatur ex modo arguendi Ariſt. 12. Meth. 1. Principia ſubſtantiæ quærimus, igitur de ſubſtãtia eſt Theoria, à ſimili principia vniuerſi quærũtur, igitur de vniuerſo eſt Theoria, ſed principia vniuerſi proxima ſunt, quatuor elementa materiæ vicem gerentia, & Cęlum vicem cauſæ efficientis, igitur vniuerſum eſt iure ſtatuẽdum genus, & ſubiectũ: In his quoq; de anima, librum inſcripſit de anima non à ſubiecto, quoniam ibi corpus animatum, vt omnes ferè dicunt: vel animal, vt melius dicerent ex Ar. 1. de anima particula quarta, anima enim principium eſt animalis, igitur animal, quod diſplicebit deprauatis in Philoſophia, de anima igitur ſcribitur à principio ſubiecti, ſed nō à ſubiecto, puta ab animali, vel corpore animato: Rurſus in ijs, quæ de ortu, & interitu inſcribuntur, non à principio ſubiecti, neq; à ſubiecto, ſed ab affectionibus ſubiecti iſcripſit, puta de generatione, & corruptione, quæ ſunt corporis myxti affectiones, & entis mobilis ad formã, vt ait D. Thomas, quod idem eſt, quod corpus mixtũ, vt ex Simplicio in prohemio 1. Phyſ. legimus: prout eſt generabile, & corruptibile, vt formale ſubiectum ſeu vt dicunt, conſiderandi modus. In libris verò de demonſtratione à ſuo proprio ſubiecto ſcribit, ideſt de demonſtratione vel materiali, vel formali, primo enim de formali in libro priorum, de materiali in libro poſteriorum: In octo etiam Phyſ. libris à principijs inſcribit, prout referuntur ad ſuum principiatum, puta ad naturale corpus: Similiter Theologi libros Theologicos à principio ſubiecti inſcripſerunt, ſcilicet Theologia, theos, enim ideſt Deus, & logos, ideſt ſermo, igitur à principio ſubiecti, qui eſt Deus, Theologia dicetur.

Sextum adnotandum, & quoq; Peripateticum, quòd ſciẽtia quæq; nobiliſſima dici poteſt vel à ſuo genere: vel à principio ſui generis, ſicuti eſt Theologia, quæ omnium facultatũ diuinarum

narũ Regina eſt,& Domina,cui & cęteræ facultates veluti ancillæ deſeruiunt,& miniſtrantur,ob id meretrices,concubinæque iure à Salomone dicuntur veluti prophanæ: nobiliſſima eſt tamẽ à principio ſui generis,quod eſt Deus, eſt quoq; Methaphyſica nobiliſſima facultas,tamen de Ente inquantum Ente ſcilicet conflato ex ſuis principijs, & completo, at Entiũ omnium Deus verè principium,& efficiẽs eſt, ab eo igitur ſuam ſortitur Methaphyſica nobilitatem.ſcio inueteratos,& eos, qui in aliorum verbis iurarunt,muſſiare,& forſan negligere hoc,quod afferimus,cum ipſi de ente dicunt, in communi Deo, & creaturis,ratione,& reali,à genere igitur dicent, principali deſcẽdere Methaphyſicæ nobilitas,quod eſt genus ſubſtantiarum ſeparatarum,vt Auer. 12. diuinorum aperuit, cui nos non aſſentimus,negabimuſq; genus ſubſtantiarum ſeparatarũ eſſe in Methaphyſica principale ſubiectum, quoniam nullum ſimplex in via Peripatetica poteſt ſtabiliri genus,cum de ratione generis expedit habere principia tum eſſendi,tũ cognoſcendi; Sed neceſſe eſt,vt ſit compoſitum,nam principia ad ſuum principiatũ referri debent, vbi igitur de principio alicuius principiati inquiritur,in eodem libro de principiato inquiri debet, & ad illud referuntur, hinc doctiſſimus Alexander Achilinus Bononienſis in ijs, quæ ſcribit fragmentis de Phyſico auditu, adnotauit, quòd cęleſte corpus ẽ totius naturalis Phyloſophiæ ſubiectũ hac vera Peripatetica regula: & primum ita diſtribuit,ꝙ ſubiectum,vel totale,vel partiale,vel principale,totale, & adęquatum illud eſt,cuius principia quæruntur, & propterea corpus naturale totius Philoſophię ſtatuit ſubiectum,ſeu naturatum,ſed quoniam ſubiectum totale, ſeu adæquatum, quod idẽ eſt ſuas habet ſpecies, illa igitur ſpecies erit principale ſubiectum,quæ analoga prima, & nobiliſſima inter ſpecies illius generis erit;cum ergo cęleſte corpus inter corpora naturalia ſpecies ſit præſtantiſſima, iure cęleſte corpus erit principale ſubiectum tùm in Phyſicis, tùm etiam in Methaphyſicis diuerſo tamen conſiderandi modo; Phiſicus enim cęleſte corpus contemplatur, vt naturale corpus in ſe habens principium motus; Methaphyſicus verò,vt quodam ens:Non defuerunt tamen Viri Illuſtres aſſerentes ſcientiam ſuam ſortiri nobilitatem, non à ſubiecto, neq; à principio ſubiecti, ſed à certitudine, cuius

ſententiæ

ſententiæ videtur eſſe Ioannes Grammaticus 1. de ani. ita arguēs: Illa eſt nobilior facultas, quæ eſt certior, ſciētia de anima eſt certior, igitur quid certius anima? ſed ſi Ar. credendū erit, dum de facultatum nobilitate loquitur: Tribus vijs ſcientiarū nobilitatem oſtendere, ſed primo à modo demonſtrandi, hoc monuit Ariſto. 1. poſter. centeſimoſeptuageſimo nono: Illa ergo, quæ verè demonſtrat, illa nobilior, ideſt non illa, quæ demōſtratione ſigni demonſtrat, ſed ea, quæ cauſam, & eſſe reddit, ideſt propter quid, & quia, quod obſeruauit ipſemet Ari. 1. Cœli, probauitq; Mundum eſſe vnum, & ęternum: Secunda via erit via certitudinis, vt Ariſto. 1. de anima probauit; Tertiò nobilitate ſubiecti, & principij ſubiecti: Anima enim ſubiecti principium eſt animalis, ſeu animati corporis, vt Iandunus, & ſectatores monuere.

Septimum adnotandum illud eſt Platonicum, & quoq; Peripateticum, quod ex Dionyſio Areopagita de diuinis colligitur, Deum nullū habere nomen, quod confirmat Plato in Parmenide de Deo, inquit, neq; nomen, neq; definitionē, neq; ſciētiam, neq; ſenſum, neq; opinionem aſſequi volemus, quod quidem Sacræ Theologiæ noſtræ eſt cognatum, quę cum D. Paulo admonet lucem in Deo habitare inacceſſibilem, quem nullus hominū vidit, nec videre poteſt. Solus igitur Deus Deo æquatur, niſi per ænigma, & vmbraticè, & ſi tamen nullū habet Deus nomen, omne tamen illi conuenit nomen honeſtū: ſed hæc præcipuè tria ei conueniunt ex Platonis ſententia: Honeſtū, tamē ait Dionyſius, ſupra omne nomen omnigenum, illi BONVM VNVM, & PVLCRVM: Immò ipſum bonum, ipſum vnum, ipſumq; pulchrum, cum ſcriptum ſit: Tu idem ipſe es: Itē in pace in idipſum: Itē, cuius participatio eius in idipſum, quæ tria omnia ratione finis illi tribuuntur, vt oſtendat Deum eſſe omnium finem: Bonum eſt illi nomen, quoniam omnia bonum appetunt, & boni gratia, ipſumq; bonū, quia Idea boni, ait Plotinus, & Proclus; Vnum eſt illi nomen, quod omnem multitudinem ſupereminet, tum quia omnium numerorum eſt principium, ideſt rerum, quæ numeri iure dicuntur ab Accademicis noſtris, nam omnia ab vno omnium numerorum principio, ita vt hoc vnum, quod apud nos eſt ſimulacrum illius eminentiſſimę vnitatis, & ad ipſum tendunt omnes tanquàm ad centrū, &

vnitatis

vnitatis fontem, omniumq; finem: Tertiò pulchrum eſt illi nomen, & meritò pulchrum, & non pulcher, vt fortaſſe aliquis ita arbitraretur; ſed quoniam hoc pulchrum nō differt à bono, & ab vno, cum ſint de ratione Dei, immò ipſe Deus, propter igitur modum noſtrum intelligendi ponūtur: Pulchrū ergo, quia & pulchriformis, pulchriformia, vniformia, & boniformia fiūt tendentia omnia: Scimus igitur quòd hæc tria idcircò accommodantur: efficiens quoq;, abs quo omnia dependent: Sit igitur Platonica concluſio: Bonum eſt omnium rerum principium, iure quoq; dicitur Deus eſt omnia, quia ad ipſummet omnia tendunt, vt Deum omnium finem declaramus: Cætera verò hæc ad tria reducuntur attributa, propterea finis ad finem vocant Peripatetici primo Ethicorum, & gratia cuius omnia: Gaudet quoque fine ſuo Deus, qui, vt Plato in Thimeo de vniuerſi genitura monet, eſt homo, quia finis eius, quaſi fuit hominem condere, & hominis gratia omnia ſunt condita, cœleſtia, terreſtria, oues, & boues, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius: Diſtribuitur ergo Theologia noſtra tota in quatuor partes, ſicuti diſtribuit Ioannes capit. 1. quem imitatus eſt Petrus Lombardus, qui totam Theologiam in quatuor libros diuiſit, & liquidò conſtabit, totam ferè ad hominem, vt Dei finis inde dirigeretur: In prima igitur primi capitis Ioannis parte de Deo ſcrutatur Trino, & vno: In principio ſcilicèt erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, vſque ad illud: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quę ſecunda eſt huius diſtributionis particula, quæ primo, & ſecundo ſententiarum adæquata correſpondēt, de Deo enim Trino, & vno, & de ijs, quæ Trinitatis myſterio dicūtur, ad hominem diriguntur, vt homo in fide Trinitatis iure inſtruatur: Secunda etiam pars, quæ de rerum creatione inueſtigat, ad hominem dirigitur; Tertia verò, quæ incipit: Et Verbum caro factum eſt, liquidò conſtat: Scriptum eſt enim, propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cęlis; Quarta quæ inchoat; Vidimus gloriam eius gloriam quaſi, cum ſit de Sacramentis, medicamenta oſtendit finis Theologiæ in nobis ad hominem dirigi.

Octauum adnotandū, quod omnis Theologia tūm gentium tūm fidelium, bifariam perpendi poteſt, vel in ſe, vt dicunt

ſcholaſtici ferè omnes,vel in nobis, de Deo, inquiunt,eſt iure Theologia illa,quæ a Deo eminētiſſima quoq; eſt, vt mens illa ſola ſibi adæquetur,quia vt ait Dionyſius ſolus Deus Deo æquatur,Theologia verò,quæ ad nos vergit,quæ potius notitia quędam eſt ænigmatica,nobis lumine quodam diuino effuſa, cum ad hominem dirigatur,nullum eſſet incōmodum,ſi homo Homologia nuncuparetur;abſit tamen á nobis prophana afferre, & veritati aduerſari mentis noſtræ pabulo, nos ad delectationem ſcribimus,non autem ad oſtentationem,ſed eſto, ꝙ incōſona proferamus, & Theologia noſtra Theologia dici debeat ad hominem poſtremò dirigitur,&propter hominem tradita, & ſcripta ab initio fuit,quòd ſi hoc octauum quod hoc loco adnotauimus,diſplicebit,ſit ſtatim irritum,caſſum,& nullum,veritati enim ſtudeo,& potius enarro,nec explico, ethniciſq; cōſona profero: In particula illa iure fundata eſt, ſcilicèt in NOBIS. Verum huic noſtro adnotando illud ex diametro aduerſatur,quod ſubtiles afferunt,ſubiectum debere virtualiter omnes veritates continere facultatis illius, cuius erit ſubiectum 1.ſent.in Prologo hoc adnotant,capit.1. de ſubiecto veritates inquam,tam neceſſarias,quàm contingentes,quas ſolus Deus, qui eſt omnia continens,continere poteſt, quibus aſſentiendū eſt,& vera ſunt quæ proferunt de ſubiecto Theologiæ in ſe, ſolus enim Deus Deo æquatur,hæc autem propoſitio, & veritas, vt dicunt;Deus eſt Trinus,Pater generat, Deus Creat, & ſi nō continentur in homine; ad hominem poſtremò diriguntur,vt in fide inſtruatur ipſius Dei,qui ſumma Virtus eſt, quæ principium continet.ſi Ariſt.regulis ſubijci volumus, in principiato virtualiter continētur, nullum quoq; eſt eſſentiale ipſius Dei, quin ad extra non referatur,ſi ſcholaſticis adhærendū eſt Theologis,vt Henricus doctiſſimè probat: cui aduerſatur Sco.in 1. quæſt.quolibeto 2.putat enim intelligere, & velle Dei ad creaturas non referre, ſed duo eſſe eſſentialia nullum ad extra reſpectum habentia ſed illis relinquatur diſputatio:Nos interim argumenta aduerſariorum diſſoluamus.

Ad primum profectò validiſſimum,cum dicunt, libri inſcribūtur à ſubiecto,ſed dicitur,inſcribiturq; de Deo,igitur Deus erit Theologiæ ſubiectum,ad quod reſpondētes ex ijs, quæ adnotauimus, ſcilicet libros non ſemper debere inſcribi à ſubie-

ćto, ſed quandoq; à principio ſubiecti, quandoq; ab affectionibus, inſcribitur igitur Theologia à principio, eſt enim Deus hominis principium, de quo ſcrutatur in principio ſententiarum, vt Trino, & vno ad hominis inſtructionem, & propterea non Homologia: à principio etiam ſubiecti Theologia erit ſciẽtiarum omnium præſtantiſſima. Ad illud etiam, illud eſt ſubiectum, ad quod omnia reducũtur, vt ad finem, iam ex illo, quod adnotauimus ſupra reſponſum eſt, quòd finis eſt vtiq; ad finẽ, cui omnia tanquam ad centrum reduci debent, eſt tamẽ homo finis Theologicus, cuius gratia Deus cuncta creauit: ob id forſitan omnibus inde creatis hominẽ poſtremò fecit ad ſui imaginem, vt ſcilicèt, ſicut omnium finis eſt Deus, ita & Dei finis homo, ob quem cuncta conſtruxit, etiam Angelos in ipſius hominis cuſtodiam procreauit: Et ad illud tandem ſubtiliſſimũ ſic reſpondere adiudicaui: Veriſſimum debere eſſe ſubiectum illud, quod omnes continet Theologicas veritates tùm neceſſarias, tùm contingentes de ſubiecto Theologiæ in ſe, ſed non de Theologia in nobis, nobis ſcilicèt hominibus dedita, lumineq; diuino tradita, vel vt in vltimo, quod adnotauimus, dictũ eſt, ſi non continentur in ſubiecto, continebũtur tamen in principio ſubiecti, quæ etiam in principio continentur in principiato quoq; virtualiter includuntur: liberet tamen nos Deus à cibo Eſau eſca ſcilicèt impiorum, & omnia ſub veritate poſita ſunt.

De modo conſiderandi ipſius hominis, quem vocant ſubiectum formale, an ſcilicèt vt admirationis eſt filius? an vt Religionis particeps? an à ſui ipſius peoprietate pratioſa diſputatio. Cap. XLI.

DVo ſunt apud ferè omnes tùm Peripateticos tùm Academicos in qualibet facultate conſideranda, res ſcilicèt cõtemplata, & contemplandi modus, quæ duo à formalizantibus ceu cunctis materiale, & formale dicuntur ſubiecta, propterea cũ in ſuperiori capite de genere adhuc materiali diſſeruimus, de formali remanet rurſus dicendum, & de conſiderandi modo: Verùm quia conſiderandi modus à proprietate ipſius ſub-

biectì iure accipi debet, propterea hominis propriū primo in hoc capite,ſcrutabimur;& Philoſophorum noſtrorū ſententias referemus.Scimus enim Peripateticos hominem dumtaxat in tenebris,& vmbra mortis poſitum contemplantes,ſenſibilē, & corporeum eius proprium dixere riſibilitatem, & vt non nulli, fletum,quoniam primam vocem emittit ploratus: Sacerdotes verò noſtri adhuc hominem, & ſi in hac lachrimarum valle poſitus ſit,altiùs cōtemplantes vires, & facultates illius interius tributas ſpeculantes,quibus à tenebris ad lucem, à riſu hoc flebili ad illud verè gaudium, & verè riſum, ex infimo ad illum ſummum gradum extolli, & alis recuperatis, quibus deſcendit, euolare valeat, non riſibilitatem, aut fletum ſtatuunt, ſed aliquid interius aliud, non tamen citra diuinum auxilium,facilis enim fuit illi deſcenſus,reditus verò apprimè arduus,hinc illud inter academicos præualet prouerbium: DIFFICILE EST REVOCARE GRADVS, hic labor eſt, huiuſmodi reditus animæ ad Deum; propterea varijs proprietatibus altiſſimus condonauit, vt illis ad illum reuocaretur, & per portas lucis rurſus reuertatur, non igitur fletus hominis erit proprietas,quia ad riſum tendit hominis planctus; quod eſt veritati conſonum: Triſtitia veſtra, inquit, rurſus reuertetur in gaudium, neque ob id riſus, quia hominis vmbratilis eſt proprium,non autem animarij,vt dicemus: ſed cultus,& Religio, quod optimè monuit Plato x. de leg. Adnotauit, & ille primum cultum, & pietatem in Deum ſeruandam; idcircò monſtruoſā, immò ipſamet monſtra oſtendit homines illos Deum negligentes; atque negantes, quoniam eſt contra naturalem inſtinctum,hominiſque ipſius æducationem:Prima igitur Platonici hominis proprietas eſt cultus, & Religio, quia ſicut latratus cánum,& equorum hinnitus ſunt propria ſibi,ita & homini congenita eſt Religio, ait etiam Plato in Protagoram: Iure quoque quærant Philoſophi cum Ariſt. lib. de animal. de hominis præſtantia deniquè ita ſtatuunt, hominem brutis,cunctiſque animantibus præſtantiorem, ſed qua præcipua dote præſtantius animal, reſpondent. Non arte inquiunt, non induſtria aliqua, verùm cultu, diuiuarum rerum contemplatione, multa quoque incommoda patitur, multiſque ſe ſubijcit ærumnis, vel Dei metu, vel amore, nullum enim animal ſedu-

citur

citur ab apparentibus bonis, vel malis, niſi propter Dei cultum, expectationemque futuri, quod etiam ſui figura indicat ad Cœlum, celiq́ue verticem erecta, Theologi quoque noſtri, & D. Thomas præcipuè ſecunda ſecundæ quæſt. 83. articulo decimo Religionem eſſe hominis proprium oſtendit; quoniã vouere, orare, inuocare actus ſunt rationis, ob id etiã Plato monuit, quòd ſi forte homo periret, cult⁹ quoq; & Religio periret, eſt enim diuini cultus diligẽs miniſter. Rurſus non arte, aut induſtria eſt omnibus animantibus præſtantior, ſed Religione, & cultu, quoniam induſtria communis eſt omnibus animantibus, arte enim quadam cunctaviuere animalia ſe oſtentant, dũ ſuis morbis, cibo, & id genus alijs ad valetudinem pertinentibus obſtant: Religione igitur dumtaxat præeminent homines, hęc eſt illa nobis Dei natura inſerta cognitio, de qua Iamblicus cap. primo, inquit: Quę gens, aut quod hominum genus eſt, quod non habeat abſque doctrina anticipationem quandã Deorum? qua Deum agnoſcere cupimus, & tanquàm omnium authorem inuocamus, vt patrem amamus, vt Regem veneramur, & vt Deum timemus? hinc Deum ſuſpirat pectus, eundem lingua canit, manus, caput, & genua adorãt, hinc Plato in Protagoram, ſolus, inquit, ex omnibus animantibus homo diuinę ſortis particeps effectus eſt, principio enim ſolus ob hanc cognitionem Deos eſſe putauit, araſque illis, & ſtatuas dicauit. Idemque Plato in libro de ſcientia monuit. Nõ eſt, ait, niſi temerarius homo ille, & inſolens, qui tenui amore conquieſcit, quia voluntas in ſolo immenſo conquieſcit bono, quæ omnia cognata ſunt Theologis noſtris, & Auguſtino præſertim de Religione. Religio, inquit, ordinem importat ad Deum, & actũ dicit nobiliſſimum, quo illi coniungimur, vnimur, & ligamur, vt nobis ad alia adoranda libertas tollatur, quod confirmat D. Thomas ſecunda ſecundæ quæſt. 81. Religio, inquit: virtus eſt, qua homo perficitur, & eius opus bonum redditur, quæ ſola viã animæ liberandæ oſtendit, eſt iter canonicum ducens ad vitã, & Regnum æternitatis firmitate ſecurum, quo Deum amãdo, fit homo Deus: Virtus prætereà moralis eſt, & Iuſtitiæ pars, dũ honorem tradit vnicuiq; præcellenti ſecundum virtutem, igitur maximè Deo exhibenda, qui perfectus, inquit, ſi ego ſum pater, vbi eſt honor meus?

Valeant

Valeant igitur, & erubeſcant valdè velociter impoſtores, à Muſarumq; templo reijciantur veluti penitus indigni Lucianiſtæ,& Epicurei ſectatores, & cum illis canis ille rapidus Porphyrius,omninò Religionem, & cultum diuinarum rerũ refellentes: O impiorum hominum inſania, & blaſphæmia, dum blaſphemantes aſſerunt, cultum nõ congenitum,& naturalem eſſe nobis,ſed ab aſtris,& fato deſcendiſſe:parcat illis Deus miſericordiarum Pater,& Deus totius conſolationis:Fatũ enim, & cauſarum concurſus cultui penitus aduerſatur, quia libertatem omninò tollit,& neceſſitatem ponit in rebus: Rurſus immobilis eſt Dei cultus,& Religio,ita vt dicunt Platonici, templum Deorum nunquam ruit,& nunquàm ruiturum, quia Dei æternitatem oſtendit,quæ dicit:Tu idem ipſe es,& anni tui nõ deficient,at Syderum interpoſitio varia,eſt permutabilis, igitur non à ſtellis,& ſtellarum concurſu, quoniam fatum vocãt, quod ſi fortè cultus aliquando intermitteretur, vbique tamen Deus colitur,non ergo à ſtellis,vt blaſphæmi aſſerunt:prętereà corporibus ſydera ſuffragãtur, at Religio cum corpore nõ coincidit, diuiſum eſt eorum imperium,non enim quæ corporis ſunt,Religio quærit,ſed quę animę,quę ſuapte natura tãquam diuina ad Deum colendum, & amandum, atq; malum euitandum per liberam ſuæ conſultationis electionem ſeducit:neq; à conſilio hominum,vt ipſi affirmant,ad nos peruenit cultus;nã nihil Religione,& cultu vetuſtius,& antiquius,ante enim Ciuitates,hominumq; cętus viguit in Orbe terrarum Dei cultus,& homines Deum coluerunt,ita vt in qualibet mundi ætate, Antiſtites,& Religionis miniſtri Deum venerabantur, quod confirmat Plato in Protagoram: Homines,inquit,anteaquàm cõgregantur,vel aliquas artes exercerent, ſtatim ab initio ob naturalem cognitionem Deũ adoraſſe,araſq; illi dicaſſe, & ſacrificaſſe;Et ꝑptereà ſtultiſſimũ, & quoq; impijſſimũ eſt dicere cũ Lucianiſtis Sapientes illos fictè,& non ſincerè Deum coluiſſe, & aras Dijs ædificaſſe,cum etiam,& mẽte deprauati, vulgares, & hebetes homines Deos religiosè coluerunt, prophaniſſimũ eſt quoq; illud aſſerere, quod impij, & facinoroſi homines in medium afferunt: Viros ſcilicèt ſapientia præditos timore, & plebeorũ rabię hoc feciſſe,Deos videlicèt coluiſſe, vt inde necè aufugerent,quoniam ſapientes non præmũtur à malis, ait Mercurius;

curius;& cum eo Pythagoras; Mors quoque non eſt illi vltimũ terribilium,ſcientes deinde ſapientes Viri illud Demoſthenis dictum,me Hercle diuinum;M A L O honeſtè mori,quàm turpiter viuere; Fieri quoq; poteſt, vt aliqua ex parte horum aliqui ſimulauerint, non tamen omnes ſimulaſſe credendum eſt, neq; eos qui ſimulauerunt,omnis penitus fuiſſe Religionis expertes: Difficillimum enim eſt,quæ propria naturæ ſunt, penitus exui, à deprauatis igitur moribus eſt Irreligio, & non ab aſtris,vel à morbo,vt impiè aſſerunt: neq; ab hominum conſilio,aut Plebeorum timore, ait Plato in Epiſtolis ad Syracuſanos,& in Gorgia,& x. de leg. à malo etiam Dæmone eſt irreligio,ait Plato de Rep.x. qui tacita quadam perſuaſione pro viribus hominem impellit; Poſtremò ſi quis reperiretur irreligioſus, omniſq; religionis penitus expers præter humanæ ſpeciei naturam id contingeret, vel monſtrum quodam aut contagione alterius morbi coinquinatum; tolerabilius profectò eſſet illorum flagitioſum quoq; dictamen,Religionem ne dum homini congruere,verùm etiam belluis, ſignis quibuſdam de pullis coruorum,de elephantibus,ſcriptum eſt enim Pſal.146. Qui dat eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eũ, de elephantibus ſcribitur ad Lunę ortum genua flectere,quod anthoritate etiam Theodori Magni comprobatur; Si quis,inquit,rerum naturam diligentiùs explorauerit, inueniet nõ animas tantùm,atq; mentes,ſed quodãmodo omnia,excepto primo adorare,& vouere;Sed ridiculoſa ſunt,at cum Bruta ſint rationis expertia,non igitur adorant, nec venerantur, nec aliud rationabile exercent,quòd ſi etiam orare,& flectere videãtur, neſciunt quid ſibi agant, naturalis eſt quoq; illorum inſtinctus præter rationem,Dei bonitatem appetere, homines vero præter illum naturalem inſtinctum ipſis congenitum, diuino ſplẽdore adiuti,ratione ſacrificant,adorant,vouent,manus ad Cęlum eleuant, & in his præcipuè homines bruta antecellunt, ſecus eſſet omnium miſerrimum animal, Religione igitur cęterorum eſt præſtantiſſimum, idcircò non conſentio Porphyrio, nec conſentire licebit lib. 3. de animæ ſentientis viribus, animalia quodammodo ratione vti,& rationem illis quodammodo inhærere,non tamen recta,& perfecta,quę fit ex meditatione,atq; doctrina, quoniam etiam ſapientia hominis eſt tantũ,

& tamen

& tamen nō omnes homines ſapientes ſunt æquè, etiam ſi apti ſint: Viſus etiam datur Aquilæ, Aſtori quoq;, & columbæ, non tamen idem eſt volatus, neq; ſimiliter cernunt, aſtures, cicadæ, & Aquilæ, nec ſimiliter volant perdices: Sic inquit Porphyrius neq; rationale quodlibet ęquè particeps eſt rationis acuminis, & aſtutiæ: laudet igitur eos quantū ſibi velit Diciarcus, & Stoicorum omnium turba, qui ab animalibus abſtinebant, atque nullum occidiſſe, etiam pro ſua ipſorum ſanitate tuenda, quia rationalia exiſtimabant, ac veluti diuina venerabantur, & vt præſaga futuri ab eorum eſca continebāt: Nec defuerunt olim qui Luciano, & Epicuro adhæſerunt, & hoc argumento, & coniectura Religionem à ſtellis dependere oſtendebant, quia de Chriſto Fidei noſtræ, & cultus authore ſcriptum eſt Matth. 1. cap. Vidimus ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. A ſtella igitur, quam quadratam eſſe aſſerebant, crucisq; figurā oſtendebat; ſed ò hominum dementiam, nunquid Chriſtus ſtellis ſubijcitur? qui Dominus, & Creator ſtellarum? Fugiant igitur qui oderunt eum, & adorent illum omnes gentes cum Magis ab Oriente venientibus cum muneribus adorare eum, non enim ob id ſtella eius dicitur, quia ſtellam habuit ſibi propriā, propitiam, & fauorabilem, ſed eius, quia in natiuitate eius apparuit, vt Dei lingua Magos inſtruebat, quo itinere pergeret. Hæc eſt ergo animarij hominis prima proprietas, congenitus cultus intus clamans, Abba Pater.

Eſt & ſecunda hominis animarij proprietas diſciplinæ capacitas per reminiſcentiam rerum, quibus anima fuit ab initio decorata, in corpore tamen ſopita vt ebria, & dormiens, inde vt ad ſciētias reuertatur, expedit excitari à ſomno, & ab ebrietate, vt clariùs, & latiùs ſuo loco dicemus. Verùm hoc ſecundū hominis proprium, difficultatem parit, quoniam cōmune eſt quoq; beſtijs, vt in proh. Metaph. Ar. oſtendebat, ſed facilis eſt ſolutio, eò quia impropriè ſunt bruta diſciplinæ capacia, deinde de diſciplina eſt ſermo, quæ homini ſoli conuenit ſapientia rerum diuinarum, & de ijs quoq;, quæ rationi ſubijciuntur; carent enim bruta ſapientia, quia ratione carent: Eſt tertiò hominis proprium admiratio, nam cum ſit diſciplinę capax, non tamen ſine admiratione capax erit, propter enim admirari ceperunt homines Philoſophari, ab hac fortaſſis hominum aptitu-

dine

dine ad ridendum nanciſci, vt admirantes huiuſce mundi miſerias irrideamus cũ Democrito, & cum Heraclyto collacchrymemus: ſed age nunc ad rem noſtram reuertamur. Duo ſunt in qualibet facultate conſideranda, res materialis, & formalis, res conſiderata, & modus conſiderandi, hominem ab hac materiale ſubiectum ſtatuimus, de formali modo quid dicẽdum? illud quidem ſtatuendum arbitror, quod eſt præcipuè propriũ, ſed præcipua hominis proprietas eſt Religio, & cultus; propterea infero, vt Religionis, & Deitatis eſt capax, non enim ad hęc infima, ſed ad ſuperiora factus eſt homo: Eſt quoque cultus, & Deitas homini quiditas, vt ſcholaſticè loquar: hinc ſubtiliſſimus Platonicus Ioannes Scotus in Prohemio ſuæ Theologiæ quæſt propria de ſubiecto formali admonet, quòd homo, ſeu aliquid aliud poteſt, quadrupliciter itelligi: primo ſub ratione reſpectiua ſicut homo ad propoſitum noſtrum vt nobiliſſimũ animalium, ſecũdò ſub aliqua paſſione vt riſibilitas, vt. ſ. homo in quantum eſt riſibilis: Tertiò excogitari poteſt ſub ratione communi, vt. ſ. eſt ſubſtãtia: Quartò ſub ratione quiditatiua, id eſt vt animal eſt rationale, rationiſq; capax, & Deitatis; igitur ab eius quiditate formale debemus ſubiectum venari, perfecta enim, & nobiliſſima eſt proprietas, ſeu quiditas hominis cult⁹: Religioq;, & Deitas, cuius eſt capax; mox diſciplinæ, tertiò riſibilitatis, hinc quoq; Scotus, & exactiſſimè quidẽ colligit Deum non eſſe Theologiæ ſubiectũ ſub ratione reſpectus, ſicut poſuit doctiſſimus Egidius, qui ſtatuit formale ſubiectum ſub ratione ſcilicet reparatoris, neq; ſub aliqua ratione attributali, quæ eſt quaſi paſſio, vt cęteri pręcipuè Gulielmus quidam Varonis ſub ratione boni, quod quidem Platonicũ eſt dictũ, neq; ſub ratione communi, vt poſuit Henricus, Deum. ſ. eſſe Theologiæ ſubiectum ſub ratione cõmuni. i. entis: ſed poſuit Theologiæ ſubiectum ſub ratione Deitatis, quæ eſt eius quiditas; igitur à quiditate eſt formale ſubiectũ accipiendũ, & venandũ: Infero quoq;, & ita arbitror iure in ſubiecto formali virtualiter oẽs cõtineri veritates tũ neceſſarias, tũ contingẽtes ipſi⁹ adequati generis, quod ẽ homo ſub ratione hac formali, vt eſt Deitatis capax, cult⁹, & Religionis. Sed adhuc ardua inſurgit difficultas, qm̃ de ratione generis eſt habere ſpecies, ſed homo ſpecies ẽ ſpecialiſſima; quo pacto fieri põt, vt ſit Theologiæ gen⁹ materiale? facilis

eſt apud nos reſponſio, homo enim habet quaſi ſpecies cum in triplicem à Platonicis diſtribuatur partem, in idealem, animatium, & vmbraticum, ſeu ſenſibilem, & corporeum, Theologi quoq; ſtatuentes Deum Theologiæ ſubiectum, ita etiam reſpódet, quòd Deus habet quaſi partes, puta perſonas, quæ ſunt ceu partes ſubiectiuæ, in quibus tamen diuina eſſentia nonnumeratur, ponunt etiam Theologi attributa diuina quaſi paſſiones, ſiue proprietates, igitur licebit, & nobis.

De mundo quem ſeniores noſtri Muſarum Sacerdotes Seminarium dixerunt, atq; de rerum omnium parentibus, & quæ veteres noſtri excogitarunt, an Ariſtoteli conſoni ſint, & cum eo conciliari poſſint.

Cap. XLII.

QVoniam de mundo animarũ, & corporum ſcribebamus non ad oſtẽtationem, ſed ad delectationem, nõ enim me latet quàm longè diſtent à Philoſophico genere, qui ad arrogãtiam, aut temeritatem ſcribunt; iure igitur de mundo, quẽ Seniores noſtri Muſarumq; Sacerdotes Seminarium dixerũt, hoc loco dicemus; quem Iuniores materiam vocant mundũ inanẽ, & vacuum cum veteribus, quæ etiam de rerum omnium parentibus ſibi excogitarunt, quos reijcere conatur Ariſt. 1. Phyſicæ auſcultationis, in his quoque, quæ de ortu, & interitu ſcribit, & poſtremò in Methaphyſicis: propterea Seniorum ſententias in memoriam reuocare exiſtimauimus, vt inde exactam de rerũ initijs cognitionẽ haberemus, purgatur enim animus ait Plato à falſis opinionibus, quod rectè fit, referendo, & eas reijciendo, vel conciliando veluti aut vt inanes, aut vt mendaces: verũ non odio, & emulatione, ſed ratione adiudicando. A Numenio igitur Seniore Pythagorico inchoantes, duo ipſe eſſe rerum principia exiſtimauit, bonum ſcilicèt, & malum, hoc eſt Deum, & materiam, quod quidem non cõfutabit Iunior Philoſophus licèt illud mordens, negligat, & irrideat; quoniam ex eius Gymnaſio illud omnibus conſonum habemus, duo eſſe in entium latitudine extrema, purus actus, & pura potentia. Per bonum

igitur veteres illi Muſaruin Sacerdotes Deum explicabãt, per malum verò materiam, & mundi huius polluti Seminarium, & iure quidem malum materiam vocitabant, quoniã quanto quis magis materiæ adhæret, & illi immergitur, tanto magis malũ, & malo ſimilis, è contrario, quò magis quis bono adhæret, cò melius; Bonum quoq; vt Plato admonet: abſtractum eſt quodã & ſupra omne ens, igitur ad abſtractum mẽs noſtrã actus ſuos dirigere debet, & à malo recedere idem Plato aſſerit cùm Parmenide capite de vno. Quantò enim, inquit, magis ab vno recedimus, tãtò multipliciores, quanto verò vni adhæremus, tãtò ſimpliciores; conſona eſt ergo ſeniorum illorum excogitatio, aſſerentium duo eſſe rerum initia, bonum, & malum: hinc orta eſt Religioſa illa Philoſophia: Si Deus eſt ipſa bonitas, hoc eſt ſupra omne bonum, igitur ſumma veritas, quia ipſa bonitas eſt in abſtracto, ſi ipſa bonitas, ergo ſumma veritas, ſi ſumma veritas, igitur neminem fallit, arguit Dionyſius, qui vt Philoſophiam hanc Platoni cognatam vberiorem redderet, in triplex bonum ipſum diſcrimẽ diſtribuit, in ideam ſcilicet, ſupra ideã, & in noſmet. Bonum inquit in nobis, bonum eſt quodam apparens potius, & voluptate permixtum: Bonum in idea eſt ipſum ens, ſeu alicuius entis eſſentia: Bonum verò ſupra ideam, eſt ipſum ideale bonum omnibus bonis ſupereminens, & quolibet ente, ſeu eſſentiã maius, eminentius, quod Seniorum Sacerdoteſq; noſtri bonum imparticipabile vocitant, nam ea, quæ infra ideam ſunt, participabile bonum appellitant. Propterea bonum diffinientes, ita diffiniunt; Eſt cuius gratia omnia bona: bonum quoq; illud eſt, quòd omnia appetunt. Quare ſi aliquod bonum, aut ens verũm apparebit, participabile bonum illud vocitabimus; quoniam bonum dumtaxat ideale verè bonum, & ſimpliciter bonum: Hinc Dionyſius bonum ſupra ens collocat, hoc eſt ſuper omnem eſſentiam, quod exemplo Solis huius mundanæ ſcenæ viſibilis oſtendit, abs quo omnes radij ob id Religioſa etiam Philoſophia noſtra huiuſmodi bonum lumen vocitat communicabile, quod per vniuerſum diffunditur. Hãc Numenij ſententiam, vt ad Numenium noſtrum Seniorem Sacerdotẽ reuertamur, ſectati ſunt Aegiptij Gerogliphicè Theologizantes & dicentes, duo ſunt huius mundi fabricæ parẽtes LOTHON, ET LVTHVM, vt vulgaribus ſacra tege-

 rent,

rent, & Sanctum ne darent canibus: Per lutum enim materiam explicabant, per Loton verò Deum omnium patrem, & conditorem: Sed confabulemur amabò cum Aegiptijs Sacerdotibus, cur Loton Deum ſub ænigmate explicabant? iam Lutum materiæ nomen apprimè declarat; cum Lutea ſit, immunda, & Polluta ab eius genitali virtute: Loton verò ita exprimunt; Arbor eſt, inquiunt, quædam aquatica folia habens rotunda, fructus autem, vt myrthi bacca, quæ vocant quoque celtem, & ſi ſcriptoribus credendum eſt, arbor eſt africana; & à Lota Virgine ita dicta eſt planta, ad quam confugerat, ne ſtupraretur, in qua arbore Deum effingebant; & in eo reſidere aſſerebant, quia vndique circularis eſt figuræ, Geroglyphycè oſtendentes Deum eſſe Sphæram intelligibilem, centrumque eius vbique totum in ſeipſo omnia implens, & omnia complectens: Aquatica eſt deinde planta hæc, quia anima eſt totius orbis; Rurſus illud etiam adnotabant, quaſi huius mundanæ nauis eſſe etiam moderatorem; Orbis enim mare magnum eſt, & ſpatioſum multum. Si quoque ſcriptoribus credimus; L O T O N, planta eſt, quæ ante Solis ortum folia in ſe implicat, exeunte verò paulatim explicat: Dum verò ad meridiem, ſeu ad Meridionalem plagam aſcendit, ea tenùs folia pandit, qua contractione, & dilatatione ænigmaticè oſtendebant, nos modò clauſis labijs, modò apertis Deum collaudaturos eſſe, & ipſum veluti totius Orbis patrem, & conditorem veneraturos, gradatimque illi genua flectere geſtis; & motibus: Hinc arbitramur iure materiam à Pythagoricis binariam vocitari, quia bono ſemper aliquod ſubcontrarium ait Plato in Phedone eccleſiaſtico conſonus: Omnia inquit, poſuit Deus ſub contrario; contra bonum, malum; apud ſuperos autem minimè: igitur per loca infima malum diffunditur: Quamobrẽ Socrates aſſerebat in Phedone quod conari debemus, vt hinc illuc celerrimè fugiamus; illuc verò fugere eſt pro viribus Deo nos ſimiles reddere, qui purus eſt actus, quid igitur tanta indagine illud agitatur dubium: An mala, quæ nobis eueniunt, ſint bona? ſi malum gratia boni poſitum eſt? igitur à malo quàm citiſſimè recedendum, vt bono oblectemur, & illud etiã aſſerebat Socrates in eodem Phedone: Hoc eſt mali Dæmonis ſtudium, hominum animas ſeorſum à bono diutius detinere.

altius

altiùs verò Pythagorici conſcendentes, binariam materiam appellitabant, quia vna eſt de duobus extremis ab actu puriſſimo ſcilicèt Deo, qui totus eſt forma, & nihil eſt illi materiæ, ipſa verò tota materialis: Rurſus ob id binariam vocabant, quia poſt Deum ſummam vnitatem, materiã eſſe primum ens exiſtimabant, quæ cum Deo duo facit, proptereą etiam inter numeros non venit connumeranda, cum à materia numeri non colligantur, ſed ex rebus iam formatis numeri reſultant: Si Pythagoribus etiam credimus, ob id binariam dicebant naturam, quia ſicuti Deus eſt omnium intelligibilium parens, ita ipſa ſenſibilium genitrix: iterum Deus ſumma vnitas omne ens tranſcendens, materia verò omni enti ſubſternitur: Dèus ſupra omne ens, materia verò infra omne ens, ait Plotinus, ex quo ſequitur illud me Hercle adnotandum, iure à ternario numero eſſe inchoandum, & illũ numerorum primum vocitandum: Binariam etiam arbitramur materiam propter eius immundiciem, & pollutionem: Hinc Pater Origenes illud explicans de immundis animalibus, quæ binario numero in archam deduci iubentur, vt immundiciem denotet videlicet concupiſcibilis, & iraſcibilis portionis, quapropter Altinous quoque materiam binariam exiſtimauit in corde etiam concupiſcibilem tamquàm in loco, qui eſt inter vmbilicum, & renes, locaſſe aiunt Theologi: Diuus etiam Hyeronimus contra Iouinianum illum diſſerens locum de binario numero, quo animalia in archam feruntur, ait infauſtus eſt numerus iſte, & malus ad materiam pertinens, quæ eſt omnium malorum fons, & origo; numerus verò ſeptimus benignè inſeruit in nobis Summus artifex Deus effectus in mundos mũdandos tamen per mundos ſeptenos numerum celeberrimũ tanquàm ex maſculeo, & fęmineo.

Atquoniam materiam ex Pythagoricis malam diximus, illud hoc loco meritò quæramus; an materia ſit per ſe mala? an per ſe bona? an ex euentu mala? an neutro modo, nec mala, nec bona? facilis eſt, vt arbitror, reſponſio, ſi nos materiei naturã, eiuſq; gradus apprime ſpectemus, ſi enim materiam, vt eſt vniuerſo contraria, & incommoda contemplemur, mala vtiq; eſt, quia omnia incommoda ab ea pullulant, ait Plato in ijs, quæ de Regno, idemq; ait Plotinus capit. de materia. Eſt ſecundò

mala,

mala, quia priuationi eſt ſemper annexa, & cum ea eſt illi commertium, & omni tempore illi alligata. Eſt deinde bona, quia eſſentia quædam eſt, ſeu ens, & quiditas, vt dicunt: Omnis verò eſſentia bona eſt, etiã ſi imperfecta, & diminuta ſit, & in potentia ens quoq; cum bono conuertitur, bona igitur eſt, mala verò iure dici poteſt, negatiuè tamen ait Plotinus, quia nullam in ſe formam retinet, ſed ſemper negat ab ea: Refellendi ſunt igitur ij, qui formam genericam materiei æternam ſibi excogitarunt, fieret enim tunc ex hac forma, & materia corpus quoddam, tunc quærimus de hoc corpore, vel eſt Mathematicum, vel Phyſicum, non primum, igitur ſecundum, igitur, & aliqua affectione affectũ, igitur vel graue, vel leue, oh tu dices, eſt corpus imperfectum, idem dicemus pro Anaximandro, qui vt Ar. refert ſecũdo de ortu, & interitu contex. 3. poſuit corpus quoddam tenuiſſimum naturale ab elementis diſiunctum, quo elementa conflarentur, Ariſt. verò ita arguit. Vel hoc corpus eſt ſenſibile, vel inſenſibile, non primum, igitur ſecundum igitur graue, vel leue, ergo vel ignis, vel terra, aut medium iſtorum; Quare ſi huiuſmodi corpus ex forma illa generica, & materia daretur, nihil habebit Ar. aduerſus Anaximandrum, quia non datur aliquod corpus ſimplex præter quatuor elementa: illud verò eſt apprimè obſeruandum in conſarcinatione huius argumenti, quòd Ar. ob id corpus huiuſmodi ſenſibile dixit, quoniã Cęlum excludere intendebat, igitur per ſenſibile tactu intelligit: Eſt enim cęleſte corpus viſu ſenſibile, non tactu, nam 2. de an. ea corpora monuit eſſe tangibilia, quæ ſunt quatuor qualitatibus affecta: nec bona, nec mala, quia quodammodo ens, & quodamodo non ens Rurſus bona eſt, quia bonũ appetit ſemper, hoc eſt formam, & bonam fieri cupit, ab ea ornari, perfici, & indui, cum ſit ſuapte natura egena, & nuda: Si igitur eius gradus ſpectemus, facilè arbitror omnia argumenta, quæ afferri ſolent diluentur, & illud præcipuè; Materia prima eſt omnia, & Dei Summi Opificis emula, qui eſt omne, ergo ſimpliciter bona, omnes enim formæ ſunt in actu in primo motore, & in potentia in prima materia: Reſpondemus quòd eſt omne potentiale, non autem actuale vt Deus pura, & ſimpliciter forma. Sed tranſeamus ad Zeroaſtri ſententiam qui vnum ſtatuit totius orbis initium, & illud igneum, quem ſectatus eſt Heraclytus,

tus,ſi Plutarco Viro quidem inſigni credimus,vt tam inſignē, & ſeniorem Philoſophum liberemus à calumnijs,illud obſeruabimus Platonicum cum quoq; de principio imparticipabili,de quo Plato in Parmenide intellexiſſe,cętera enim,quæ hoc nomine principio gaudent,principia ſunt communia,& participabilia;odio igitur,& emulatione criminantur ab Ariſt.ij, qui vnumquoq; poſuerunt principium,& illud immobile, & infinitum, vel finitum, ſtatuit igitur Zeroaſter ignem rerum omniū parētem, quod fortaſſis ab Orpheo Sacerdote noſtro accepit, qui omnia in ignem reſoluenda cecinit, cum omnia ex materijs quatuor elementorum compoſita ſint, & ignis omniū ampliſſimus,atq; potentiſſimus, motuq; perpetuò paulatim omnia conterat,cętera tandem in ignem penitùs reſolui, ruiq; nouo incēdio arbitratus eſt: Verum alij per ly igneū principium Cęlum ſignificare aſſerunt cum cęteris ſenioribus, qui de rerū initijs diſſeruerunt; quod putarunt igneum blandum fouēs, & conſeruans,vt gallina oua transformans in pullos, huc tendebat quoq; Pythagoreorum illud,vt Ar.in 3.de Cęlo refert: ſtatuentium igneum elementum in medio,hoc eſt igneā virtutē, vt ipſe Ar explicat,eos mirificè laudans,non autem vt dicitur, formaliter,non enim Phyſicè inquit, locuti ſunt, ſed religiosè potius,at ſi non Phyſicè loquuti ſunt, cur Phyſicè igitur arguuntur? aperta eſt igitur calumnia: Arbitramur autē Zeroaſtrū hoc à Moyſe accepiſſe,qui ab illo igne eminentiſſimo,& intelligibili,luceq; incorporea,prodijſſe ſtatuit:Vnus eſt Deus,nec plures Dij,& ille immobilis,finitus, hoc eſt perfectus, omninò cui nihil deeſt, nec deeſſe poteſt: ſed deſcendamus ad Platonē, eiuſq; ſectatores,qui præter illud igneum principium, abs quo omnia emanant principia: Tria poſuerunt principia communia ſcilicèt infinitudinem,terminum,& vnum, quod tandem, reijcit Ar.licèt illi ſint cognati, quia etiam tria ſtabilitat, materiam,formam, & priuationem: Infinitudo etenim materiæ correſpondet,quæ infinita eſt,vt quoq; Ar. admonet 1. Phyſicorum,& ob id ignota,nota tamen per Analogiam ad formas: Termino correſpondet forma,ipſa enim eſt, quæ terminat,format,ſeparat,& diſtinguit,vt actus,& perfectio. Vni correſpōdet compoſitum,quod ex materia,& forma reſultat,& fit vnū: Iure igitur commenſuratum hoc eſt, vt dicitur, compoſitum

perfectius erit forma quodanimodo, quia entitatem in ſe retiñet materiæ, & diminutam eius perfectionem, & bonitatẽ, non enim omninò, & ſimpliciter mala eſt, vt ſuperius probabamus: Plato igitur noſter præter illa duo principia, ideale, & exemplare, & efficiens ſcilicet, poſuit & alia tria, ne quinq; ſtabilire videretur, infinitudinem, terminum, & vnum, & ita pro communioribus tria poſuit, quòd ſi illi imponitur poſuiſſe magnum præter hæc, & paruum, idem eſſet dicere materiam, & formam; & inaniter arguitur ab Ariſ. quia priuationem non poſuit pro principio, vt oppoſitum terminum, quoniam Plato priuationẽ neglexit, vt non ens, & indignatus eſt de non ente diſſerere, ſicut de rebus generabilibus, & corruptibilibus, fecerat, in Thimeo, de quibus, vt de animab⁹ brutis noluit diſputare, ſeu Philoſophari: Ar. verò ita in gurgite generabiliũ, & corruptibiliũ immerſus eſt, vt in priuatione perſiſtat; Quapropter tria poſuit principia, materiam, formam, & priuationem, materiã vt ſubiectum, formam vero, & priuationem vt duos terminos ad inuicem oppoſitos, & contrarios, hæc enim eſt principiorũ cõditio, vt ſint inter ſe contraria, hoc argumento igitur ipſe inuehit in Platonem, quia de priuatione nullam fecerat mentionem ſaltem diminutam: ſed pro Platone ita reſpondemus, & primò vt dictum eſt, quia de non ente noluit diſſerere; & indignabatur de eavel exactè, vel diminutè loqui; Secundò iterum reſpondemus, quod cum ipſe fuiſſet abundè de materia loquutus, iam occulte, & vt dicitur implicitè de priuatione diſſerebat, q̃a eſt illi ſemper annexa, & alligata: ſed explicemus illud quoq; Platonicum, vt Platonem à calumnijs liberemus, qui par, & impar more Pythagorico pro communibus principijs quandoq; ſtabilitat præter illa duo vniuerſalia, exemplar ſcilicet, & efficiens: Verum illud primum obſeruemus, quod ſuperiùs explicabamus, non tamen inaniter: Numerum ternarium eſſe imparem, & virtutem maſculeam adnotare, numerum verò quaternarium fęmineam, quia omnia ex impari, & pari fiunt, hoc eſt, fęminea, & maſculea virtute, ex quo illud nos venabimur, fęminam quoq; ſua fęminea virtute iuxta Platonis opinionẽ actiuè ad prolis generationem concurrere, nedum paſſiuè, vt Peripateticus ſibi excogitat, quòd ſi materiæ Vicem fęmella gerit, vt fęmineam quoq; virtutem non negabimus; Ab Ar. igitur non

recedunt aſſerentes par, & impar eſſe generationis parentes, hòc eſt materiam,& formam, vt ſit maſculea,& fęminea virtus: Quæ duo Sacerdotia noſtra, & Seniorū Philoſophia ſub ænigmate Iouem mundanum vocat, qui etiam in plantis viget fęmineis,& maſculeis, veluti vxoratis, quos mirificè collaudat veritatis magiſter veluti vxorarium Sacramentum, & Regno Cœlorum comparat, vnde iure Chriſtus Dominus noluit mulieri Sammariæ aliquod pandere Sacramentum, niſi accerſitò prius virò, vade inquit, voca virum tuum.

Sed iterum Platonem à calumnijs,& criminibus liberemus qui omnia corpora Phyſica, vt Ar. illi imponit ſecundo de ortu,& interitu contex. quadrageſimoquinto ex ſuperficiebus veluti ex principijs generat, quatuorq; Platonis errores connumerat, quos ex Thimeo inquit ſe collegiſſe, primus igitur Platonis error, ait, fuit, quia aſſeruit, materiam eſſe omniū formarum matrem, ſed diminutè tamen de ea diſſeruit, cū illud apprimè neceſſarium non explicauit, an hæc genitrix materia ab elementis diſiuncta permaneat? & per ſe exiſtat? vel exiſtere potuiſſet? Secundus Platonis error fuit, inquit, quia res à materia denominari monuit, nō autem à forma cūm per formā omne, quod eſt, tale denominetur, ac denominari queat, ipſa enim eſt quæ terminat actu, ſeparat, ac diſtinguit; igitur ab ea denominatio erit,& non à materia, error profectò magnus, & hallucinatio Platonis fuit. Tertius inquit, Platonis error fuit, quia materiam poſuit generationis initium, non poſuit tamē an ex ea ſit quoq; interitus ergo diminutè loquutus eſt Plato de materia. Quartus poſtremò error Platonis fuit, quia poſuit omnia ex materia accipere exordiū, & ex ea omnia corpora Phyſica fieri, mox in ſuperficies, & figuras reſolui, & non in materiam, ex qua fiunt, Ioannes verò Grammaticus Platonē ab his calumnijs,& criminibus liberat,& non eſt, inquit, elaborandū, Platonem ab ijs accuſationibus liberare,& à primo illo inchoandum, dum aſſerit Platonem materiei naturam non abundè, & exactè explicaſſe, an ſcilicèt per ſe exiſtere valeat, an ab elementis ſit diſiuncta; quoniam expediens, ac neceſſarium adhuc non fuit tam longa oratione illud explicare, aut indagari, an per ſe exiſtat, vt ab elementis fuerit diſiuncta, quoniam in Thimeo iam explicauerat non poſſe per ſe exiſtere exiſtentia per-

ſecta, ſed imperfecta, & diminuta exiſtentia, quatenùs illum ſibi retinet actum incompletum, & imperſectum; quem vocãt Platonici, & Platoniſantes Scotiſtæ actum entitatiuum, ſeu incompletum: nec præualebit illud, quod exiſtimant aduerſarij Achillè vt dicitur, ſeu inſolubile argumẽtum, datur actus omnino purus, igitur debet quoque in entium latitudine; & extremum dari pura potentia, quoniam hæc pura potentia non eſt materia, in qua actus viget imperfectus, ſed eſt forma illa educenda de viſceribus eius, quia vt Auerroes aſſerebat duodecimo diuinorũ omnes formæ ſunt in actu in primo mouente, in potentia verò in prima materia, illa igitur forma educenda eſt, pura potentia nullum in ſe retinens actum; conſequentia igitur eorum non tenet, nec rurſus præualebit aduerſantium cauillus, qui dicit, formam, dicit quoque actum: Veriſſimum eſt enim de forma educta, non autem de forma educenda ex ſinu materiæ. Quò verò ad ſecundum errorem, quem Ariſt. ita magniſacit, reſpondet Ioannes Grammaticus, & nos cum eo Platonem noſtrum non abſolutè monuiſſe res à ſubiecto, ſeu à materia denominari tales, verùm tutiùs dixit; illudque addit, commodiùs ab ea res denominantur, quia ipſa permanet ſemper, forma verò mutatur, quod exemplo ſtatuæ liquidò conſtat, quam auream à materia ſæpè vocamus, ſi enim ſtatua mutatur, non mutatur tamen aurum, ſed figura illa aurea, æs verò, vel aurum permanet, igitur tutiús, & commodiùs à materia erit denominatio, nec propterea negabit Plato à forma quoque non fieri denominationem ſed tutiùs à materia: Quò vero ad tertiam calumniam reſpondemus etiam cum Grammatico, quòd aperta eſt criminatio, liquidò enim patet, quòd ſi materia initium eſt generationis, conſequenter initium erit interitus, & iure à noſtris veteribus mundus mortis appellitatur mundus pollutionis intus mala, vt Plotinus ait: Sed deſcendamus ad quartum crimen, & Platonem à calumniantibus liberemus dum aſſerit, materiam eſſe omnium rerum initium, mox in figuram omnia ſoluit, & non in materiam, & huic calumniæ reſpondet Ioannes Grammaticus Platonem iure in figuras, & ſuperficies reſoluiſſe omnia, quia in quantitates naturales reſoluit, quas quoque Peripateticus vocat interminatas quantitates materiæ coniunctas, & an-

nexas, illique inſitas; in verbis igitur, & non in ſententia ab Ariſtot. carpitur. Veriſſimum eſt etiam apud Platonem reſolutionem fieri in materiam ex euentu tamen, perſeuerò in formam. Pythagorico etiam more loquutus eſt Plato, qui Phyſica Mathematicis componere cõſueuerat veluti ex terminis nõ autem tanquàm ex elementis, & portionibus, ſeu numeris, nonne termini naturalis corporis ſuperficies ſunt? hoc eſt dimenſiones, atq; figuræ? Sed altius cum Platone conſcendamus, nonne ideæ, & rerum Phyſicarum exemplaria figuræ admodũ ſunt? & verè ſuperficies? cœteræ verò figurarum vmbræ: quid enim ideæ ſunt, niſi figuræ? & vltimæ rerum reſolutiones: Non eſt ergo Pythagoreorum, & Platonicorum ſententia negligenda, corpora Phyſica in figuras reſoluentium veluti in principia prima: Neque illud eſt quoque mordendum Platonicorum in Epimonide, cęlum rerum omnium initium ſtatuentium, tum quia maſculeæ eſt naturæ, vt Leo Hæbræus admonet: terra verò fœmineæ, eiuſq; legitima coniunx, quapropter Chaldęi Terram Tytheam magnam vocitabant, ſeu Aretiam ab Oceano vxoratam, apprimè vxoratos laudabant, approbabantq; quoq; Chaldęi veluti ſacrum quodã ſacris literis, & Theologis cognati, & illud MERCVRII, ſcribebant marmoreis literis. PRAECAVENDVM à Viro, cui neq; vxor, neq; filij ſunt, Spiritum quoq; noſtrũ aſſerebat Mercurius cum Terra tanquàm cũ omnium matre vniri: Hinc homini ſtatim producto cũ vxore ſua iubet Oraculũ veritatis fructificare, & prolẽ multiplicare Chriſtus Dominus noſter dũ mulierem Sammariã alloquitur, nunquam Euangelij myſteria, & occulta illa ſacramẽta aperuit, nec aperire voluit, vt ſuperius explicabamus: quouſq; ſuũ vocaret Virum; cęlum igitur, vt ad Platonem regrediamur, terræ Virũ ipſe vocitat, & rerum parentem prouidentem filijs: Quod quidem nõ negabit Laicus Peripateticus cũ Aphrodiſeo ſuo Alexandro in ijs, quæ de Fato ipſe ſcribit: Prouidet inquit, cęlũ veluti Pater generans filios, & ad eorũ vtilitatẽ agẽs, triplici modo tũ per ſe primo per accidẽs, ex euẽtu 2. agit 3. vtroq; modò: quodãmodo per ſe inquã, agit, & prouidet, cũ ad cõmune commodũ ſuas dirigit actiones: ex euẽtu agit, cũ caſualiter agit .i. cũ actione alicuius agentis interponẽtis præter intentũ, vt de intẽtione theſauri euenit cũ aratro, & boue. & ita quoq; ad cõ-

moditatem ex euentu prouidet; Tertiò agit medio quodāmodo, hoc eſt per ſe primò, & propter aliud ſecundariò, vt ſi quis vadat Romam, primariò propter ſe agit, tamē ſecundariò propter amicos, hæc Alexander: Iure igitur Cœlum pater omniū, ſeu initium rerum ſtatutum fuit à Platone in Epimonide, & Platoni conſonus fuit olim Zeroaſter vnus ex Senioribus noſtris Cęlum ſtatuens lege quadam moueri, hoc eſt immobiliter, vel lege fatali, hoc eſt, quia voluntate ſphærarum, & ab earum animis fertur: Nos verò ſecus Platonis ſententiam explanamus, aſſerimuſq; Platonem per Cęlum in Epimonide ideas intellexiſſe quæ per cęlum nobis communicātur: Dicetis fortaſſe, hęc tua Platonis interpretatio à Platone recedit, quia ideas cęlo aſcribis, cur non Deo omnium Opifici? Reſpondeo, & religioſè quidem Platonem Deo, cęlo, & ideis omnia aſcripſiſſe, ac tribuiſſe ideis, veluti ſeminarijs rationibus vt medijs, & inſtrumētis, quibus ipſe Opifex rerum ſeries obſeruans, operatur, hinc Platonizantes, ſenioreſq; noſtri illud ex Thimeo colligunt, Platonem Deum cognouiſſe eſſe totius mundi patrem, nō dū quia vt pater prouidet, regit, ac gubernat, ſed quoniam ſibi ſimile naturaliter generauit, & aſſimilauit, Apoſtolo Iacobo cócinnū: Omne datum optimum, & omne donum perfectum à patre luminum: amplectenda eſt igitur Platonis ſententia, etiamſi nō de ideis intelligat, ſed corpore ipſo cęleſti, vt tale corpus, aſſerentis cęlum eſſe omnium rerum parentem, quod conſonū eſt illis ſenioribus calidum etiam, & humidū ſtatuentibus rerum omniū initia, nō ne cœlum ſua virtute calida ita agit, vt Aſtronomi excogitant, vt generet, & foueat? humidum quoque, ſeu aqueum aliter ſuo rapidiſſimo, atq; velociſſimo motu omnia conſumarentur, ab aquea, & humida illa natura, ſeu virtute illud euenit, vt non omnia incinerarentur, ab illo rapidiſſimo, & celerrimo motu cęli, quod Seniorū excogitatum, vt arbitror: eſt Moyſi concinnum: vt in Geneſi inſcribitur: fecit Deus, inquit, firmamentum in medio aquarum; profectò Platoni aduerſari quandoq; Garrulatio eſt, & eius ſequacibus emulari; Tria demum ipſi ſtatuere principia DIVINITEM, NATVRAM, & ARTEM, & conſequenter tria poſuerunt opera DIVINVM, NATVRALE, & ARTIFICIOSVM; Tres enim ſunt horum operum rationes: Ratio Idealis in Deo; ratio Semina-

lis in natura artificioſa verò in arte: ob id iure ſequitur quod quicquid fit, vel à deitate, vel à natura, vel arte ex cauſa quadã determinata fit, & peragitur: Malum verò ſi euenit, non ex ijs tribus principijs, ſed ex cauſa indeterminata aliqua fit, nó autem ex determinata exemplari vel efficiẽte aut aliqua propria ratione ſed ex cauſis temere confluentibus euenit: O quàm perbellè ergo Seniores noſtri rerum principia ſub ænigmate, & occulta quadam Philoſophia ita deſcribebant, ne Sanctum darent canibus lacerandum, propterea etiam AMOREM omnium rerum initium ſtatuebant quibus ſuffragabatur Plato in Epiſtola præſertim ad Dionyſium, & in conuiuio amorẽ ſtatuerat omnibus Dijs antiquiorem, & ante quos vis intellectus; arbitratus ſum ego tamen amorem intellexiſſe idealem, quo Deus, ait idem Plato, circumuoluitur, vt in Thimeo liquet tamquàm in loco proprio, & ab eo contineri, & non ab alio cũ ſit Sphæra intelligibilis ita vt ſi quis quærat, illudq; inueſtigabit, an Deus ſit in loco, ſeu an contineatur? ſtatim Platonicè reſpondebimus, vtiq; verum in loco ideali tamquàm in amore, abs quo circumſcribitur, ſeu circumuoluitur igitur diſſinitiuè, & etiam circumſcriptiuè, tamen idealiter, ſeu ab ideali eius amore, hinc ſeniores etiam in Platonem dixerunt amorem eſſe mundi copulam; immobile, ſuſtentaculum, huius mundanæ ſcænæ fundamentum ablato igitur fundamento hoc, mundus rueret, ob id non rectè Philoſophatos exiſtimamus iuniores, qui amorem idealem neglexerunt, neq; illis aſſentiendum eſſe putamus, qui Platonem de ideali, & de vniuerſali quoque hoc amore diſſeruiſſe in Epimonide, igitur in Symphoſio de amore genuino, & ambabus Veneribus ſcrutabatur; cæleſti. ſ. & terrena, quem vocant Sacerdotes noſtri amorem Rectum, & obliquum, quæ duo non ſunt in Deo, amor enim eius totus rectus eſt, ſeu ſpiritualis, ergo de amore creaturarum eſt in Symphoſio tractatio, qui ex coniugio PANIE, & PORI ortum traxit in Iouis viridarijs, amœniſq; eius hortis; hoc eſt ex egeſtate, ſeu penuria, & affluentia, ac rei abundantia, quam poſſidet, & verè etiam in viridarijs Iouis naſci dicitur, quia amor ordinatus vndiq; venit, & ordinatum eſſe aiunt, hinc Poetę illud ſibi excogitarunt emblema, amoremq; nobis effingere partim egenum, partimq; à medio diuitem, quia neq; quod poſſidemus, neque

quo caſtemus omninò ardere ſolemus: Altius tamen hanc Platonizantium Philoſophiam ſcrutãtes, duos arbitramur poſuiſſe Platonem totius mundi animas, alteram, quæ PANIA dicitur, alteram verò, quæ PORVS, vna eſt, cum qua Porus ſe immiſcet. hoc eſt à materia pendet, & à materia ortum habet, altera verò, quæ à materia non pendet, neq; cum Poro coit, vna omnino eſt intelligibilium, altera verò ſenſibilium; ex vtraq; tamen perpetuatur amor, & perpetuus viget circa diuinæ mẽtis plenitudinem incitatus, prima mouetur ad pulchritudinẽ ſimilem ſibi generandam: Secunda verò, quæ in materia eſt, pro viribus, exprimendam excitatur; dicunt tamen Seniores in Platonem duas animi portiones per Porum, & Peniam Platonẽ adnotaſſe, & has ſub typo amoris gemini expreſſiſſe, & ex gemino amore hoc eſt Veneribus.

Sed confabulemur amabò hoc in loco, poſtquàm hucuſq; noſtra deſcendit oratio de ijs mundi animabus, quæ nullum habuere cum PORO commercium, & vt dicunt, coniugiũ, ideſt à materia non dependẽtes, quas rerum patentes Seniores ſtatuerunt, quid de ambabus excogitarunt tùm de eorũ eſſentia, tum de ſede earum, in qua reſident; Delectabilis profectò cõfabulatio, vt de rerum initijs exactam habeamus cognitionẽ: Quærimus ergo, an hæc mundi anima præter animam mundi totius Opificem Summum: detur in entium latitudine, à qua ſenſibilia omnia emanãt, vt à genitrice: Inuenimus enim varias Doctorum ſententias: Nonnulli ex iunioribus præter Opificẽ ſummum, neceſſariò illam ſtatuunt, quapropter *Deam vocant neceſsitatis*, qua omnia fato deſcendunt, propterea quoq; inuiolabile Regnum eam appellitant, & animarum omniũ Reginã, quod ex Platone in ijs, quæ de Regnò ex Philebo ſcribit, afferunt collegiſſe, & iure inuiolabile Regnum, quoniam leges vniuerſi à Deo Opifice ſibi traditas inuiolabiliter ſeruat: hãc ſententiam Themiſtio 2. de anima aſcribunt, illud verò pro conſtanti accipiunt: agentia, quæ ſunt hic, non poſſe formas quaſuis producere, aut generare, niſi præſidio, & huius animæ ſuffragio, quæ huic orbi inferiori præeſt, vt ipſum regat, & prouideat; Aliud etiam ſibi effingunt fundamentum, hanc animam non ob id animam nũcupari, quia actus, & perfectio corporis eſt, ſed quia formas, & animas largitur, ſeu vt dicunt, & vitas

ſecundas, quas quoq; formas ſenſibiles appellitant: Tertiũ poſtremò excogitant ſibi fundamentum, hanc animam rerum ſimilitudinem in ſe retinere in ore artificis, quia notiones artificiales, quas in ſe retinet, deinde producit, quæ omnia Platoni etiam in Thimeo aſcribunt qui ſecũdum materiei merita, formas largiri aſſerere videtur? agentia verò, quæ ſunt hic noſtro terreno Orbi proxima materiam tantum mouere, ipſa igitur eſt, quæ caliditatem igni affert, & aquæ frigiditatem: Nonnulli etiam ex platonizantibus hanc ſentẽtiam Auicennæ aſcribũt, qui formam quandam à materia ſeiunctam in cęleſtibus locauit, & ſibi excogitauit, quam Colcodæã vocant, formarũ ſenſibilium datricem, eamq; Orbi Lunari affixam, & ab hac forma omnes formas affluere, quæ in præparatis ſubiectis producuntur: Ratio verò quare hanc formam ſibi excogitarũt, ne temerè, inquiunt, formæ ſenſibiles, & materiales hac, vel illac ducãtur, igitur ab ea moderamini ſubijci debet, ab ipſaq; met dirigi hac ratione intelligentiã non errantẽ quoq; vocitabant, quæ orbi præeſt, ne formæ ſenſibiles, vt dictũ eſt: hac vel illac temerè ferantur, cum ſine cognitione agentia ſint, cognitio enim per ſimilitudines rerum fit: quo pacto arguit Leo Doctiſſimus Hebreus, materia, & vnaquæq; huius Orbis ſenſibilis forma: formam diligere potuit abſq; aliqua præcognitione præcedẽte? amor. n. cognitionem exquirit: Rñdet ab intelligentia non errante fit, huic ſententiæ videtur ſuffragari Auerr. 12. diuinorũ 18. com. Quæ omnia ſi Platoni, & Platonicis concinna ſint, negliguntur tñ, & irridentur à puro Peripatetico veluti figmẽta quædã; vna eſt, inquit, totius Orbis aĩa, Sũmus Motor, vt in 8. phyſ. 84. & 12. diuinorũ 43. oſtenſum eſt: abſquo virtus eius æq; diffunditur, ſupflua eſt igitur huius ſenſibilis Orbis aĩa: Arguit 2. nullum nouum ab æterno, & immobili emanat, quæritur igitur an hæc anima, quam excogitatis, æterna eſt, an caduca? Si æterna, igitur intelligentia eſt, illud. n. ait Ariſt. 3. de ani. 16. eſt intellectus, & intelligibile, quod materiã vacat, ſi igitur eſt intelligentia, ergo Deo eſt complicata, ſi mortalis, igitur cęleſte corpus quoq; mortale. Tertio ita arguit: Si hanc mũdi totius animam formas ſenſibiles dirigere oportet, igitur agẽtia, quæ ſunt apud nos, ſuperflua ſunt: Rurſus, non nẽ totius Orbis Opifex hoc efficere poteſt? formas ſenſibiles ſcilicet dirigere, ne te-

merè agantur? & temerè hac, vel illac ferantur? Ad hæc omnes tamen reſpondent, ſed à fide, & Religione recedere vidétur, ſal ua igitur ſemper noſtræ Religionis, & fidei laude, illud quod ſibi excogitant, referam, non aũt explicabo, & ad oblectamẽtũ, vt ſæpè diccebamus, hæc ſcripſimus, ne otio torperemus: Rñdét ergo, & illud ſibi rurſus effingunt fundamentũ, duas eſſe Orbis totius animas: Primus eſt. ſ. Motor, qui vniuerſo aſſiſtit, ea tñ, quæ materialia, vilia, & polluta ſunt, nõ intelligit, vileſcit. n. inquiunt, mens illa eminẽtiſſima hęc immunda reſpiciens: Igitur animam totius Orbis ponere aliã neceſſe eſt, quæ Orbi ſublunari prouideat, illiq; pręſit, ac formas ſenſibiles regat, ne temerè hac, vel illac agantur; oportet quoq; hanc ſtatuere totius Orbis animã præter Opificẽ, vt cęleſte corpus informet, illudq; cõſtituat in eſſe corporeo, & iure animal magnũ, & ſempiternum vocitetur, cęteræ verò mentes, & illa eminentiſſima prę cęteris toti orbi aſſiſtant, ac eſſe mobile cęleſti mundo tribuant, ſicut in corpore humano, in capite velut in arce intellectus reſidet: Miniſtra eſt igitur hæc ſecunda totius Orbis ãnimã ipſius primi mouentis vt varia, & diuerſa producat, rẽs materiei immerſas intelligat, illiſque prouideat, in terra ſcilicèt ſtirpes, & viuentia omnia in aquis piſces, in aere aues, & cœtera ſpirantia producat; Deus interim totius Orbis tum intelligibilis, tùm quoque ſenſibilis ea dumtaxat regat, intelligat, prouideat, & producat, quæ intellectus, & intelligibilia ſunt, & materia vacant; non conſentio proptereà illis, qui hanc totius Orbis animam eſſe dixerunt ſpiritum illum, de quo ſcriptum eſt Geneſ. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, eſſet enim ſacra admiſcere prophanis, quem vocant etiam ſpiritum firmamenti, qui in materia reſidet tanquam in vehiculo, nam foret tunc etiam materia ipſa formata, & animata, & non potentia ſolum actum illum imperfectum ſibi retinens, nec terra eſſet inanis, & vacua, ſi vehiculum animæ totius erit; his igitur ſic ſtantibus ad primum argumentum ita faciunt ſatis, quod non proptereà ſuperflua erit, quia Dei miniſtra eſt prouidens vniuerſi ſub Lunari veluti Summus ille Opifex mundo intelligibili ea, quæ intelligibilia ſunt, reſpicere debet. Ad ſecundum ita reſpondent, voluntate antiqua, & æterna produci, & ab eaque emanare omnia, non autem noua, vt Summi Opi-

ſici miniſtra, aſſerũt tamen deinde eſſe formam mediã per ſimilitudinem, aſſimilatur enim formis materialibus omninò à materia emergentibus, quæ dant, recipiuntq; ab eorum ſubiectis eſſe. hoc eſt conſtituunt, & cõſtituuntur: Aſſimilatur etiam intelligentiæ, & ſeparatis formis, quia à materia non pendet, iure ergo forma media dicitur, quia retinet quodammodo ſeparatarum formarum naturam quinetiã, & materialium: Moleſtari tamen ſolet hæc eorum fictitia excogitatio argumento validiſſimo inter ſeparatum, & non ſeparatum non datur mediũ, quia inter contradictoria tunc daretur medium, quòd ab omnibus reijcitur; ipſi verò ita reſpondere conantur, quòd abſolutè inter ſeparatum, & non ſeparatum non datur medium, ſed inter tale ſeparatum, & tale non ſeparatum dari medium vtiq; põt, quod confirmant ex ijs, quæ Ari. monuit 7. & 8. Meth. vbi illud teſtatus eſt inter ſubſtantiam, & accidens non dari mediũ, aſſeruit tamen in ijs, quæ de cęlo inter hæc duo motum pertrãſire, inter ſubſtantiam igitur perfectam, & accidens perfectum non datur medium, ſed inter tale accidens, & talem ſubſtantiã datur motus, ergo datur medium. Ad tertium verò negant conſequens. ſ. agentia, quæ ſunt hic, ſuperflua ſunt: Si anima hęc materiam diſponit, quare ita reſpondent? quòd non erunt propterea ſuperflua, eò quia agentibus his mundanis vtitur instrumẽtis, & ideò non ſuperflua, nam inſtrumenta hæc non agunt, niſi virtute principalis agentis, ipſa verò mundi huius anima, quã omnia ſenſibilia corpora viuunt, ſe habet vt artifex. qui vtitur inſtrumentis, quapropter neceſſe eſt ponere illam vt agentia, quæ ſunt hic ſine cognitione, actus eorum, & affectiones dirigat, vt optatos fines conſequantur: Sed iterum inſurget quis: Nonne intelligentia orbi aſſiſtens, aut cęleſte corpus illud efficere poteſt? actiones. ſ. agentium, quæ ſunt hic ſine cognitione dirigere? ne temerè agant, & hac, vel illac ducantur? Reſpõdemus pro eis, vt aliàs quoq; reſpondebamus, illud prius ſtatuentes, cęlum cauſam eſſe vniuerſalem. A cauſa verò vniuerſali nõ eſt expectanda diuerſitas aliqua, rerumq; ſenſibilium varietas, cęlum enim non generat Leonem abſq; Leone, vt particularis cauſa, neq; ſol vt cauſa vniuerſalis iumẽtum, bouem, vel caprã, ita & de huius mundi anima dicimus, quòd ſi cęlum, aut intelligentia aſſiſtens cauſa eſt vniuerſalis, hæc anima cauſa eſt particularis

Lll

cularis

cularis, hoc eſt dependens, dum actiones, & affectiones agentium ſine cognitione dirigit, ne temerè hac, vel illac ferantur. Scimus tamen hanc Seniorum Philoſophiã negligi, veluti iuuenes Senes irridere ſolent: De ſede verò huius animæ arbitrati ſunt, omnes ferè in cęlo reſidere, licèt in toto, & qualibet huius mundi corporei parte vigeat, ibique functiones eius fulgeant, & appareant, vt non magis ab vna, quàm ab altera parte diſtare videatur, in medio etiam collocant tamquàm in nobiliori loco, eſt enim locus medius cęteris locis pręſtantior, hinc Pythagorei ignem in medio locabant, vt elementum nobilius, quos reijcit Ariſt. tertio de cęlo, iure etiam in medio locant vt animarum Reginam, omnes enim animæ, & ſi à cratera illa eminentiſſima emanant animarum, ipſa verò mundi anima cęteris antefertur, & iure quidem, quia mentium omnium participatarum eſt prima, quà totus ferè orbis animatur: Priuilegio ergo quodam ab alijs, & paritate diſtat, ait Plotinus, diſtare illi congruit, non tamen in Idea: meritò ergo illis aſſentiendum non eſt, qui in primo Ile, ſeu materia reſidere exiſtimabant, quoniam vt dicebamus, eſſet tunc materia ipſa formata, & non inanis, & vacua hoc eſt non ens, quo Leucippus, & Epicurus inane, & plenum pro rerum parentibus ſtatuerunt, illud ſibi effingentes, dari vacuum in natura, & illum locum eſſe inane quodam in quo Democritus corpuſcula illa agitari exiſtimatus eſt, arbitramur verò hanc Seniorũ Philoſophiam conciliari poſſe cum Ariſt. & in verbis tantũ ab eis diſſonare, non autem in ſententia: ipſi enim veteres ens, & non ens ſub enigmate pro principijs ſtatuebant, ens autem plenum dicebant, non ens verò vacuum, & inane; igitur formam cum Ariſt. poſuerant, & priuationem; & hæc duo adinuicem contraria, & præter hæc duo efficiens: etenim generatio fieri nequit abſque efficiente, & agente, aliquo: Quapropter Anaxagoras portiones quoque ſimilares pro materia poſuerat, & illas infinitas in potentia eſſe, non in actu, ne in illud incideret; dari infinitum in actu: Ex aggregatione igitur, & diſgregatione erat generatio, non tamen ſine agente, & efficiente, per efficiens verò, mentem illam eminentiſſimam intellexerat, propterea omnia eſſe mixta in tertio de anima particula quarta aſſerebat, præter intellectum, ſicut igitur ex nihilo nihil

hil fit; ſic abſque cauſa agente nihil fieri poteſt, ex ligno enim lectulus non fit abſque artifice veluti ab agente: Sed venit hora, & nunc eſt, vt cum Sacerdotibus Senioribus Siculis noſtris vnde incepit noſtræ Philoſophiæ oratio, confabulemur, qui litem, & amicitiam quoque pro rerum parentibus ſtatuerunt, quos Anaxagorei ſectati ſunt, qui omnia eſſe vnum veluti in vno Chaos exiſtimabant, quod Ariſtotil. primum hile Chaos informe, intellectu tamen perceptibile nec quid, nec quale, nec quantum appellitauit, mox illud quoque aſſerebat Anaxagoras, quod ſicuti in diſſolutione amicitiæ, quæ inter cognatos, & amicos quandoque cadere ſolet; vt quæ vnita erant, diſgregentur, ita in mundi genitura euenit, in amicis enim omnia vnita ſunt, cum verò inimicitiam contrahunt inter ſe, omnia diſſoluuntur, & diſgregantur: Arbitramur autem hanc Anaxagoræ ſententiam de amicitia, inimicitiaque elementorum explicari debere, & omnia ex eis componere; amicitia enim elementorum bonum eſt quodam vniuerſale; lis verò, & inimicitia particulare bonum, res enim naturales in portiones ſectas, bonum particulare eſt quodam, quare ad bonum illud vniuerſale reſpicientes, amicitiam pro rerum omnium initio putabant: Ad bonum verò particulare litem exiſtimabant, & iure quidem, quia dum particulare bonum petimus, litem exiſtimamus, cum autem vniuerſale bonum, amicitiam, & pacem, quod eſt etiam Platoni conſonum in iis, quæ de Republica quarto, qui omnia communia ibi ſtatuere videtur etiam vxores, & filios, ideſt, omnium ciuium bona veluti propria habenda. Arbitramur autem horum Seniorum ſententiam ab Ariſtot. non recedere, ſed tantum verbis diſſentire, poſuit etiam ipſe Ariſtot. formam, & priuationem, & duo rerum omnium principia adinuicem contraria, ex eorum amicitia, & lite omnia generari, & corrũpi; propterea nõ negligendi ita ſunt, & morſibus acrioribus mordedi, ſi ſub enigmate, & allegoria quadam Philoſophati ſunt, & quæ ſecretiora ſunt, velo tegerent, ſcrutatio equidem de rerum parentibus non omnibus eſt reuelanda, hinc reprehenditur Ariſtol. ab Alexandro Rege, ſi Plutarco credimus, non rectè (inquit,) feciſti, quòd auſcultatorios libros foras diuulgaueris, nam qua alia re præſtare cęteris poterimus, ſi ea, quæ abs te accepimus,

omnium

omnium prorſus communia fiant?& ſi Alexandro Ar. ita reſpõdet: Auſcultatorios libros, ò Alexander, quos editos conquereris, & non proinde vt archana abſconditos ſcito editos eſſe, neq; non editos, cognobiles autem ijs tantum erunt, qui nos vtriq; audierint, Vale.

Non ergo hoc Sacerdotium Philoſophandi genus negligẽdum eſt, nè ſanctum daretur canibus, & Philoſophiæ archana ſub velamine tegantur; Senſus etiam allegoricos, & anagogicos omnes ferè Muſarum Sacerdotes, Senioreſq; Philoſophi approbauerunt, Iamblicus, Proculus, Mercurius, inter Theologos autem Origenes, & Plato præſertim illud ſub enigmate ſcribebat, OMNIA VIRTVTE DOMANTVR, neq; enim res adeò fortiſſima eſt, quin ipſa ſuperetur virtute, quo ſchemate, & illud etiam ſignificabat in Critiam, vt in rebus tam ſecũdis, quam aduerſis Ciues tolerantes ſint, quia virtute domari omnia cernuntur, allegoricè tamen res aduerſas, accidentales vocitabant, quia citò cum Sole occidunt, proſperæ, & ſecundæ res orientales.

Illud quoq; aureum ſub enigmate ſcribebat in Critiam, INTELLECTV viuentes ſub protectione Palladis viuere, quod quidem eſt Theologis cognatum: Non permittit nos Deus tẽtari ſupra id, quod poſſumus: Illud verò vltimò loco breuibus quibuſdam verbis explicemus, quod de rerum parentibus Plato in Parmenide exiſtimauit quinq; ſcilicet eſſentiam, motũ, ſtatum, Alteritatem, & Identitatem, quæ omnia à Plotino diſcutiuntur, arbitrorq; potius quinq; eſſendi modos dici debere, in abſtracto mundo intelligibili principia cõuenientia, modo tamen intelligibili licèt mundo, corporeo quoq;, corporeo modo, & ex natura rei tantum inter ſe diſiuncta, & ratione, vt formalizantes aiunt ratione rationabili hoc eſt vnum non eſſe alterum. At nos cum de rerum initijs in hoc capite vltimo non in abſtracto diſſerebamus, ſed re ipſa Plotino diſcutienda reliquimus. Valete &c.

FINIS.

1010382

TABVLA
In qua huius Libri capita omnia continentur.

PHILOSOPHIA eſt munus Regum, propterea, Regibus Ducibus Dijs dicandum, & veluti tabellam eis appendendam. Cap. primum
Hoc nomen Philoſophia non fortuito, nec caſu ad nos deſcendit, ſed è Cœli vertice, & Iouis capite ortum, à Pythagora verò explicatum. Cap. 2.
Philoſophia Sacerdotia, & gentium Theologia non eſt contemnẽda, quia ad mundum intelligibilem, Deum ſcil. omnium Creatorem nos dirigit, licèt non ſincerè colat. Cap. 3.
Philoſophia Sacerdotia negligitur, varijſq; morſibus, & iaculis læditur, ac primum, quia fabulis, Symbolis, ac Poetarũ ænigmatibus plena eſt, at nos eorum cauillationes diſſoluemus. C. 4.
Alio acutiori morſu Philoſophia Sacerdotia læditur, & ab aduerſarijs mordetur, quia furoribus, dementijs, vaticinijs, ſomnijs tum Socraticis, tum quoq; Scipionibus gaudet. Cap. 5.
Rurſus Philoſophia noſtra ab aduerſarijs læditur quoniã Poetas tot laudibus concinant, mox è templo Muſarum veluti garrulos, & vanilocos reijcit, igitur inconſtãs eſt, & ſibi aduerſatur, nos eorum cauillum ſoluemus. Cap. 6.
Laicos Philoſophos noſtram irridere Philoſophiam dementia eſt, & mentis morbus, propterea purgandi ſunt in patera attrabile; ac vt ait Mercurius ad Titium omni pollutione lauandi, Cap. 7.
Philoſophia noſtra Olympia iure dicitur, quia in cacumine montis reſidet, & ad montem illum conſcendendum neceſſaria eſt Mathematica, & ab ea primum inchoandum. Cap. 8.
Philoſophia religioſa in cacumine montis reſidet, ad quod conſcendendum Mercurio, Apolline, & Venere ducibus indigemus. Cap. 9.
Alacri animo ad cacumen huius montis eſt conſcendendum, nec retro cum Orpheo pro Euridice voluptatis Symbolum reſpiciẽdum. Cap. 10.
Irridet Laicorum ſchola Philoſophiam religioſam, quia mundũ

vnicum in plures mundos diffundit veluti ſolem in radios. Cap. 11.

Mundum quemlibet ex quatuor conſtare elementis, Platonica, & Religioſa eſt Philoſophia, eſt quoq; Theologica præter mundum humanum, nouum ſcilicet, qui ex duobus conſtat elementis igne, & aqua. Cap. 12.

Contemnit Laica Philoſophia mũdũ idealem, quem noſtra quàm maximè veneratur, iureq; ideas colit, atq; obſeruat. Cap. 13.

Summatim rurſus quæ de Ideis diximus, repetamus, & diſtinctiori quodam ordine aperiamus, vt Idearum veritas magis elucescat. Cap. 14.

Contemnit quoq; Laicus Philoſophus mundum Angelicum, & illum ignitum mundum libertatis multiplicatum, & millenarium. Cap. 15.

Deſpiciunt filij ſenſus corporei mundi genituram, & in Platonẽ rationis filium temerè inuehunt. Cap. 16.

Flocci pendit Laicorum ſchola mundum cœleſtem ex quatuor cõſtare elementis, vt cætera naturalia corpora, nos ex ipſis elemẽtis omninò contendimus, igneumq; ſtatuimus, nec propterea corpus quintum ab elementis diſiunctum. Cap. 17.

Paruipendit aduerſarius ea, quæ Aſtronomi de elementis in mũdo cœleſti aſſerunt, negligit quoq; lunæ frigiditatem, & cæterarum ſtellarum influxum; noſtra verò Philoſophia Palladis, et Neptuni prouidentia cauillos eorum diſſoluit. Cap. 18.

Iure ex his, quæ monuimus, illud inſurgit quæſitum diſputandum, an motus Cœleſtis corporis ſit naturalis, an neuter. Cap. 19.

Alia quoq; inſurgit quæſtio dum cœleſti mundo immoramur, an Cœlum animatum ſit, & qua anima animetur? an calore viuat, vt veteris dixerunt? an vegetali, an ſentiente? vt Platonici? an intellectu, vt Peripatetici? Cap. 20.

Subſannat Laicorum turba Cœleſtis mundi harmoniam, quia ſœdatum habet animæ vehiculum, & tonitruum iam putat audire, aures habet, ſed non audit. Cap. 21.

An animæ diffinitio ab Ariſtotile tradita 2. de an. cœleſti quoque animæ conueniat? diſputatio eſt Palladis filiorum, & non iurãtium in verbis præceptorum. Cap. 22.

Rationibus validiſſimis lucis filij animam ſentientem in corpore

cœleſti

cœleſti collocant,& ab Ariſtotile omninò diſcedere videntur. Cap.23.

Neglexit Plato de elementis huius ſenſibilis mundi differere, ob idq; noluit terræ ambitum diffinire,ſed homines ranas in paludibus coaxantes exiſtimat, nos tamen fragmenta quædam de terra,& cœteris ex Thimeo,& Phedone differemus. Cap.24.

Tanta eſt mentis humanæ præſtantia, vt veteres noſtri Sacerdotes adeò illi incubuere,vt ipſis dumtaxat fore contemplandam putarint,quibus non eſt omninò conſentiendum. Cap.25.

Duas de mente Veteres noſtri Sacerdotes dixerunt, eſſe numerũ ſeipſam mouentem,& ſubſtantiam ſeipſam intelligentem, non tamen Deũ dixerunt, vt quidam ex Laicis in Ariſtotilẽ mentiuerunt. Cap.26.

Nullũ ab initio fuit barbarius dogma inter barbaros, quam illud aſſerere hominum,Animas eſſe Dei portiones,ac de eius ſubſtantia veluti de materia procreatas. Cap.27.

Si numerus ſeptennarius eſt infacundus,vt de rationalibus numeris aduerſarij probant quomodo anima ſeptennaria eſt apud Platonicos, & hoc nomine Pythagorico gaudet. Cap.28.

Falsò peripatetici aſcribunt Platoni tres poſuiſſe animas adinuicem diſiunctas ſcilicet iraſcibilem,concupiſcibilem,& rationabilem,dũ de Rep.4.vnicam aſſeruiſſe legimus,& mẽdosè quoq; alias omnes approbaſſe immortales. Cap.29.

Rationes validiores quibus Philoſophia noſtra animi immortalitatẽ oſtendit, quòd ſi quid diſſonum audieritis, non ex animi ſententia eſt,ſed ex parte ethnicorum,& gentium refero,at nõ explico. Cap.30.

Argumenta,quibus laicorum,& pollutorum Philoſophorũ ſchola huic noſtræ Philoſophiæ Sacerdotiæ emulari conatur, quæ tandem pura figmenta ſunt. Cap.31.

Argumenta ethnicorum diſſoluuntur ab eorum pollutis principijs non recedentes ſalua ſemper noſtræ religionis laude, referentes,non autem explicantes,ab eſca Eſau,quà ipſe Aegiptijs ſua primogenita vendidit,liberet nos Deus. Cap.32

Animam ne dum in ſe manentem, verum quoq; ad nos vergentẽ non indigere ſenſibus,nec phantaſmatibus,ſed per ſui ſubſtantiam intelligere,& ſi Platonicum dogma eſt,nos etiam ad delectationem ſcribentes Peripateticum quoq; eſſe quaſi paradoxũ

cum lucis filijs aperiemus. Cap.33.
Diſputatio de reminiſcentia diſcutienda proponitur, an Plato, & Ar. conciliari poſſint, an quoq; ſcientia noſtra ſubſtantia iure dici debeat, ſicut de cœteris mentibus Plotinus aſſeruit. C.34.
Si Platonicis credimus, illud iure ſequitur, intellectum omnia intelligere materialia, & immaterialia, & non modo in aptitudine, vt nonnulli aſſeruere: ſed etiam in actu, quod quoq; Peripateticum eſſe videtur, non autem Theologicum. Cap.25.
Et ſi Religioſa Philoſophia noſtra, & Laica quoq; mentē humanam, non indigere ſenſibus admonet, ſenſibus tamen interioribus omninò egere admonemus, quibus ad boni, & mali diſcretionem excitemur, ad ſummumq; pulcrum conſcendere valeamus. Cap.36.
Quænam ambroſia, manna, aut nectar illud ſit, quo homo animarius veſcitur apud Platonem in Phedone, quæ nam alæ illæ geminæ, quibus quoq; Cœlum euolat. Cap.37.
Mentem conflari ex geminata natura, ex diuidua ſcilicet, & indiuidua non modo Platonicum eſt, verum etiam Peripateticū. Cap.38.
De animabus mundi ſubterranei, quas Dæmones vocamus, à laicis Philoſophis neglectas, & quaſi Sphynges, & Chymeras eas irridentibus. Cap.39.
Hominem, quem Mundum in paruum, ſeu in epilogum vocant, Philoſophiæ noſtræ ſubiectum ſtatuimus, cuius modus conſiderandi, & vt dicunt, ratio formalis, vt religioſus eſt, & deitatis particeps. Cap.40.
De modo conſiderandi ipſius hominis, quem vocant ſubiectū formale, an ſcil icet vt admirationis eſt filius? an vt Religionis particeps? an à ſui ipſius proprietate pretioſa diſputatio. Cap 41.
De mundo, quem Seniores noſtri Muſarum Sacerdotes Seminarium dixerunt, atq; de rerum omnium parentibus, & quæ veteres noſtri excogitarunt, an Ariſtoteli conſoni ſint? & cum eo conciliari poſſint. Cap.42.

I N D E X

Quæ per capita in hoc volumine tractantur.

PHILOSOPHIA *eſt mortis contemplatio.*
Eſt animi diuortium.
Eſt plurima diſcere.
Eſt omnium Artium peritia.
Eſt noſſe diuina & gubernare humana.
Eſt admirationis filia.
Eſt Dei ſimilitudo.
Eſt diuinarum rerum indagatio.
Eſt diuinarum rerum poſſeſſio.
Eſt ſapientiæ ſtudium.
Eſt veritatis amor.
Eſt munus Deorum.
Empedoclis Diffinitio tria amplectitur.
Eſt platonis conſona.
Ditiri amba quid ſit?
Duodecim Herculis moſtrua quid? ſignificant.
Haſta palladis quid?
Non omnibus datum eſt philoſophari.
Philoſophus eſt ſplendor firmamenti.
Ioui ſacrificandum eſt & non Iunoni ventoſæ.
Poetarum figmentum de deſcenſu Mercurij ad inferos Iouis mandato.
Baccum bis natum quid? ſignificet.

EX CAPITE SECVNDO.

HOC *nomen philoſophia à Celi vertice deſcendit.*
Poetarum figmentum de ſophia Iouis filia.
Iuno eſt Ambitioſorum tipus.
Iouis ſomnus quid?
Philoſophi futuri Inſtitutio.
Socratis documentum aureum.
Socratis obitum.
Philocalia quid?

Palladis miniſtri quid ?
Solus Deus vere eſt Sapiens.
Non eſt armonicè conſlatus qui in ſtudiorum voluptate non oblectatur.
Sapientes Apibus comparantur.
Sine Apolline canere eſt ſtrepitare.
Iouis ſuos vocat ad Altiora.
Homerum oculis priuatum quare ?
Steſicorus Siculus termitanus homero prudentior.

EX CAPITE TERTIO.

PLATO negligitur.
Plato mutatis quibuſdam videtur quaſi theologus.
Plato duas oſtendit felicitatis vias & optimam elegit ſibi.
Peripatetica doctrina ad Platonem nos manu ducit.
Veteres philoſophi multa religioni conſona dixerunt.
Quæ de gentibus referuntur ad oblectationem narrantur.
Deo nihil magis diſplicet quam contemni.
Ingredientibus platonis viridarium qui eis obuiam venient.
Medulla nutrit & non cortex.
Acetum quoque conuiuium tollerat.
Conuiuio platonico non omnibus accedere datum ſed tribus gratijs datur ingreſſis trium gratiarum expoſitio.

EX QVARTO CAPITE.

FABVLARVM genus geminum.
Eſopi fabulæ ſunt fabulatæ narrationes.
Mineruam ex Iouis capite ortam quid ſignificat ?
Herculis & Anthei explicatio.
Herculis bidria quid ?
Voluptas eſt hidriæ perſimilis.
Anima in tres diſtribuitur vires apud Platonem.
Equi Gemini Albus & Niger quid ? apud platonem.
Saturni Regnum eſt contemplantium Imperium.
Saturnus hoc eſt requies & ſaturitas.
Elehuſine virgines indignantur quare ?

Plato prauidit ſuos aduerſarios.
Celeſtia bubonibus & noctibus odium.
Ariſtotiles ſibi aduerſari videtur.
Pitagore ſimbola explanantur.
Generatio diuina ECCHO dea poetarum & gentium explicatur.
Chriſtus more Paleſtinorum & Sirianorum alloquebatur.
Varijs vijs eſt philoſophandum.
Phebbi filij proprio marte philoſophantur.
Theologi lumine diuino afflati theologizant.

EX CAPITE QVINTO.

NEQVE omnis fabula eſt contemnenda neque omnis ſomnus.
Somnia vnde.
Somnum in matutinis.
Somnum furorem diuinum.
Profectia non voluntate humana afflata eſt.
Sibilla ideſt filia vocis.
Sibillas non fatidicas mulieres.
Sibbillæ carmina.
Sibbillæ profetis concinne.
Sibbillæ ad tarquinium.
Argumenta quæ de ſomno adducuntur ſoluuntur.
Somnia vel ab immundo: vel mundo homine.
Scipionis ſomnum non negligendum.
Agamenonis ſomnum approbandum.
Zeroaſtri ſimbolum explicatur non augeas fatum.

EX CAPITE SEXTO.

POETAS diuino furore repletos Apollinis Filios extimamus.
Ione vulgaris homo homeri carmina decantabat.
Veritate humana mens alitur.
Mendatio leditur.
Mendatia pura nos perdunt.

Poeta

Poetæ Deo emulantur.
Poetæ eijciendi a ciuitate.
Poetarum genus venenoſum.
A vino abſtinendum iubet Plato.
Valeant Platonis impoſtores.
Animam quadruplici furore repleri quid?
Virtutes omnes vnico verbo plato iuſtitiam vocat.

EX CAPITE SEPTIMO.

TRIA medicamentorum genera.
Mens humana medicamento Apollineo curatur.
Sex naturales cauſas egritudinis.
Egritudo eſt peccatorum inflictio.
Spiritus noſter eſt medius inter corpus & animam.
Aer nocturnus eſt ſpiritibus noſtris inimicus.
Spiritus in naturalem vitalem & animalem.
Spiritus vnuſquiſque ſuum habet proteptorem.
Chriſtus eſt cithera Dei patris.
Chriſtus eſt odor ſuauiſſimus.
Chriſtus eſt panis vino infuſus.
Muſica medicamentum ſalubre.
Chriſtus eſt odor vini non de genimine huius vitis.
Chriſti verbum medicamentum validiſſimum.
Apollo duos genuit filios Eſculapium & Platonem.
Anodina duo corporis & mentis.
Moralibus virtutibus tamq; leniatiuis eſt animus purgandus ſpeculatiuis vt ſolutiuis.
Anima violatur dum cadit ab armonia.
Cadere ab armonia quid?
Animæ potentiæ Iani facies duæ.
Mens eſt prius purgandaq; corpus iubet zeroaſter.
Zeroaſter euangelio conſonus.
Verba Pauli explicantur cum infirmor fortior ſum.
A DEO omnis medela.
Corpora ſunt ſeruanda vt Deo magis ſeruiamus.
Ad corporis valitudinem adiuuat efficax fides qua infirmus medico ſe adhibet.

Chriſtus ęgritudinum protho magiſter.
An Animi ægritudo ſit Corporis validior?
Lauari in cratera polluta apud mercurium quid?
Lauari in cratera inuiolata quid?
De cratera polluta bibere eſt ab ore pollutorum hominum audire ſermones.
Philoſophia Mercuriÿ eſt quandoq; euangelio conſona.

EX CAPITE OTTAVO.

COGNITIO rerũ diuinarũ in cacumine montis reſidet.
Animi perfectio eſt rerum diuinarum.
Scientia per interualla temporis Acquiritur.
Ad Acqrendum Animi perfectionẽ neceſſaria eſt mathematica.
Ea pars quæ de numero eſt ab ignorantia rerum ſenſibilium nos liberat.
Giometria plurimum confert ad bonum intelligendum.
Arſtonomia ad Authorem menſium, & annorum nos dirigit.
Muſica hæc ad Armoniam cœleſtem.
Ariſtotiles circa mathematicã acquirendã nõ diſſentit à Platone.
Ariſtotiles exemplis mathematicis pueros inſtruit.
Mathematica ordine droctrinæ præcedit ceteras artes.
Duo Argumenta partis vduerſæ ſoluuntur.
Naturalia ſunt rerum Diuinarum Immagines.
Omnia proportionæ mathematica condita ſunt.
Per cubum ternarÿ, & viginti ſeptem quid? apud Platonem.
Plato theologis Conſonus qui omnia pondere, & menſura faciunt principio, medio, & fine.
Socrates Platoni Alloquitur de mundi fabrica, & quartum non inuenit.
Via ternaria ad montem muſarum conſcendendum.
Stientiarum mathematicarum ignarus Platonis academiam nõ ingrediebatur.
Deus quadrilatero nomine gaudet, á ternario tamen nõ recedit.
Mathematica eſt quodam modo ſcala Iacob.
Vnum omnium numerorum initium eſt.
Difficile eſt quid Plato per vnum in ſophiſta intelligit, & vnum in parmenide.

Falſo criminatur ab Ariſtotile Plato qui omnia eſſe vnũ poſuit.
Qui vnum non intelligit nihil intelligit.

EX CAPITE NONO.

AD Montem Muſarum conſcendendum tribus indigemus ducibus.
Omnia à Columnis Mercurij ait Iamblicus.
Columnæ Mercurij plene Doctrinis.
Duo ſunt inueſtigationum genera grauia, & leuia.
Mecurius cum Ioue grauia tractat, & cum Apolline ludit.
Omnes artes à Ioue totius mundi opifice accepimus.
Mercurius omnium Deorum minimus eo tamen indigemus.
Mercurium omnium Deorum maximum.
Mercurij fili minimi ſunt de fortna maximi de intellectu.
Omnis Doctor, & ſcribba minimus eſt in Regno Cœlorum.
Reges terræ miecchos nutriunt.
Mercuriales gallum nutriunt.
Gallo clamante ad ſapientiam Rerum Cœleſtium eriguntur.
Gallus intus nobis adeſt ait Plato Ariſtotili conſonus.
Socrates eſculapio gallum in munus ditiſſimum tradidit.
Gallus Dei miniſter.
Gallum domi nutriendum quare?
Gallum non mactandum quare?
Gallum ſacrificandum.
Gallum ſolideo conſecrandm.
Gallum naturam remeantem.
Socratis mirabile dictum in eius obitu.
Gallum Apollinis Cœleſtis ſimbolum.
Diſplicet Deo Galli mors.
Apollo, & Mercurius eque ambulant, & equa voce clamant.
Venus Cœleſtis gratiarum mater.
Lœtis ſaporibus condit quæ Mercurius inueſtigat.
Venus Philoſophorum dux ait Plato.
Venere defuncta peribit hominum ſtudium.
Duabus Alis Philoſophus erigitur.
Minerua arminuentibus neruis dicitur.
Minerua ad modum neceſſaria Philoſophis.

Illud

Illud dauidicum explanatur emitte lucem tuam, & veritatem.
Venus ſpiritibus noſtris inimica.
Muſe virgines ſunt.
Cauendum eſt à Cerere, & Bacho crapule ſimbolum.
In Animam maliuolam non intrabit ſapientia.

EX CAPITE DECIMO.

PITAGORICVM illud explanatur ne ſpectes te à tergo.
Hercules poſt interempta monſtrua glorioſus euaſit.
Hercules ſolarium omnium tipus.
Solſtitium quid?
Philoſophi leonini homines quare?
Sol in leone feruet.
Philoſophi filij lucis lumine Diuino afflari neceſſum eſt.
Saturnij quoq; vocantur.
Iuppiter, & minerua diuiſerunt ſibi regnum.
Saturnum ſuos filios deuorare quid
Laborioſa eſt via ad montem rerum diuinarum.
Apud barbaros ſoli muſarum antiſtites templo aſtabant.
Omnes non intelligentes peribunt: eſt Mercurij dictum.
Animus in pulcritudine letatur.
Qui pulcritudini ſtudet Deo ſeruire ſtudet.
Suā vnuſquiſque ſtatuā tergere ſtudeat quouſq; dei formis fiat.
Anima prius quā ad corpus deſcendat gemino alimento ueſcitur.
Niſi vera cognouiſſet in corpus Iouis non vergiſſet.
Nunquam Minerua habuit cum Iunone comertium.
Minerua ſapientiæ tipus, & Iuno diuitiarum.
Philoſophia in animi cultu verſatur, & non in fortune bonis.
Fortuna, & Philoſophia non coeunt Iudei, & ſamaritani ſunt.
Orpheus Poeta furore poetico afflatus fuit.
Apollinis filius aduidicatur.
Orpheus ſuo cantu feras mitiores reddebbat ſaxa mouebat.
Eius Apologus declaratur.
Iuxta flumen ebron necatus eſt.
Orpheus viri ſapientis tipus.
Vir ſapiens non præmitur à malis fortunæ.
Orpheum à calliope ortum.

Corde eius lire; eloquentia.
Orpheum ſuffragio demonum ſaxa, & flumina mouiſſe putatur.
Podargam, & morbos cantilenis curaſſe.
Mercurij fabulata narratio de Orpheo, & eu ridice muliere.
Animus recuperatis alis rurſus ad Cœlum euolat.
Caueant Muſarum Sacerdotes ne à vocibus vulgarium letentur nec ledantur.

EX CAPITE VNDECIMO.

MVNDVS vnus iu plures Mundos diffunditur ſicut Sol in Radios.
Ponere tot mundos purum figmentum eſt.
Eſt vnus àb vno Principe, & ab vna endelenchia.
Mundus vel corporeus vel incorporeus corruptibilis, & incorruptibilis Animarum vel corporum.
Omnes Mundi vniuerſum conſtituunt Ideo vocant PAN ideſt totum.
Mundus intelligibilis idealis ſolaris vitalis, & eminentiæ.
Ad Mundum eminentiæ pulchritudine, & contemplatione conſcendimus.
Sol Dei eſt ſedes.
Sol iſte mundanus eſt Dei immago, eſt Dei oculus viuificus.
Socrates ſolem intelligibilem venerabatur non hunc viſibilem nō demonem ſuum coluiſſe.
Egiptij ſolem Mineruæ filium putabant.
Via ſolis Trinitatem diuinarum perſonarum venari poſſumus.
Scotus platonicus ſubtiliſſimus:
Mundus Angelicus ex intellectis coſtat animabus.
Nouem continet Angelorum ordines,
Angelos laicus Philoſophus vocat intelligentias.
Omnes ſeiuncte eas faciunt non ex phiſica materia conflatas.
Angelos corpora ſpirituoſa Platonici faciunt tenua, & aerea.
Sub tipo Alarum vt Aues diſcribuntur.
Qua motione mouentur declarat Deoniſius.
Localiter mouentur quomodo.
Triplex eſt eorum motus circularis obliquus eſt rectus.
Angelus omnia ſimul vult.

Mundus Cœleſtis inconſumabilis non diſſolubilis ſed in melius mutabilis.
Due cauſe apud Platonem, & Plotinũ de mũdi indiſſolubilitate.
Fuſus adamantinus apud Platonem quid?
Plato poſuit Cœlum igneum ideſt Aerem puriorem.
Plato mundum elementarem in quatuor plagas deducit.
Mundus elementaris poſitus eſt in maligno ab eius genitrice immunda.
Mundus elementaris à tribus tirannis Ioue, Neptuno, & Plutone occupatus.
Trium malignitatum duces.
Ignis rerum omnium vita apud veteres.
Pluto, Iouis, & Neptunnus tria numina omnium rerum fundamenta ait Proculus.
Materia mundus eſt interitus.
Varijs deſcribitur nominibus apud Platonicos, & peripateticos.
Formam varijs nominibus ſcribunt.
Mundus ſub terraneus mundus demonũ, & de eius nominibus.
Validiſſimum argumentum ad oſtendendam inferni veritatem.
Anime brutorum Animarum vmbre.
Mundus humanus miraculum.
Conſilio ſollemniſſimo factus.
Moiſi tabernaculo ſimilis.
Octennarius Mundus eſt homo mundus nouus.

EX CAPITE DVODECIMO.

MVNDVM quemlibet ex quatuor elementis coſtare Platonicum eſt, & theologicum.
Mundus intelligibilis igneus aqueus aereus, & terreus.
Plato noluit huius terræ ambitum diffinire, quia fetida.
Mundus Angelicus quoque, & Cœleſtis ex elementis conſtat.
Ignis Cœleſtis blandus.
Argumenta Ariſtotilis aduerſus veteres ponentes duo elementa tamtum.
Mũdus ſub terraneus ex quatuor coſtat fluminib' elemẽtaribus.
Solus nouus mundus ex duobus coſtat elementis ex igne intelligibili, & aqua ſupra mundana.

Facile

Facile euolabit ad Cœlum.

EX CAPITE TERTIODECIMO.

PHILOSOPHIA *ſeniorū ideas veneratur, & theologi vnes.*
Ariſtotiles ſolus cum diogene ideas irridet.
Quid ſit idea iterum explanatur.
Vna eſt rerum omnium idea multæ vero ex determinatis àb ea.
Idea videtur ad montē viſionis oculo mētis, & à mēte purgatis.
Argumenta Laicorum Philoſophorum aduerſus ideas, & ſoluctionues ipſorum.
Dei oculus infiuitus.
Deus innumerabilia intelligit non gradatim ſed intuendo.
Non vileſcit vt barbari falſo effingunt.
Secretum de ideis abſcondendum.
Heracleiſcire negabant.
Omnia putabant ſenſibilia.
Ideæ eſt neceſſaria vt indiuidua conſimilia in ſpecie fiant.
A nominibus que influunt non eſt expectanda ſcientia.
Laicus Philoſophus ex eius quod quid eſt putat ſcientiam.
Tribus de cauſis Platonici ponunt ideas propter generationem ſcientiam, & Dei prouidentiam.
Non eſt apud nos cui non præ eſt Angelica poteſtas.
Aſtronomi putaut Platonem per ideas intellexiſſe Stellarum virtutes, & inſtellifero cœlo locatas.
Lucianiſte Chriſtum blasfemant illud falſo exponentes vidimu ſtellam eius in oriente.
Niſi darentur idee eſſet progreſſus in infinitum.
Ioannis grammatici. & ſimplicij digreſſiones de ideis.
Idee ſunt ſubſtantiæ non participatæ.
Sola ratione percipiuntur.
Solus Deus eſt ſumma vnitas cetere mentes vnitates & numeri
Res ita ſe habet ad recipere ſic vt adiſſe.
Angelus perfectiori modo intelligit per ideas ſibi contreatus quā mens humana.

EX CAPITE DECIMOQVARTO.

A*B Epicharmo pitagore diſcipulo à Philolao à Mercurio Platonem ideas recepiße putant.*

Diuus

Diuus Auguſtinus ex Marci varronis ſentẽtia ideas approbat.
Ariſtotilem ideas non neglexiſſe ſed contra plebeos Philoſophos diſputaſſe iudicant.
Idea rurſus diffinitur longa declaratione.
Scientia eſt eorum quæ ſemper ſunt.
Ideas venerandas quia in Deo ſunt.
Ideæ ſeminarerum omnium.
Non omnium rerum ideæ ſunt ſed tantum ſubſtantiarum.
Neque omnium ſubſtantiarum ſed ſenſibilium ſed non omnium niſi formarum.
Materiè non eſt idea neque compoſiti.
Formæ tres generum indiuiduorum, & ſpecierum.
Solius ſpeciei eſt idea.
Indiuiduorum non eſt idea.
Plato videtur ſibi aduerſari ande indiuiduis ſint ideæ?
Ande mente diuina ſit idea eſt difficultas.
Artificialium non ſunt ideæ niſi ad naturalia referantur.
De accidentibus non eſt idea niſi ad ſubſtantiam.
Ariſtotiles putauit Platonem non poſuiſſe accidentium ideas.
De relationibus ideas ponunt vt ad abſoluta referuntur.
Ande formis mathematicis ſint ideæ ardua difficultas.
An ex his quæ putreſcunt an mali an boni an plantarum.
Ariſtotilem à Platone non differre circa ideas durus eſt ſermo.
Verba Moiſi ingentiſſim librari, & ponderari debere.
Ad immaginem Dei hoc eſt idea factus eſt homo.

EX CAPITE DECIMOQVINTO.

MVNDVS Angelorum, mundus miniſtrantium, mundus libertatis, mundus pulcritudinis, mundus pacis, mundus ignitus millenarius quare?
Ignis ſubſtantia Angelorum in materialitatem oſtendit.
In Angelis nihil de materia plurimum de forma.
Angelus eſt conflatus ex eo quod eſt ex eo quòd non eſt.
Paucitas de materia in Angelo eſt quia puri actus non ſunt.
Angeli ſpiritus flammæ vrentes vocitantur.
Deus eſt ignis fouens bonum conſumans malum.
Angeli aſſumut corpora non propter ſe ſed nobiſcum agendo.

Angelos corpora ſumpſiſe in legge veteri fuit figurale.
Angelos inuiſibiles.
Ignis à concauo orbis lunæ deſcendit ad miſſionem corporis.
Angelis ſalutis noſtræ miniſtri.
Non omnes ſunt ad miniſtratores.
Angelos ad nos deſcendentes eorum puritati non derogant.
Angelorum operatioues duæ.
Ignis à nemine ledi poteſt in ſphera propria nec peſundari.
Terra ſimbolum patiemtium hominum eſt.
Angeli ſorditiem recipere non valent.
Abriſtus ignitus homo peſſundari voluit.
Ignis ſubtilitas Angelorum notitiam oſtendit.
Angelorum cognitio vel matutina vel veſpertina.
Ignis in circulo orbis lunæ non violenter circulo fertur.
Angelus ad motionem diuinæ voluntatis fertur.
Ignis Angelorum potentiam oſtendit.
Omnia elementa ſunt commenſurabilia preter ignem.
Ignis vnum de inſatiabilibus.
Angelus eſt finitæ virtutis videtur tamen in limitate.
Angelum eſſe in loco declaratur.
Angelus eſt intagibilis quia flamma vrens.
